Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΙ Θ'

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΟΙ ΜΟΥΣΑΙ.

Τοῦ αὐτοῦ Ἐξήγησις περὶ τῆς Ὁμήρου βιοτῆς.

HERODOTI

HALICARNASSEI

Hiſtoriarum Libri IX

Novem Muſarum Nominibus Inſcripti.

Ejuſdem NARRATIO de Vita *HOMERI.*

Excerpta è Cteſiæ Libris de Rebus Perſicis & Indicis, Græcè & Latinè,

ET

H. STEPHANI Apologia pro HERODOTO.

Acceſſerunt Huic Editioni

Chronologia Hiſtoriæ, & Tabula Geographiæ Herodoteæ; Necnon Variantes Lectiones, & Notæ ex pluribus Mss. Codd. & Antiquis Scriptoribus collectæ;

Unà cum Indice Græco & Latino.

LONDINI,

Typis *E. Horton* & *J. Grover*, Impenſis *Johannis Dunmore*, *Richardi Chiſwel*, *Benjamin Tooke*, & *Thomæ Sawbridge*,

M DC LXX IX.

KAISERLICHE KÖNIGLICHE
WIEN
HOFBIBLIOTHEK

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

Ac Domino,

D. GULIELMO

Archiepiſcopo *Cantuarienſi*,

Totius *ANGLIÆ* Primati.

QUI monumenta literaria viris principibus inſcribunt, morem ſequuntur, Præſul Venerande, *& celebrem & perantiquum. Sanè* Scylax Caryandenus Dario Notho *Perſarum Regi*, Ariſtoteles Alexandro, Manethos Ptolemæo *Philadelpho*, Julio Cæſari Terentius VARRO *Opera ſua dicaverint; &, nè plures congeram*, D. Lucas Apoſtolorum Acta Theophilo *nuncupavit.*

Antiquitatis ego cultor, & ævi priſci æmulus tuo Nomini Herodotum *conſecro*, Antiſtes ampliſſime; *& quidem eò fidentiùs, quoniam non dubitabam, quin lenis & placidus & prudentiæ pleniſſimus ſcriptor* Herodotus, *idémque Princeps & Pater Hiſtoriæ antiquæ, Tibi imprimis foret gratus, qui Pater es primævus Eccleſiæ primævæ, quique ſummum dignitatis apicem eiſdem virtutibus tueris & illuſtras, quibus eum es meritiſſimè conſecutus.*

Eſt alia tamen ratio, quæ Dedicationem hanc à me propemodum efflagitare viſa eſt. Tuæ Benignitati tribuit Herodotus, *quòd in hac Editione longè emendatior prodeat. Bibliotheca tua ſcriptum exemplar ſubminiſtravit, cujus ope & ductu permulta Hominum, Gentium, Urbium, Fluviorum vocabula repoſui, quæ in vulgatis Libris aut vitiosè ſcripta erant, aut temerè permutata, aut planè omiſſa.*

Quoni-

Quoniam igitur gratitudo qualiſcunque (ut nunc ſunt mores) importuna vix poſſit videri, cupit corùm profiteri Herodotus, *per quem profecit. Non patrocinium ambit, nec amplius quicquam à Te petit, quàm ut cum* Muſis Charitas *unà eum coluiſſe intelligas.*

Gratulatur etiam ſibi Hiſtoricus noſter ſe eo fato natum fuiſſe, ut magnis Præſulibus magna ſemper beneficia accepta referret. Nam ut Latinè in aula Nicolai *Quinti* P. R. *loqui cœpit, ita* Græcè *denuò in tua didicit.*

Dialectum & numeros ſuos jucundiſſimos, per quos purgatis auribus tam mirificè quondam placuit, lætus in tuo codice recognoſcit; imò non minùs exemplari tuo libens ſe debere prædicat, quod ei veritatem in hiſtoria, locis adeo multis, reſtituit; quàm olim debuit Cimoniis *monumentis, quæ ei de patriâ contra obtrectatores teſtimonium præſtiterunt.*

In hoc gratiarum erga Te officio ſocium ſe Herodoto *addere geſtit totus noſtræ gentis eruditorum ordo.* Theodoros, Parkeros, Laudos (*magna literatorum hominum præſidia*) *aut vincis aut æquas, in coëmendis optimis quibuſcunque libris; quos etiam ita poſſides, ut Sol ille ſuos radios & lucem.*

Deus O.M. *infulas ſacras, quas geris, ſanctas eſſe faxit; idémque Te, cui commiſit Eccleſiæ Britannicæ clavum, regat provehátque curſu inoffenſo, ſed longo, ad ſedes beatorum. Scripſi* Londini, *Kal. Jun. Anno Dom.* MDCLXXIX.

Paternitati tuæ

devotiſſimus

THO. GALE.

LECTORI CANDIDO.

NIHIL *fuit, amice Lector, de quo nos minus cogitaverimus anno præterito, quam* HERODOTI *editionem iſta hieme ſuſceptam iri: nec ejus rei mihi leviter in mentem venire potuit. Sed varie ſe habent etiam optimorum typographorum ſæpe rationes, ut mehercle, quantum ego hactenus, dum illi arti non ita diu operam ἐπανορθωτικῶ in parte dedi, cognoſcere potui, adeo ut illud & hic verum eſſe, quod proverbio teritur, expertus pronunciem, ſcilicet & nos plerumque in ipſa demum arena conſilium capere oportere, non ſecus ac gladiatores aiunt. Ita ergo factum & nunc fuit, qui voti mei nondum potui fieri vel ſemel compos, ut ad opus aliquod pranſi ac parati accederemus. Quamvis enim tum quod me attinet, ne quidquam ambitiunculæ ex his verbis mihi quis ſiniſtre colligat, quæ in me profecto non eſt ulla, nihil magni vel eximii à mea tenuitate proficiſci poſſet, nec ego quid tale etiam promittam: tamen occaſio ſic eſſet à viris literatis egregiam aliquam colligere ſymbolam ocioſius: quam in Reip. literariæ gratiam nobis credo illi haudquaquam negarent. Verum ἄφθονοι illæ Muſarum δύεαι non ubique adeo nobis in propinquo: locorumque intervalla ſibi & temporis longioris ſpatium tum depoſcunt. Sed ad ea quæ noſtram editionem attingunt propius: ubi non mirabor, ſi quædam monere oblitus fuero; ita hæc in ipſis nundinis ſcribo, & quum liber jam mitti ad eas debuerat. Quum itaque auctoris cujuſdam veteris diu exſpectata Græco-latina editio nondum à viro docto huc tranſmiſſa eſſet, quam alias prelo ſubjicere, noſtro fuit decretiſſimum, operæque ad ſuos labores denuo conflarent,* Marnius *noſter, uno prelo præſertim ita exigente, conſilium de* Herodoto *edendo cœpit, & dictum factum, in eam rem editionem* H. Stephani *ſecundam ad nos miſit, quæ operis noſtris pro exemplari eſſe poſſet. Ego tum eram totus in Polluce, & Notis ad eum pertexendis, quas ut auderem aliquas poſt optimum amicum noſtrum* W. Seberum, *quem in eadem re occupatum eſſe ſciebam, cujuſque editio hiſce nundinis prodit, cauſa princeps fuit mis.* Palatinus *eximius ab amiciſſ. viro* Jano Grutero (*cujus eruditionem illam τὸ πᾶν admirer ne an ſummam erga me benevolentiam exoſculer magis, incerte angitur animus; & Muſæ non ſirint, ut unquam tam anguſto temporis ſpatio ejus de me meritorum enumerationem ac deprædicationem imprudenter includam*) *ex illuſtr. illa Bibliotheca erutus, in quo hoc clare diſcere potui, non vane jactari de critice à viris qui in eo genere hodie familiam ducunt, eam ut Africam eſſe: quippe adferre ſemper aliquid novi. At non tanti fore novitas, quæ ſi ſpectetur ſola, cordatorum etiam virorum cavilla haud effugit, ut ideo quid porro in iſto auctore tentare debuerim, niſi tam multas veras lectiones me reperiſſe in laudato ms. putaſſem, vel veras tamen quaſdam, ubi vulgatæ falſæ videntur, repoſiturum ejus ope adjutus ſperaſſem: de quo, ſi non ſpernetur hic partus, eritque qui tollere velit,* τὸ αὐτὸ τάλα βοήσει *quod præfiſcini tamen addiderim. Ego itaque, nè multis morer, tum in Polluce totus, ita in eodem pergebam: ſatis ratus, ſi* Herodotea *editio ad* Stephanianæ *exemplum publicaretur, nobisque ſaltem hoc proponeremus ut noſtra qualiſcunque diligentiæ pro viribus tamen* Stephanianæ *eſſet æmula: diligentia, inquam, non eruditio, ad cujus ἄκρον tale, quale ille vir attigit, me pervenire poſſe haud ſpero unquam. Veruntamen quum ſuperiori anno jamjam exeunte cogitationes noſtræ εἰς τὸν νέωτα converterentur frequentius, conſideratâ operâ meâ, & quid reſtaret profligandum ante quam nundinæ advenirent, quarum terminis noſtri labores iniquius, ſi verum dicere licet, plerumque circumſcribuntur, & viſo, me demum perveniſſe ad ὀνομαστὸν ſeptimum, ſique abſolvendum eſſet in Polluce quod ſub manu, verendum eſſe ne in* Herodoti *editione amplius quàm prævaricatus viderer, ut qui huic plane nullam operam à me dediſſem: ſic itaque mearum rerum hercle ſat agere cœpi, cura animum incertante varia. Sed cogitavi tamen Pollucem alias proditurum, licet tgò nihil adſuerem, quum ille ſat eruditum editorem, amicum noſtrum, eſſet jam nactus:*

& mi-

Ad Candidum Lectorem.

& mihi etiam aliquod moræ pretium fore, quod à doctissimo quodam viro in eo auctore observata & emendata exspectare jussus sui è Gallia: *abrupique tandem hoc filum, & Pollucem sepositi, cum æstate, si erit otium & facultas,* σὺν θεῷ *resumpturus. Itaque* Herodoto *tandem, non ita tamen solo, ut non & aliis distraherer sæpius, per duos menses operam dedi, quantum per quotidianum pensum dare licuit, & pauca quædam attulisse mihi videor ut illius jam editio prodiret illustrior & προσθήκη aliqua auctior: plura sane allaturus, si per tempus licuisset huic rei inhærere longius. Scilicet qui in opere ipso parum possunt, in parergis sunt occupati: quique in libro ipso elaborare nihil audent, interdum tamen quasi alludunt ad margines. Tu de omnibus ita censebis, amice & candide lector, ut tumultuarie valde præstitis, & nimis properanter, præterea ab homine cui profecto nec ingenium in numerato est, nec exprompta adeo memoria. Ego paucis ordine ea referam, quo & de aliorum laboribus certus fias unde scilicet quidque & à quo simus mutuati. ita enim unicuique suum, ut verum & par est, poterit tribui.*

Textus (uti vocabulo jam recepto in hac re utar) Græcus & Latinus nostri Herodoti *ad exemplum editionis* H. Stephani *secundæ expressus est: quid vero ipse in sua recensione præstiterit, cognoscas, si lubet, ex ipsis prolegomenis, quæ statim cum aliis* Herodoto *præfixa invenies. Mutare mihi nihil permisi, nisi quosdam typographicos errores, ita certos, ut me palpari putarem: qua tamen in re quo versarer cautius, adhibui semper editionem ejus primam, mihi quondam à Clariss.* Grutero *datam. Raro item in interpunctionibus variavi, itidem illa priori nonnunquam in consilium adhibita, editione certe diligentissima. ubi tamen utrumque spero ita tentatum, ne quidquam facile in iis locis, quos studio se mutasse ait in illa secunda editione, peccarem. De interprete alias quem* Vallam *autumant, mihi profecto idem accidit, quod* H. Stephano, *ut obscuras quasdam sententias tam apte expressas ab eo in* Herodoto *mirarer, interdum tamen ipsius interpretatio, licet nondum ullam accuratiorem linguarum cognitionem mihi vendicare possim, meis auribus quidem nescio quid mendosi sonaret & inconcinni. Adeo ut si quid ego voluerim refert, optimum* H. Stephanum *de novo vertisse* ἢ συγγραφέα *optarem, quod illi facile fuisset, qui vix duodecim dies consumpserit in tot interpretationibus & melioribus & verioribus conscribendis quas oræ adposuit: vel ut istas interpretationes, quas margini adjecit, in textum ipsum transtulisset, quum præ iis alteræ plerumque etiam plane falsæ sint, vel Græcis verbis minus respondeant. Verum quoniam ipse hoc noluit, immo etiam aliis diserte interdixit ne in contextum referrent has interpretationes; & nos ejus voluntatem contra ire hic jam noluimus: quo tamen lectori oræ paginarum ad notandum vel observandum essent liberiores, illa omnia cum bona ipsius diligentiæ pace migrare jussimus in extremas paginas, ubi nobis videntur locum non minus certe commodum vel elegantem obtinere: numeris præfixis, qui singulorum quo referenda indices. Cæterum de libello qui vitam* Homeri *continet, didici ex primi* H. Stephani *editione, eum esse ex* Conradi Heresbachii *interpretatione, ab* H. Stephano *multis locis recognita: at versus qui passim inserti occurrunt,* Conradum *non vertisse: ideoque eos partim ex ejusdem* H. Stephani, *partim ex aliorum interpretatione nos habere. Et hæc de contextu, interpretatione, interpretationeque recognita. Ad* Capita, *sive* Tmematia *quod attinet, dixi ante annum ad* Cæsarem, *quid in ea re spectassem, eundem auctorem ita videlicet partitus. Si qui improbant, libere dico in hac re, malo cum illo quem magnum in ea auctorem sequor ita desipere (quod Musæ tamen bene prohibebunt) quam cum illis diverse sentire. Sed, inquient, rectius tamen & melius potuisset ista partitio institui. Hic sane habebunt me fatentem, & aptius alium potuisse non negabo; nostramque minus congruam interdum, immo sæpius, & id fatebor; & fuisset alia modo qualis qualis ad manus, arripuissem libens vel ambabus quod aiunt. Ego mehercle in festinatione summa non potui ista dinumerare accurate: nec ullum inde auctori nostro spero fore incommodum; quod eas numerorum σημειώσεις oræ interiori paginarum adposui, neque ipsum contextum ideo distraxi: saltem ea fini elaborans, ut Index ad eas accommodari posset; non ad paginas, quæ in nulla non editione incerte variare solent. Auctorem alias ita scripsisse, ejusque orationem ea inter se cohærere ἁρμονίᾳ, ut omnem istam minutam divisionem respuat, si nescivissem, ex re ipsa satis potuissem experiri. Nec capita etiam inter se paria, sed illa prolixiora, ista breviora feci, prout mihi multum rerum nominumve contineri videbatur pro Indice excerpendo. Nec spero tam iniquum mihi aliquem exiturum,*

ut

ut ad mensuram hæc tradi sibi postulet. Nemo tamen in Plinio, Æliano, (*quamvis illis alia scribendi materia*) *aliis, hanc inæqualitatem culpat, sed sic permittunt, quamvis ab indoctiss. sæpe librariis ea profecta segmenta sciant. Sed vos qui nimium reprehenditis & acerbo animo, considite quæso vel noveni, quot* Herodotus *noster & Cephalion quidam Musas conscripsit, idemque tentate separatim quisque: dabo vobis contra pignus, si inter vos conveniet. & ni tandem exclamabitis ipsi Quot capita tot sensus, id quod vulgo jactant. Pergo. Notulæ quæ in textu Latino nigræ occurrunt interfertæ tales ¶, designant tibi tmemata, vel tmematia, in quæ* H. Stephanus *librum unumquemque in sua editione posteriori distribuit; qua distributione, ut ipse ait, lectio quæ alioqui nimis longa videri possit, in certa intervalla, ceu longa quædam via, dividatur, ubi commode, si visum fuerit, liceat interquiescere. Id quoniam ipse monuit, nec ego sane omittere volui. De vita vero* Homeri *adhuc dicendum superest, nos in* H. Stephani *editione ad Græcum contextum nullas* διφασίας (*ut ipse* Herodoteo *vocabulo vocat*) *lectiones inveniisse. Quum itaque olim dum* Heidelbergæ *apud nobil. & ampliss.* v. G. Mich. Lingelsheimium, *patronum meum eximium, quem honoris & laudis gratia nomino, degerem, cum ms.* Palatino, *in quo una cum quibusdam aliorum auctorum scriptis ista* ἐξήγησις περὶ τῆς τοῦ Ὁμήρου ἡλικίας καὶ βιοτῆς *continebatur, illum libellum contulissem, istaque excerpta adhuc inter scidas meas invenissem, & quosdam locos inde augeri & emendari non inepte posse vidissem, eam* διαφορότητα *singulis locis in margine Græci contextus adscripsi; in contextu ipso mutavi nihil, sicut & infra in scriptum illud præfatus fui. Sequuntur adjectæ ab* H. Stephano *adpendices, de* Persarum Legibus & Institutis *una, altera de* Ægyptiorum, *utraque ex auctoribus priscis ab eo excerpta cum quibusdam ejus in aliquot locos observationibus. Hic lubuit quid loco quasi tertiæ adpendicis addere, vel quasi locupletare adpendicem* Stephani Ægyptiacam. *De illo enim* Ægypti *flumine unico,* Nilo, *ex pluribus auctoribus adjeci veterum sententias inter se dissentientes omnes super hujus fluvii augmento, partim &* Herodoti *opinionem refutantes. Notaveram mihi illa loca, quum alias collectanea ad* Herodotum *pararem, variis auctoribus antiquis raptim pervolutatis, & novis etiam quicunque mihi ad manus: stulte, qui hæc confieri sperabam posse tempore tantulo. Sed ista tamen privatim corrasisse forte non erit aliquando plane supervacuum. Possent enim ni fallor quædam loca inde* Herodoti *emendari, illustrari certe: & utinam hanc operam nobis* H. Stephanus, *qui omnium potuisset optime, dedisset, suásque illas promissas adeo adnotationes emisisset: quas jam unquam emersuras quis speret, postquam*

Τὸν Μώσας φίλον ἄνδρα τέλ῾ θανάτοιο κάλυψεν.

Vix vacat in his temporis angustiis, lubet tamen locum qui occurrit in exemplum subjicere. Clione, *cap.* CXVII, *ait ad* Astyagem Harpagus ἐπεί τε ὁ ποιμὴν τοῦτο τὸ κελεύσμα, ἐτελεύτησε τὸ παιδίον, πέμψας τὸν συνήθεα τοὺς πιστοτάτους, καὶ εἶδον δὲ ἐκείνους, καὶ ἔθαψα μιν. *Hic pro ultimis verbis forte alicui non displiceat lectio quorundam, ut videtur, veterum,* ἐθαψάμην. *Sic enim diserte* Thomas *magister in eclogis vocum Atticarum:* ὡσαύτως (*scilicet ut* ἐθρεψάμην *dicimus pro* ἔθρεψα, *&* ἠγανακτησάμην *ἀντὶ τοῦ* ἠγανάκτησα) καὶ ἐθαψάμην *ἀντὶ τοῦ* ἔθαψα· Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· καὶ εἶδον δὲ ἐκείνους, καὶ ἐθαψάμην. *Sed non possum quin & alterum, quum non ita procul illum sequatur, addam, qui forte majoris momenti. Eadem prima Musa,* cap. CXXVIII, de Astyage *legitur:* πρῶτον μὲν τοὺς μάγων τοὺς ὀνειροπόλους, οἳ μιν ἀνέγνωσαν μετέϊναι τὸν Κῦρον, τούτους ἀνεσκολόπισε. *Scilicet pro illo* μετέϊναι *forte* μὴ κλέϊναι *legendum, nec aliter veteres codices habuisse, si me* Thomæ *ejusdem auctoritas non fallit, quamvis apud eum corrupta una literula ita legas:* ἀναγινώσκω τὸ ἀναπείθω, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ· οἳ μιν ἀνέγνωσάν με κλέϊναι Κύρον. *In primis vero plura in illis qui* Herodoti *verba hinc inde laudaverunt, mendosa possent è nostro rescribi. Sane apud* Stephanum, *sive quisquis est ille* ὁ τὰ ἐθνικὰ καταγράψας, *varietas in propriis urbium celeberrima est, ut loco exempli,* Θύελλα, πόλις Οἰνωτρίας, ἐν ᾗ μεῖζα Φωκαέων ἄπωσιν, ὡς Ἡρόδοτος α'. *atqui in* Herodoto *nostro illa* Τέλη *scribitur in ea Musa* Clione, *cap.* CLVII. *Sic quæ* Euterpe, *cap.* XXIX. Ταχομψώ, *Ethnicographo saltem* Κομψὼ *ex eodem libro* Herodoti *affertur. Qui* Ζύγαντες, *in* Melpomene, *c.* CXCIV, Γύζαντες *ex eodem libro quarto laudat idem, & in* Βύζαντες *ait,* καλῶς ἔχει τὸ γ' Γύζαντες *legi apud* Herodotum, *quo modo tamen & in* Κύρειωις (*quæ* Κύρεις Herodoto *ibidem*) *adducit, vñσος, inquiens,* κτὶ Γύζαντας τοὺς ἐν Λιβύῃ· Ἡρόδοτος πεμπτῃ. *Verum mitto hæc, & dico de cæteris quæ restant. His itaque ad-*

 pendicibus,

pendicibus, quas dixi, ſubjectum habes Frid. Sylburgii *Spicilegium in* Herodotum, *quod ex editione* Heroditi *Latina minori forma ab illo ad exemplum* Stephanianum *primum anno* CIↃ IↃ LXXXIV *curata, ubi id interpretationibus* H. Stephani *in margine inſertum, raptim excerpſi. Non paucis tamen locis adhuc inquiri poſſe in interpretem nemo mihi negabit qui examinabit accuratius, ocioſiuſque hoc agere volet. Mihi ſane ita viſum fuit non raro vel obiter relegenti, & propoſuiſſem libens, ſi per tempus licuiſſet; tam quorundam locorum interpretationes alias, quæ apud recentiores exſtant poſt* Vallam *prolatæ, quam meas de quibuſdam locis in* Herodoto *Latino dubitationes, ut viri docti de his ſtatuerent & decernerent, rectene an ſecus illud facerem: nam & ego meum nomen inter illos profiteor qui doceri cupiunt. Vel illud ultima Muſa,* cap. CXIX, *quale eſt?* offa illa ſalſuræ prius impoſita reſiliit palpitavítque, quemadmodum piſces recèns capti. *Quando* prius? *& quid verbigerari opus? omnino ſcripſiſſe* Vallam, prunis, *& id à librario male deſcriptum, vel ab operis male lectum, indeque effectum illud* prius. *Græca certe id confirmant:* οἱ πάντες ὅτι τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τι καὶ ἔσπαιρον, ὅκωσπερ ἰχθύες νεάλωτοι. *Ibidem ſtatim ante capite* CXVIII, ὡς καταλαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὸ Αἰγὸς ποταμοῦ· *Valla,* quum pauci eſſent, ſuper Ægos fluenta circumventi. *qui itaque legerit* ὀλίγοι ἐόντες. *An recte vero, ego non judico, ſaltem indico ut legerit. Qualia multa quis obſervet, qui vel obiter hoc agat. Ne recedamus longius, eadem* Calliope, *c.* 98. Quod facientes quum cernerent Perſæ, & ſcirent Samios fuiſſe adhortatos, arma Samiis adimunt. *potius debebat* Ionas, *pro* Samios. *Ita enim* Herodotus, καὶ τοῖσι Ἴωσι προσχωρήσασι· *ſcilicet* ὡς εἶδον οἱ Πέρσαι τοὺς Ἕλληνας. *cap.* LXXIV, Εὐρυβάτῳ Eurybatem *Argivum legimus, quem* Valla *mendoſe* Eurybiadem *habet. Sic cap.* LII. *de* Amompharetro: ἅτε οὐ προσχωρήσαντος ὁμοίου τῷ πρότερον λόγου *in* Valla *omiſſa negans particula,* quippe qui colloquio ſuperiori interfuiſſet. *Verum & hæc colligo non ultra, ſed miſſa facio jam. Nunc & de* Cteſia *breviter, in quo pariter, quod ad excerpta quidem ex ipſius* Perſicis *&* Indicis *à* Photio *attinet, ſequuti ſumus* H. Stephani *editionem* Herodoto *adjunctam: niſi quod aliqua quæ auctiora in clariſſ. & benevolentiſſ. viri* D. Hoeſchelii Photio *Græco erant, vel in ms.* Bavarico *eſſe idem vir laudatus monuit, ea fere in contextum noſtrum retuli, utrimque ſecus tamen uncis incluſa, & re ad oram indicata: Latinam verſionem tum pariter mutuatus ex Latino* Photio *eximiæ eruditionis viri* A. Schotti, *qui præclaram illam editionem ſuam ad me ante annum dono miſit. Græcæ lectiones variantes ad oram vero ſunt ex eadem editione* Photii, *quam cum* Stephaniana Cteſiæ *diligenter contuli, & ubicunque illa variabat ad noſtram adnotavi. de quibus & infra ad* Cteſiam *monui: ſicut & de hoc, Notas ſubjectas & Interpretationes diverſas eſſe ab eodem* A. Schotto, *priores quidem; poſteriores vero, quæ novo incipiunt à ſigno, eas ab* H. Stephano *&* D. Hœſchelio *eſſe. Ipſi* Cteſiæ *præfixi* H. Stephani *diſquiſitionem de* Cteſia, *& quæ ſub finem ejuſdem notarum legebantur de* Διπλοσεαφίᾳ *quorundam nominum, in* Cteſia *præſertim, deque voce* Ἐκλογῶν *hæc inquam ex editione ipſius prima, qua anno* CIↃ IↃ LVII *dedit* Cteſiæ *eclogas Græcas cum quorundam aliorum. Ut itaque* Perſica *&* Indica *excerpta ex converſione* H. Stephani *Latina habes, è qua & antea, (quam, & in prioribus ejus editionem ſcilicet ſequutus, hic loco movere nolui: non ignarus alias à clariſſ.* Schotto *in eadem re poſt ipſum elaboratum eſſe haud fruſtra, ut vel quæ raptim excerpſi indicent, præſertim in* Indicis) *ita in* Indicis *& alteram ſubjeci ab amico nobis viro quondam conſectam, & qui nunc* μακάρων ἀεθμεῦται, L. Rhodomano, (*ob cujus obitum Græcæ Muſæ* ἀντίων ἀλλήλαισιν ἐκώκυον) *ſed non editâ, quam deſcriptam huc miſit, quum de noſtro inſtituto cognoviſſet, nob. & cl. vir* Mel. Goldaſtus. *Ultimam partem, Fragmenta nimirum* Cteſiæ *congeſta, & in ordinem nonnullum interdum digeſta, ibi ſi meo labori aliquid adſcribam, non ſpero me ideo cujuſquam reprehenſionem incurſurum. Quanvis enim fatear lubens præcipua quædam ex* Xenophonte, Plutarcho, Athenæo, *&* Demetrio Phalereo *ab* H. Stephano *primum collecta & edita, poſteaque ab* A. Schotto *in Latino ſuo* Photio *aucta ex aliis auctoribus: tamen & eadem & non pauca alia me contuliſſe vel ipſius* Cteſiæ *verba, vel aliorum ex ipſo factas* ἐκλογάς, *vel ubi ejus mentio, certum eſt. Ubi tamen nihil expoſco quam tumultuariæ* συναγωγῇ συγγνώμην. *quam paucis enim diebus me circumſcripſerint operæ, quibus iſta deſcribenda, conſcribenda, omniaque* παράεργως, *quid referre attinet? Adſcripſi vero ad Latini contextus oram ſemper, quo interprete illa legas: quæ ſi è quibuſdam crebrius petenda fuere, ut ex* Plutarcho, Æliano, Tzetze, *id interdum*

omiſſum

Ad Candidum Lectorem.

ciſſim fuit admonitiuncula, facileque ipſe colliges ab eodem eſſe interprete, cujus verſionem in eiſdem auctoris verbis antea adpoſuimus. Athenæi omnia puto ex H. Stephani *interpretatione, certe ex ejus editione horum fragmentorum eam ſumus mutuati. In cæteris minutioribus particulis, ubi non ad manus fuit verſio, à me ipſo exſculpere conatus fui aliquid interim quod alicujus verſionis loco eſſet, ne una ex parte ſcilicet paginæ vacarent. In quo te iterum rogatum volo quiſquis es, ut benigne mecum agere velis, & non ad tuam eruditionem iſta expendere nimis, qua me facile vincis, vel vincere potes: ego enim cedam libens, acerbitatem tantum deprecor & in carpendo malevolentiam, alias facillime laturus ſi meliorem ſubſtituerit, noſtraq;* alleveris atrum Tranſverſo calamo ſignum. *Errare ſolent & qui cavent ne errent, qui nonum ſua in annum premunt: quid mihi incautiori & ſua jam adeo præcipitanti accidat? Et idcirco egregiam laudem ſpoliaque ampla referet hercle nemo, qui feſtinantis erroribus valde inſultabit. At quo feror? nec enim cum tali mihi rem eſſe volo, ſed cum candido & humano lectore, quem tamen & ipſum ne morer diutius, ſermonem contraho. Notas igitur extrema quæque paginarum ora* Cteſianorum *fragmentorum ut in mentem venit ita quaſdam aſperſi: ſicut & in tertia feci adpendice. De Indice jam in* Herodotum *ſermo iterum longus incipiendus foret. Sed breviter, quum eum quem inceperam ipſe perficere non poſſem, reconcinnavi quantum poteſt priores: ita tamen ut multum auxerim vel ſexcentis locis, multa falſa & ridicula ejecerim, & pleraque ad* Herodoti *ipſam dictionem reformaverim. conferre volenti id patebit: licet non omnia curva corrigere potui, ſed omittere ſic coegit nolentem quamvis pro labore multo & vario χρόνῳ ἀχαρὶς. Optimus ille vir* H. Stephanus, *cujus memoriam cum honore uſurpo & laude, ita ejus infinita & eximia merita de bonis auctoribus jubent, cuicumque illam provinciam mandaverit, is fruſtratus profecto fuit ipſum non parum. Ad Græcum quod attinet, in eo conſtruendo actum agere me non opus fuit ſcilicet. Notum enim exſtare Lexicon Ionicum Aem. Porti quod* Herodoteæ *lectioni utiliter adhibeas. In eum finem addidimus numeros barbaros in ora contextus Græci; ut ita iſtud Lexicon & noſtræ editioni inſervire commode poſſit. Sed fere oblitus fui eorum quæ* Herodoto *præfiximus. Ut itaque ὕστερον πρότερον, quod aiunt, ὁμηρικῶς, verbo, quod ad illa, abſolvam, ſunt ea* Prolegomena *ex* H. Stephani *ambabus editionibus petita, ut & vocum* Herodoti *recenſio. Nos adjecimus* Lexicon, *uti quidem titulus præſcribitur, vel potius, ut mihi videtur, gloſſas notabiliorum in* Herodoto *vocabulorum. Miſit id ad nos ita tranſcriptum, quo exemplo edimus, è ſuo ms. vir nob. & cl.* Mel. Haminsfeldius Goldaſtus. *Quod conjecturæ de quibuſdam incidit obiter, ad oram poſui: alias mihi notavi bonam partem αὐτολεξεὶ ex his gloſſis exſtare apud Corinthum in iis quæ præter alias de dialecto Ionica conſcripſit. Tum de vita, ſcriptis & ſtylo noſtri* Herodoti *ex priſcis aliquot Teſtimonia adjeci, quantum quidem per unum alterumque diem, quo protractum fuit hoc opus in ipſis nundinis, coacervare licuit. Tu & hanc operam boni conſule, idem rogatus, quod de priore abs te petii. Sed de carmine duplici ad me à clariſſ. & literatiſſ. viris miſſo, ſtatimque ſubjecto, volo me tibi omnino excuſatum. Nec enim diffiteor mihi immerito tribui quidquid ibi laudis; nec potui tamen quæ amoris cauſa miſiſſent omittere, licet non & potui non erubeſcere ideo. Teſtari itaque libet, me amorem & benevolentiam eorum erga me agnoſcere inſigniter, animoque gratiſſimo amplecti. cætera illos partim de noſtro inſtituto non recte intellexiſſe, quum id, ut ingenue expoſui, aliorum potiſſimum veſtigiis inſiſtat illorumque exemplum ſequatur, partim præjudicio, ignoſcant verbo, quod fecit amor, præoccupatos, in me laudando fuiſſe largiores. Ego ſane quo rarius illis adjetero oculum, lucrifacere potero ruborem ſæpius. Optarem tamen τῷ δαιμονίῳ* Broughtono *Hecatoſtichon, quod in* Herodoti *& mei gratiam pangere cæpit, abſolvere licuiſſet. Nunc derepente alio profectus, id abruptum reliquit. Libet tibi tamen primos aliquot verſus ex iis quos vidi, vel* Herodoti *noſtri cauſa, & ut cæteros eliciam, adſcribere,*

Ἡροδότου λιγυρὴ Ἰὰς ἱστορίης ἀπόδεξις
Χρησμοῖ τοῖς τὸ νοῆσαι Ἑβραίων γράμματα θεῖα.
Ὄψεται, ὅσσε θέλῃ, ὅτεῳ δὴ τοῦτα μέμηλε,
Ἐννέα Μουσάων δωρήματα νόσφιν ἑλίξας.
Κλειὼ ἔχει Κύρου κλέος ἐν Βαβυλῶνος ἀλώσει.
Πρόλεγε δ' Ἡσαΐας τοῖ Κύρου ἐνομακλήδην, &c.

Nec

Ad Candidum Lectorem.

Nec amplius te moror, amice lector. Tu modo hæc, quæ in tuam gratiam à nobis præstita sunt, bene interpretare, & ignoscè erratis, quæ nos præterierunt, quum præsertim oculi invaletudo ad ocupationum mearum vim accederet, egoque alias nec è Lyncei *prosapia nec* Argi *me feram, qui tamen suis oculis credo negotium invenirent, talis est operarum plerumque varietas, & errorum inconsiderans accumulatio, laborumque quasi catenam, quod* consideravè debes, *trahimus continuam: adeo ut hic τὸ ἀναμάρτητον (quod alias Dei proprium solius, καὶ πρὸς ὀλίγον γῆς ἐδὸ εἰς ἕνα ἡμῶν ἀφικνούμενον, ut cum* Aristide *hoc dicam*) à nobis *exigere velle nemo debeat, qui modo ipse hominem se natum cogitaverit. Vale & nobis fave. quod si feceris, efficies nos ad alia posthac alacriores.*

Series Eorum quæ in hoc Opere continentur.

HErodoti defensio contra ejus reprehensores, nominatim vero *Plutarchum*, ex *Joach. Camerarii* procemio in historias *Herodoti*.

Herodoti vita, ex eodem.

De dialecto *Ionica*, ex eodem.

Herodoti vocabula Ionica, & quædam genera loquendi, illi cum *Homero* magna ex parte communia: necnon alia collecta & Latine reddita, partim ab *Joachimo Camerario*, partim ab *Henrico Stephano*.

Alia de *Herodoti* vocibus & varia in quibusd. mss. scriptura, *&c.* ex ejusd. *H. Stephani* prolegomenis diversis.

De vita, scriptis, stylo *Herodoti* ex autoribus antiquis, tam Græcis quam Latinis testimonia.

Quibus subjecta & epigrammata aliquot Græca veterum, & pro ejus defensione plura nova *H. Stephan.*

Herodoti libri ipsi IX, nominibus Musarum inscripti, *Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Erato, Polymnia, Urania, Calliope.* cum interp. Latina *L. Vallæ*, & recognitionibus *H. Stephani*.

Herodoti libellus de genere vitaque *Homeri*, cum interp. *Heresbachii*, ab *H. Stephano* recognita.

Appendices ad *Herodotum* de Legibus & Institutis tam Persicis quam Ægyptiacis, è diversis auctoribus, opera *H. Stephani*.

Appendix alia de incremento *Nili*, & ejus causis ex diversis auctoribus.

Frid. Sylburgii spicilegium ad *Herodotum*.

Sequuntur CTESIÆ quædam.

H. Stephani de Ctesia disquisitio.

Ejusdem de Διτλοσεαφίᾳ quorundam nominum in Ctesia præsertim: & de Excerptis ipsis ac voce Ἐκλογῶν.

Elogium *Ctesiæ Cnidii* ex *Brissonio*.

Veterum testimonia aliquot de *Ctesia*, ejusque stylo.

Series regum *Persicorum* ad *Ctesiæ* historiam ab *A. Schotto* descripta.

Ctesiæ Persicorum Excerpta ex *Photio*, cum interp. *H. Stephani*, & variis lectionibus ex editione Græca *Photii*: item cum diversis Interpretationibus *A. Schotti*: & notis ejusdem, & *H. Stephani, Davidisq; Hæschelii*.

Ctesiæ Indicorum Excerpta ex eodem *Photio*, cum iisdem quæ ad *Persica* accesserunt.

Eadem Indicorum excerpta ex interpretatione *Rhodomani*.

Ex eisdem *Persicis*, *Indicis*, & aliis *Ctesiæ* scriptis fragmenta, ex variis auctoribus congesta.

Omnia cum interpretatione Latina & Notis.

Henrici Stephani Apologia pro *Herodoto*, sive *Herodoti* Historia fabulositatis accusata.

Chronologia *Herodoti*.

Variantes Lectiones & Notæ Breves ad *Herodoti* Historias; operâ & curâ *Thomæ Gale* Angli.

Lexicon Ionicum duplo auctius, ex MSS. per *T. G.*

Index Dictionum Ionicarum quæ in *Herodoto* notatu sunt dignæ.

Index Materiarum Latinus.

EX

E X

JOACHIMI CAMERARII

Procœmio in Hiſtorias HERODOTI.

QUum Ricardus Crocus, Britannus, qui Lipſiam advenerat, ſtatuiſſet domi ſuæ quibuſdam privata opera Herodoti hiſtorias explicare, nos etiam tum ad hunc autorem cognoſcendum à magiſtro ſumus miſſi. Etſi autem Crocus vix pervenit ad ſecundum illius autoris librum enarratione ſua, ego tamen captus dulcedine & elegantia atque etiam facilitate ſcriptorum, quum celeriter diverſitatem quandam ſermonis, quam διάλεκτον vocant, percepiſſem, ita poſtea ſemper in illo legendo hæſi atque perſeveravi, ut qualemcunque (ſentio enim quàm exigua hæc ſit) facultatem Græcæ linguæ conſequuti ſumus, eam magna ex parte Herodoti lectioni acceptam referre debeamus. Itaque & nunc eum quo tum uſus fui (acceptum à magiſtro) Herodoti codicem, tractatum verſatúmque à me plurimum, omnibus in pagellis notatiunculis & ſcriptura noſtra inſignem, inter alios omnes & diligo maximè, & quoties fortè aſpexi, non unquam ferè temperare mihi poſſum quin aperiam, & in eo aliquid legam. Tum redit in memoriam puerilis ſtudii jucundiſſima cogitatio: & illum laborem mediocrem, non tamen fuiſſe omnino ἄλιον, ὐδ' ἀτέλεσον ἰδρῶϑ' ὃν ἱδρωσα, lætor. Autorem autem iſtum tanti facio animo meo, ut nullum omnium aliorum huic meritò anteponi poſſe cenſeam.

Paulo pòſt.

Neque me fugit, poſſe hoc teſtimonium de Herodoto meum videri magis amoris eſſe erga illum tam longo tempore confirmati, quàm judicii, vel etiam illo hoc eſſe corruptum. Notum enim quod & aſtrologi uſurpant, τὸ φιλίαν ϰ τὸ μῖσος ἐλαττῶν τὰ μέγιστα, ϰ μεγαλώνειν τὰ σμικρότατα. Quapropter hoc loco placuit cauſas exponere cur tanti facerem illum, & veluti rationes referre ſententiæ noſtræ, atque etiam reſpondere iis quæ reſciviſſemus adverſus ipſum dici ſolere: ut intelligi poſſet, neque nos temere aut de puerili perſuaſione quadam illum celebrare, & inſectatores ipſius ad malignitatis crimen quandam etiam imprudentiæ ignominiam ſibi acceiſere. Ac noſtra ſententia paucis illa quidem confirmabitur. reſponſio erit longior, ut neceſſe eſt: de qua tamen & ipſa, inductio animi mei & rationum concluſio magis atque certius poterit perſpici. Quum igitur in quocunque autore in primis id quod ab illo ſuſceptum eſt ad exponendum, & ipſa expoſitio, conſiderari ſoleat: in priore hæc ferè ſpectanda ad laudem exiſtimo, ſi eæ res ſumptæ delectæque ſint quarum cognitione alii adjuvari, quæque ipſæ ſuapte bonitate placere poſſe videantur: in poſteriore, ſi expoſitio ſit verbis ſententiiſque apta atque conſentanea. Quæ breviter dicta latè patent ad intelligendum. Sed in utroque quid Herodotus neglexit, vel non præſtitit potius, quominus præclariſſimus & celeberrimus autor haberi debeat? Nam quæ accedit antiquitatis autoritas, quanti & ipſa ſit putanda, quantúmque ponderis habeat, quis non videt? Quiſve ignorat, omnium conſenſu maximam huic laudem, admirationem, reverentiam deberi? Quum autem priorum temporum hiſtorias, variarum quidem gentium, ſed potiſſimum Perſarum & Græcorum, componendas & narratione ſua exequendas ſuſcepiſſet, nónne potius præcipuas & præclaras res complexus

plexus est expositione sua, quàm nihili atque futiles? ut fecere, fortasse & veteres aliqui, certè posteriorum ex illo genere sophistico multi, qui nihil nisi inani quadam oblectatione animos levium quorundam afficere studuerunt; sicut ille Æthiopicorum & Deæ Syriæ autor: de quibus facilè existimari potest de similibus operibus aliorum. Ergo nihil tale in hoc esse autore affirmo? Minimè equidem: sed hoc caput esse historiæ nego, quum sit potius expolitio & exaggeratio quædam illius. Argumentum autem & caput quod? fundationes, eversiones, mutationes regnorum maximorum, opulentissimarum urbium expugnationes, successiones potentissimorum regum, celeberrimarum civitatum fortunæ & imperia. Oratio verò nónne placidissimè decurrens, omnibus ornamentis conspicua est & illustris? Soluta compositione (ut Ciceroni placet) dissolutior, id est, numeris carens: quum naturalium quædam in illa tamen numerorum modulatio insit, à quo ipso etiam præstantia quædam non abest. Narrationes sunt disertæ: indicationes expressæ & speciosæ: explicationes accuratæ & evidentes: collectiones certæ atque plenæ: in his rerum gestarum, hominum, temporum fides: accurata compertorum relatio, dubiorum conjectura sagax, fabulosorum verecunda commemoratio: mira ubique simplicitas, & eximius quidam candor. Quæ omnia historiæ potissimùm famam, dignitatem, virtutem constituunt & proficiunt.

His breviter & strictim commemoratis, ad ea quæ in hoc autore reprehendi, quorumque nomine vituperari à quibusdam ille solet, accedamus. Contra quæ quum dicemus, etiam eorum pleraque quæ posuimus paulo antè, tractabuntur copiosius & enodatius. Ac primùm de illa vulgari & sanè veteri accusatione mendaciorum, pauca differamus: non enim certè res ipsa multa desiderat. Aldus etiam Manutius jam hoc ante nos crimen diluit. Sed quænam sunt illa obsecro mendacia? Quidam sanè profitentur ea se annotasse & confutasse: quæ utinam pervenissent in manus nostras. ita enim futura esset responsio copiosior. Neque desunt qui Herodoti potissimùm scripta illi satyræ insectationi occasionem præbuisse perhibeant, ut audaciam mentiendi in historia Græcorum exagitaret. Nam Athos (ut ille loquitur) velificatus, deridetur, & compedes Hellesponti, epotaque flumina Medo. Nonnulli fabulosas quasdam narratiunculas insertas passim historiæ, ut hujus gravitate indignas, rejiciunt, & propter illas autorem mendacii damnant. Sed de iis quæ memorantur ab Herodoto propter magnitudinem nobis incredibilia, periniquum fuerit judicium, si non vera esse ideo statuemus quòd notis cuique rebus, moribus, disciplinæ non similia, neque rationibus nostris congruentia esse videantur, sique non nisi iis quæ facilè intelligere & animo complecti possimus, fidem habendam esse ducemus. Quàm multa illi ipsi qui hæc antiquiora falsa fictáque esse affirmare audent, se vidisse referunt & pro certis commemorant, à quibus assensio legentium refugit? Etiam posteris hoc nostris accidet, ut multa quæ nunc nimis verè fiunt atque geruntur, expositione inflata & amplificata esse suspicentur. Sunt sanè quædam inaniora (non enim nego) in talibus, ut in peregrinatorum, qui adiere illa loca quæ tellus extrema refuso summovet oceano, sermonibus. Cujus inhumanitatis tamen fuerit, universum genus narrationum istarum semel abjicere ut futile & vanum? Quod si fiat, omnem historiæ rationem confundi, habitúmque perverti necesse sit. Quid de Babylone prodiderit Herodotus, non est ignotum. Hæc nobis scilicet probabuntur de sensu & cognitione oppidulorum nostrorum. Quid enim ad illa spatia, vel maximæ urbis omnium quas novimus ambitus? Itaque & Aristoteles gentem regionémve appellandam potius Babylona, & siqua alia æqualis fuerit, quàm civitatem aut urbem, censet. Quid? de fertilitate soli Assyrii quæ narrat, an nos credere poterimus de nostris arvis? Quo tamen loco ipse ignorantiæ incredulitatem refutavit. sic enim ait, *Ita bene ferè ea terra fruges ut nunquam non reddat ducena: si autem quàm potest optimè tulerit, reddit trecena. Folia tritici & hordei lata nascuntur digitis commodis quatuor. At milii & sesami quam proceræ arbores exeant, in scientia certa non memorabo. Intelligo enim, eos qui in regione Babyloniorum non fuere, minimè credituros vel ea quæ de frugibus modo diximus.* Sunt autem hæc etiam distinguenda. Alia enim ad utilitatem aliquam legentium, vel explicationem eorum de quibus narratio fit, referuntur atque pertinent:

Juven. sat. 10.

Polit. 3.

In Clione, c. 193.

Clione c. 178. &c.

ut

ut Babylonis descriptio, & copiarum Xerxis enumeratio. de quorum altero facilè perspiceretur, meritò fuisse securos cives in tali & ita munita urbe: alterum & potentiam regni Asiatici, & in quod tum periculum Græcia venerit, demonstrat. Utrumque autem documentum quoddam dat, nullas, quamvis magnas, vires, infractas, neque opes invictas esse. In aliis nihil quæritur, nisi vel delectatio, vel ut audientium animi moveantur nova mirabilique narratione: ut de gryphibus, formicis Indicis, phœnice, & his similibus. Horum, ut illa omni equidem mendacii crimine planè libero, ita haud facilè concesserо, in horum ullo mendacii manifesti autorem redarguendum esse: quum tot derisa quondam & exibilata, pænè jam comperta esse existimentur: quumque non minus istis à veritate abhorrentia multa asseverentur ab iis, qui non audivisse de aliis, sed seipsos aspexisse dictitent: ut nihil tam sit absurdum quin fidem reperire posse videatur. Sed ab his recedamus. *Polymnia, c. 61. & f.* *Euterpe, c. 73.* *Thalia, c. 102. & 116.* *Melpom. c. 13.*

Ob fabulosas quidem narratiunculas tantum abest ut quasi mendacem incessi vituperarique autorem hunc debere putem, ut etiam, quum & aptissimè illas inseruerit, & bellissimè concinnarit, & vetustissimè composuerit, admirandus: quumque instructionem in singulis aliquam vitæ, consiliorum, actionum comprehenderit, eximiam gratiam quoq; ab omnibus meritus esse videatur. Quid quòd fidem suam in his fere liberat, cavetque nequis simplicior decipiatur, quum addit semper hujusmodi quiddam, *Ut ferunt, Ut ego audivi, Quod veri mihi quidem simile non sit.* In Euterpa verò plane refutat illam fabulam de præcisis ancillarum manibus, *Hæc garrientes ita narrare mihi quidem videntur.* Item Melpomene, fabulam de Psyllis præmunit. ea enim quæ Afri perhibeant se memorare ait. Quid autem dicit in Polymnia, quod meminisse in tota historia vult lectorem? *Ego*, inquit, *quæ fando cognovi, exponere narratione mea debeo omnia: credere autem esse vera omnia, non debeo.* In conjecturis quidem sequendis, quum de apparentibus (ut ipse ait) obscura colligere studeret, si falsus est, cui obsecro omnium hoc non accidit? Neque qui tale aliquod erratum in scriptis veterum animadvertit, sibi ideo placere & illum contemnere debet. quod ferè ineruditiores isti facere consuevere, qui exultant ad hos notationum & reprehensionum successus, non secus ac si thesaurum invenissent: quum hic verè tum thesaurus (secundùm vetus verbum) in carbones evadet. Sed paulùm etiam ad fabulas illas revertamur: quæ, obsecro, cur offendunt animum cujusquam, quum veritati & integritati historiæ minimè officiant? Sed ut insertæ apud Thucydidem conciones, (quas certè nemo, ut opinor, non confictas, neque non quidem nullas, sed non tales ab iis quibus attribuuntur habitas esse videt) illæ tamen ut in gravitate hujus autoris, admirationem, ita in dulcedine nostri, fabellæ voluptatem habent. At egressiones, & nihil ad rem pertinentium quasi inculcationes, ab historia alienæ sunt. De quo equidem aliter sentio, neque in hoc, neque ullo in genere eruditionem, intelligentiam, doctrinam quasi in angustum cogendam, ut non liceat evagari & excurrere, si libeat, longius. Immo vel solus hic fructus est ingenii & industriæ studiorum, ut veluti ostentatione jactantiaque sui gloriam laudemque petat. Auferat in his mihi aliquis ista: incorruptam, sanctam, castam, ut virginem, debere esse historiam. Non corrumpunt enim, non violant hæc illam: sed exornant, ut aurum & gemmæ pudicissimarum quoque corpora, purissima illa quidem. Nam ut malæ & profligati pudoris fœminæ insigniorem reddunt comptu turpitudinem suam: ita, quamvis varia copiosaque sit quasi emblematis quibusdam, summa historiæ falsa & commentitia, meritò in sua hæc infamia quasi superba improbetur. Itaque non in ornatam, non nudam, non contractam, sed splendidam, vestitam, explicatam (dummodo integram, &, ut ita dicam, probam & incorruptam) decet esse historiam. Cujus fidem omnem nónne in temporum indicatione, in nominum commemoratione, in rerum tam bello quàm pace à quibusque susceptarum atque gestarum certa enarratione, in occasionum consiliorumque prudenti persecutione omnes positam esse sentiunt? Quæ universa nostrum autorem existimo & custodisse diligenter, & præstitisse præclarè. Quæ enim tempora indicavit falsò, quæve confudit? Quorum hominum locorúmve nomina posuit perperam? Res autem ab iis gestas quos complexus fuit narratione sua accuratè illas quidem retulisse non dubitarim asseverare: *Euterpe, c. 131.* *c. 173.* *c. 152.* *Euterpe, c. 33.*

certò autem & verè quoque, libenter equidem crediderim, quanquam ab aliquibus assensio quodammodo refugiat. In consiliis profectò & occasionibus recensendis qui circumspectionem & prudentiam requirit majorem, nimiùm is quidem esse fastidiosus mihi videtur. Ad hæc, si, ut in tabula magni & memorabilis argumenti, adjuncta sunt veluti πάρεργον, quibus undique illa insignis & conspicua reddatur, cujus quæso vel rationis vel sapientiæ, ne dicam incogitantiæ & stultitiæ, fuerit reprehendere? Quum autem historia non solùm delectationem cognitionis, sed instructionem etiam animorum continere debeat, ut & voluptatem & utilitatem afferat legentibus: si his ipsis quæ ut fabulosa notantur, etiam monita utilia atque salutaria multa insunt, quis jam eos non modò qui vituperent, sed qui laudent, iniquius ferre omnino possit? Fuit Candaules rex Lydorum: nemo, ut opinor, negare audet.
Clione, c. 7. Hoc tempore in aliam familiam translatum fuit regnum Lydiæ: an quisquam falsò hoc proditum dicit? Cur igitur illa jam culpant de satellite coacto aspicere nudam reginam? Quæ si, quod haud scio annon sint, conficta essent, quanti multis de causis fieri mererentur? Nónne illam perversionem animorum, quæ ita mirabiliter, ut divinitus effici videatur, sæpe urgentibus fatalibus casibus animadvertitur, demonstrant? Quàm speciosis & bonis sententiis illustris est narratio? Idem & in aliis multis poteram, sine ullo exquisitionis labore, ostendere. Expugnari præter omnium
Clione, c. 24. metum & opinionem Sardis oportuit. Sit jam illud de puero nato cum capite leonino falsum, (quod fortasse minimè est) quàm pulchrum hoc? quòd non circum ille urbem totam latus fuit: quod si factum fuisset, capi secundum responsum divino-
Melpom. c. 131. rum urbs non posset. Sint sanè illa Scytharum dona fictitia: quid incommoditatis tamen habet, vel quid potius pulchritudinis & bonitatis hon habet cùm enarratio tum interpretatio, elegans, festiva, acuta? Sed quare ego pravitate quadam
Polymnia, c. 14. animi, non vera esse potius, id est, ita audita cognitáque autori, putem? Eadem
Urania. c. 137. & de Xerxis somnio, de regibus Macedonum, deque aliis similibus dici possint. Quapropter, quod ad crimen hoc vanitatis attinet, prorsus in nostro autore turpitudinem illam & mendaciorum maculas detersas esse confido. Neque possum satis animo constituere meo, quî factum esse existimem, ut à veteribus quoque illud in hunc conferretur. Nisi unus fortasse aliquis plures in errorem induxit, aut invidia odiúmve, vel (ut mollius dicam) animi certa quædam festinataque inductio quosdam ad hujuscemodi calumnias impulit. Sed hæc velle exquirere omittamus.

Nunc ad aliam majore studio susceptam & gravius atque inimicius factam accusationem veniendum, quam intendit huic viro magnæ doctrinæ & sapientiæ laude clarus, Plutarchus Chæronensis, qui nostrum autorem acerbissimè postulavit & convincere conatus est malignitatis, edito libello, cui præscripsit περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας. Contra quæ, etsi singularis est viri autoritas & celebris eruditio, concedi tamen nobis oportere puto, ut pro Herodoto dicere liceat: si illi permittitur, contra non minus se, quam nobis ipse est, antiquiorem Herodotum scriptio, atque aliquanto certè præstantiorem, multis nominibus virtutum. Ipse quidem Plutarchus quo paratior venit ad maledicendum Herodoto, & in eo copiosus fuit at vehemens, hoc minus læsisse illum putari debet. Quis est verò qui non laudatissima quoque conviciis impetere posse videatur, quum Zoilos & Xenophanes suos habuerit Homerus? Quid autem verbis conquirere & comprehendere homini non infanti neque obtuso difficile? Et dicit hoc egregiè Æneas ad Achillem,

Iliad. v.

Multa licet memoret convicia uterque vicissim,
Quæ neque centenis remis instructa carina
Perferat: ipsa etenim facilis verbisque redundans,
Sermones variis hinc lingua revolvit & illinc:
Quisque & fortè alii quod dixerit, audiet ipse.

Ut autem contra ea quæ quisque improbet dicere rectè possit, ita quomodo dicat diligenter considerandum: nequid vel inscitè vel etiam maligne improbare videatur. Nam horum utrumque deprehensum & notatum contradictionem omnem infirmat: ita quidem sæpenumero, nemo ut responsione magnopere dignam arbitretur. De quo & elegantissimis versibus & luculento sensu compositum epigramma

Ex Joach. Camerarii Proœm. in Herodotum

ma Græcum Eveni veteris Poetæ fertur: quod nos quondam Latinum fecimus ut ſequitur,

Eſt multis pariter mos omnia dicere contra,
Sed non & ſimilis dicere recta labor.
His ſat erit verbum me commemoraſſe vetuſtum:
Hæc mihi quum placeant, tu licet illa probes.

Plutarchus autem minimè cavit ne inſimulando malignitatis alterum, malignitatem ipſe quandam ſingularem ſuam proderet. Nam quum collegiſſet quaſi intimos ſenſus & reconditam voluntatem pravitatis malignorum, ad illa à ſe propoſita poſtea, ut pueri â magiſtris ſecundum capita quædam traditas materias deducere jubentur, ſic accuſationem ſuam applicavit, in autorem hunc (ut ego quidem judico) illa conferens alienæ malignitatis crimina. Ac ne diſſimulavit ipſe quidem neque texit cauſam iræ ac odii ſui: nam ſuam civitatem, id eſt Bœotos, ignominia affectos, & infamatos (ut ait) immeritò, graviter fert & dolenter. Hinc igitur illæ lacrymæ, hæc illa indignatio. Statim igitur quid autoritatis in tali criminatione ſit, quam non veritatis ſed ultionis cupiditas expreſſerit, apparet, ut illius quaſi filum ſequentes, refellere quæ congeſſit ſingula nihil ſit neceſſe. Sed ad quædam tamen aliquid dicamus.

Quòd vero huic incipiens, ſuavitatem orationis, qua jucundè commoverentur legentes, exprobrat, ad id nihil aliud reſpondendum cenſeo, quàm quod Alexander Hectori fratri, qui ſibi in jurgio formoſitatem objeciſſet, Οὔτοι ἀπίθλητ' ἔδη θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. Sed malignitatem omnem undique ita colligit: Primùm de uſu nominum aſperiore, deque verbis durioribus, in copia molliorum & leniorum. Deinde, ſi extra hiſtoriæ ſeriem alicujus vitia, vel ſi in hac laudes jejuniùs commemorentur. Præterea, quum plurimum fortè ſermones referantur, aſſentiri deterioribus. omnino enim conjecturas ſequi ad pejora, eſſe malitioſi & infenſi animi. Poſtremò, laudis adjectione veluti condire vituperationem. eſſe enim ſimplicitatis hanc ſimulationem peſſimam. Quid ad hæc ergo dicemus? profectò non reperit in Herodoto iſta Plutarchus, ſed animo ſuo conquiſita in illum intulit. Quare enim uſum nominum verborumque in hoc autore non probat? qui quidem (ut exiſtimo) uſus eſt diſerta & accurata oratione ætatis ſuæ, quam à poſterioris ſæculi forma differre nos quoque intelligere poſſumus. Quid autem cauſæ fuerit cur non potius illa vere & ſimpliciter, quàm mendaciter & invidè, dici ſentiamus? Egregium eſt quod conquerenti Laſthenis factioni, (quorum ſcelere prodita fuerat Olynthus) contumelioſe à Macedonibus ſe nefarios proditores appellari, reſpondiſſe Philippum regem accepimus, *Macedonas eſſe indoctam nationem ac incivilem, ſolereque ficum nominare ficum, & ligonem ligonem.* Quid autem offendit (obſecro) Plutarchum, quòd Herodotus protulit aſperius quædam, ac non mollivit appellationibus? Viſum enim ſcilicet illi fuit id dicere quod eſſet. Nam de conjecturis ſequendis deque laude & vituperatione univerſa hoc licebit unum iterum atque iterum reſpondere: de ſuo illum judicio hiſtoriam ſuſceptam expoſuiſſe: neque rectè facere eum qui ingenii ſui vires in alieno opere explicare velit, præſertim ad infamiam autoris. Ego, ut quicque retulit, ſic ſenſiſſe, audiiſſe, comperiſſe exiſtimo. Et cur non in hac potius perſuaſione perſeverem quàm illam inducam malevolentiæ, perverſitatis, virulentiæ? Quia enim contumelia afficit divina & humana, ſacra & profana. Si vera ſunt, quæ eſt contumelia? (rectè enim ille in comœdia negat ſe maledicere, quum, quæ vera ſint, dicat) ſin falſa, oſtendatur falſitas. Sed quomodo oſtendit? ratiunculis quibuſdam & concluſiunculis leviſſimis. Quod quaſi ipſe ſentiret, ne hoc quidem agere ſe ait, ut mendacii, ſed ut malignitatis reum peragat Herodotum. Hanc igitur defendamus, ſi poſſumus. Ac laudationibus illis minutis & tenuibus (ut vult Plutarch.) quot poſſunt opponi præclarè, & pleno ore (ut dicitur) enunciatæ? Quale enim hoc? *Omnium quos ſcimus hominum primi Athenienſes curſu illati in hoſtes ſunt: omnium primi ſuſtinuere veſtitus Medici & hoc ornatorum aſpectum: ad illud autem uſque tempus nomen quoque Medorum terribile fuerat.* Addantur his quæ de Cynægiro ſcripſit. Ac ne- *Eratone. c.* 112. *Ibid. c.* 114.

nequis Athenienſis tantum laudatos benignius credat (in quo neſcio quam ſuſpicionem corruptæ largitionibus voluntatis movet Plutarchus, temerè quidem, ut videtur, neque ipſe quicquam explanat) quid? parcène Lacedæmonios laudavit his verbis? *Sunt Lacedæmonii in certaminibus ſingularibus haud ullis aliis inferiores: in acie verò omnium mortalium præſtantiſſimi.* Quid? horum cives Sperthiam & Bulin parúmne prædicatione ſua ornavit? Sed hæc innumerabilia ſunt. Atque in nomen ſophiſtæ etiam invehitur quaſi probroſum: quum profectò eos, qui veluti opifices quidam eſſent ſapientiæ, & artem quandam facerent illius, ſophiſtas, ut citharistas & grammatiſtas, vocatos, & poſtea vitio hominum, (ut in aliis pluribus evenit) nomen quq; male audiſſe conſtet. Nam quòd exagitat præclaram ſententiam de inſtabili & incerta fortuna rerum humanarum, quam Herodotus Soloni attribuerit (cui quidem ſimiles & alibi leguntur) nimiæ ſapientiæ & pietati hominis concedatur: qui veritus ſit, ne ſi ita de Deo loquamur, ut humanus intellectus quæ dicuntur percipere poſſit, parum pii eſſe videamur. Cur ergo Deo oculos, manus, pedes, aures attribuimus? cur dicimus Deum iraſci? cur ulciſci? etiam vereri profectò, tentare, pœnitere, lætari, dolere. πόῤῥω γὰρ λύπης καὶ χαρᾶς ἵδρυται τὸ θεῖον. ſine quibus illa ne intelligi quidem poſſunt. Quid Xenophon? (quo nemo fuit hominis colentior, nemo obſervantior, nemo pietatis erga Deum acrior hoſtis) nónne eandem ſententiam ponere non dubitavit in præclaro illo opere ſuo hiſtoriæ rerum Græcarum? ſic enim ait, καὶ ὁ θεὸς ᾖ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τὸν μὲν μικρὸν μεγάλων πειῶν, τὸν δὲ μεγάλων μικρόν. Hæc igitur ſacrilega eſt in Herodoto ſententia, quia ſecundum hominum intelligentiam φθονερὸν dixit eſſe τὸ θεῖον. Sed hæc quam ſint futilia quis non videt? Omiſſa autem illam retis fabulam & Pittaci pugnam ferat æquo animo Plutarchus: ſeque hoc conſoletur, quòd, ut ait, tot alias expoſuerit non magis profectò fabuloſas. Sed prætereunda ſunt certè aliqua, indigna quæ refutentur. Cræſi quidem annon ſatis clarè memorat eruditionem, & doctrinam fortunæ adverſæ? cui τὰ παθήματα μαθήματα ἐγεγόνεε. Neque Xenophon ſapientiſſimus vir dubitavit ſimiliter poſt amiſſum regnum prudentiorem Cræſum producere. Ad alias argumentationes illius de Epheſiis, Colophoniis, Chiis: ubi quàm levi utitur ratione, quòd Lampſacenus Charon, antiquior ille quidem Herodoto, quædam non ſcripſerit. Quaſi nihil oportuerit narrare Herodotum, niſi quod in literas jam eſſet relatum. Quod dictu eſt perquam ridiculum: præſertim quum ipſe profiteatur, eorum quæ alii non comprehenderint, mentionem facere decreviſſe. Sed cum de illis, tum de Samiis, Corinthiis, Lacedæmoniis, de Iſagora, Ariſtogitone, Athenienſibus, Platæenſibus, quæ diſputat, patiamur ſanè illum vincere. Quis enim, qui advertere animum paulum modò voluerit, non perſpecturus facile eſt victoriæ iſtius præclarum ſucceſſum?

Venio igitur ad plenam lunam: de qua ingenue fateor non intelligere me quæ à Plutarcho diſputantur. Herodoti luculentiſſima narratio, quum nemini non ſit evidens. Dicit enim, *negaſſe Lacedæmonios, poſſe contra legem ante plenam lunam in expeditionem ſeſe proficiſci, & remanſiſſe in patria dum lunæ orbis compleretur: ac poſtea profectos, ita acceleraſſe ut tertio die in Atticam Lacedæmone pervenirent.* Hæccine narratio illam merebatur tragicam acclamationem, hunc autorem cœlum ipſum, dierum rationem, omnes res confundere? Nam de lege, déque prœlii die, ſua fide affirmante utroque, venia (ut opinor) dabitur ei qui fidem Herodoti pluris ſibi faciendam quàm Plutarchi, & illum potius quàm hunc ſibi eſſe ſequendum putaverit. De Philippide etiam obſcura eſt inſectatio: & erat hic locus in noſtro libro corruptior.

Reliqua ſunt calumniis manifeſtis referta, & ubique conſperſa nigro ſale, & atrocibus quidem illis ſed infirmis criminibus referta. Sane Thebanos, ut civitatem ſuam (notum enim, fuiſſe hunc Chæronenſem Bœotum) exquiſita & peraccurata defenſione propugnavit, & in hac parte admodum vexavit autorem noſtrum. In quo quidem ignoſcendum eſt dolori ipſius, ſed reprehendenda profectò impatientia & ira. Quàm enim moleſte fert & indigne læſos oratione ab Herodoto ſuos? Hoc igitur (ut apparet) ulcus tangi noluit, neque potuit ferre. Sed mendacii crimine Herodotum (ut opinor) facile liberat non modò fama illis temporibus longe lateq; vagata, ſed conſervata etiam ad poſteritatem, proditionis Thebanorum: de qua & Demoſthenes argu-

Ibid. c. 114.
Polymn. c. 104.
Polymn. c. 134. & ſ.
Hoc nomine uſus eſt Herod. in Clione, c. 29.
Clione c. 32.
Hellenicωn l. 5.
Clione, c. 207.
Eratone, c. 106. & 120.
Philippica. 2

argumentum duxit levitatis & infidelitatis illius civitatis: & illud in ſermonibus hominum ſemper permanſit, decimam à Thebanis Apollini perſolvi oportere. Cujus mentionem à Xenophonte ſcimus ſemel atque iterum fieri. Quum enim communi decreto ſtatuiſſent Græciæ civitates, quæ adverſum barbaros conſenſerant, ab iis qui nulla neceſſitate coacti Perſæ ſe ſubjeciſſent, Delphico Apollini bello confecto decimam exigi debere, Thebani quidem potentia ſua reſtitere decreto: ſed quòd illo tenerentur, fama memoriáque hominum conſtantiſſime perduravit. *Hell. 5.* *Decretum fœderis extat in Polymnia, c. 132.*

Præterea quamvis malitioſum & pravum Plutarchus faciat Herodotum, non ſtultum tamen fuiſſe neque hebetem confitetur. Quid autem incogitantius fieri potuiſſet, & in ſumma audacia amentius, quàm ea affirmare atque tradere, quæ, ſi falſa eſſent, non modo paulo ante defunctorum dictis atque relationibus, ſed memoriæ, vivorum propemodum, teſtimonio refutari atque redargui poſſent? Et ille cum tam impudente mendacio, cum tam inconſentanea expoſitione, cum narratione tam diſſidente, in celeberrimum frequentiſſimumque totius Græciæ conventum (ita enim accepimus) venire, & illa vaniſſima atque leviſſima ſcripta, plena malevolentiæ & obtrectationis, reclamantibus divinorum & humanorum monumentorum inſcriptionibus, recitare non dubitaret? Nimis ineptum & frivolum facis autorem, contra tuam quoque exiſtimationem. Non audiviſſent ac potius exibilaſſent, vel male etiam multarum illo tanto theatro ejeciſſent eum, qui plane ad irridendum & eludendum auditores, quique in communi Græciæ ſolennique cœtu ad nomen Græcum proſcindendum lacerandumque adeſſet. De conſilio autem & facto Leonidæ retinendi Thebanos etſi aſtute diſſerit, nemini tamen non plurima in mentem venire arbitror quibus hoc etiam loco defendi poſſit narratio. Adduxerat invitos, ſed ſic ut à civitate delectos: ergo non modò illius, ſed ſuorum quoque metus hos continuit. Dimiſit alios, quos minus alacres in aperto eſſe diſcrimine videbat; illis enim parcendum decreverat. Quomodo voluit autem vel potuit omnino quadringentos retinere, quum trecentos ſolùm haberet ipſe ſecum? Primum voluiſſe Leonidam perdere iſtos Thebanos dixerat: neque non plures quàm trecenti cum illo fuêre. Nam præter Theſpienſes, etſi non dicitur, cum trecentis tamen Spartanis ſequutos alios plures ditionis ipſorum intelligere debemus. Ita enim fieri ſolitum ſcimus, ut Spartani nequaquam veluti ſolitarii, ſed quodam ſatellitio ſuorum ſtipati in expeditionem proficiſcerentur, quum ſinguli interdùm ad ſeptenos adducerent eorum quos εἴλωτας vocarunt. Sed quid facerent? aut in illis anguſtiis quid experirentur tutius quàm quod retulit Herodotus? Neque aliud tempus omnino videtur fuiſſe vel defectionis, vel fugæ, vel tranſitionis, quàm quod memoravit Herodotus. Sed in tanto tumultu quo pacto exaudiri potuit imploratio? Et interfectos enim ſcribit nonnullos, & vel de geſtu intellectum fuit ſupplices hos eſſe. Notas quidem cur impudentiſſime confingere voluerit, cauſam equidem nullam reperio. Accuſat paulo poſt aſperitatem vocabuli, quod de fuga conſuluiſſe dixerit Græcos. Nimis eſt ſeverus noſter Ariſtarchus. Atque etiam illud non tulerit credo, quòd rex regum cenſet aufugiendum de Troja; non enim (ut opinor) mollius eſt φεύγεσθαι, quàm δρηνὸν βαλέεσθαι. Quid verò de Naxiis & Themiſtocle dicemus? Scilicet in metu tanti belli, & tempeſtate barbaricæ claſſis ingruente, incredibile fuerit, inſulanos homines non ad eos proficiſci voluiſſe quibus nemo non interitum aut ſervitutem impendêre exiſtimaret. Themiſtocli vero indecorum aut turpe fuerit, adjutum ipſum alterius conſilio, non ſolum omnia commentum fuiſſe: at Agamemnonem, non unum aut alterum, ſed decem συμφεράδμονας optare non puduit. Nam in Artemiſia quod facetias conſumit ſuas, quibus nequaquam abundat, feciſſe videtur incogitantius. *Polymn. c. 205. & 220.* *Calliope, c. 28.* *Polymn. c. 233.* *Urania, c. 4.*

In iis quæ ſequuntur, quod non modò quid perperam ſcripſerit, ſed quæ ſcribere etiam debuerit Herodotus, docere vult, ſit hoc & ipſum præclaræ & ſingularis ſapientiæ Plutarchi. Cætera involuta ſuſpicionibus, & alienarum rerum mentionibus confuſa, & fallacibus complexionibus intricata, & anxietate quadam mirifica accuſationis ſeſe ipſa infirmantia, vel relinquamus ſane, vel ad priora remittamus. Ad omnia enim fermè reſponderi dicique idem videtur poſſe: inſaniam eſſe & furorem, non perverſitatem, neque fraudulentiam, ea commemorare, quæ quum primum cognita fuiſſent homi-

homiṇum ſcientia reprobarentur, à poſterioribus autem inter ſe diſſidere & contraria eſſe facilè perſpicerentur. Etſi autem homines docti ac ingenioſi non difficulter reperiunt quomodo aliquid dicendo evertere odioſumque reddere aut ſuſpectum poſſint, tanta eſt tamen vis veritatis, ut neſcio quo pacto, quamvis oppreſſa & obſcurata, illa plerunque tamen reſiſtat atque eluceat contra dolos & verſutiam. Quapropter non quid conquiſierit ad inſectationem Herodoti Plutarchus, neque convitia quæ illi facit nimis cupidè, neque ſtudium exagitandi autorem antiquiſſimum, ſed rem ipſam ſpectabimus. Ipſi autem Plutarcho hoc dicimus,

Iliad n.

——σὺ μὲ ὺ χαλὰ ταῦτ' ἀγορεύεις.
Ὄιδα χ' ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τῶδε νοῆσαι.
Εἰ δ' ἐτὸν δὴ τῶτον ἀπὸ σωδὸς ἀγορεύεις,
Ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Sic enim videtur non ille quidem quæ ſenſerit ipſe, in hoc libello diſſeruiſſe, ſed vel aliorum voluntari aſſentatus eſſe: vel quid in mala cauſa poſſet oſtendere voluiſſe. Quod ſi de animi ſui judicio & inductione illa ad talem modum diſputavit, profectò in hac parte receſſit à ſe ipſe. Non enim aliter exiſtimo quàm fuiſſe Plutarchum, virum non modò eruditum & ſapientem, ſed etiam bonum, quam famam, præſertim probitatis, ut tueretur, minus curaſſe illum apparet in propoſito accuſationis hujus. Sed finem faciamus. Non enim jucunda nobis fuit quaſi contentio & rixa cum tanto viro, quam tamen ut neceſſariam, omittere non potuimus, & in officii (ut rati ſumus) cuſtodia, & in ſtudio nomini bonitatique autoris excellentiſſimi debito.

Thucid. lib. 1. κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ξύγκειται.

Objicitur autem & hoc nobis, quod quidam volunt à Thucydide contra Herodotum dici, de fabuloſis narrationibus & hiſtoriis confictis ad auditorum voluptatem, *quæ quum delectatione tantummodo afficerent audientes, in præſentia quidem juvarent, ſed diuturnum fructum non haberent.* Ego verò non magis in Herodotum hæc conferri poſſe puto, quàm in quemlibet priorem de ſcriptoribus hiſtoriarum. Et (ut verum fatear) illas planè priſcas expoſitiones antiquiſſimarum rerum oratione & verbis ad venuſtatem, & jucunditate quadam animos perfundendum, compoſitas (quales potiſſimùm Pherecydis Syrii fuiſſe accepimus) graviſſimum autorem exiſtimo veritati rerum geſtarum non oportere præferri cenſuiſſe: ac hilaritatem hiſtoriæ cedere ſeveritati, neque ſuavitatis cujuſdam lenitatem, conſtantiæ & dignitati narrationis anteponi voluiſſe. Sed de hoc quiſque, ut lubuerit, ita ſtatuat atque ſentiat. Nos autem hoc teneamus: non modò propter ſermonis elegantiam, & illam cùm ab aliis tum Cicerone laudatam dulcedinem, & quaſi amœnitatem quandam, diligendum hunc autorem, & in manibus ſemper habendum eſſe: ſed propter rerum cognitionem maximarum, propter maximè ad vitam utilium ſententiarum copiam, ob plurima certò, accuratè, prudenter, honeſtè dicta, magnifaciendum nobis, vel in ſuo potius genere anteponendum univerſis. Nota ſunt ex Latinis Ciceronis & Quintiliani elogia præclariſſima hujus autoris. Græcorum autem quæ opinio de his libris fuerit, ſatis indicat inſcriptio nominum Muſarum, quibus omnem ſapientiam & doctrinam & ingenii præſtantiam, antiquitatem ſignificaſſe notum eſt. Et quicunque meminere ipſius, honoris & laudis præfationem ſemper uſurpaſſe reperiuntur. Quas ob res neque me pigere operæ poſitæ in hoc autore debere puto, neque non hortandi mihi videntur omnes, ut ſtudio ſingulari in hoc autore verſari, & illum præcipuo amore complecti velint. Nam & mihi fructuoſam fuiſſe lectionem hujus videor ſentire, & aliis item futuram eſſe confido. Viſum autem, *&c.*

DE HERODOTO, EX EODEM JOACH. CAMERARIO.

HERodoti patrem fuiſſe Lyxem & Dryo matrem perhibent, patria Halicarnaſſenſem: quod præſcriptum nunc etiam in hiſtoria illius legitur. Parentes in ſua civitate bono loco natos tradunt, ipſumque fratrem habuiſſe Theodorum nomine. Quum autem teneretur Halicarnaſſus à Lygdamide tyranno, nepote Artemiſiæ reginæ Cariæ, ſeceſſit Herodotus in Samum inſulam: atque ibi lingua Ionica hiſtoriam

magnæ

magna cum cura compoſuit, relatam in libros novem: quam quum in frequenti Græciæ conventu Olympiorum recitaviſſet, ſic placuit univerſis ut ita audirent quaſi Muſas loquentes: ideóque libris qui novem (ut diximus) eſſent, Muſarum novem indidere nomina. Quum reverſus in patriam autor fuiſſet civibus ſuis tyranni expellendi, ſucceſſit quidem res, ſed invidia maxima Herodotum excepit. Ita enim fieri ſolet ut periculorum metum patta ſecuritate obtrectationes fere ſequantur. Cedendum igitur, relinquendos ingratos cives ratus, quum Athenienſium tum colonia in Thurios Italiæ populos deduceretur, ſua ſponte illis ſe colonis ſocium addidit: & ibi finivit vitam ſuam: ſepultusque fertur in foro. etſi quidam Pellæ mortuum fuiſſe tradidere. Ipſe facit mentionem λόγων Ἀσυρίων & λόγων Λιβυκῶν, quos conſcripſerit: de quibus tamen hæc mentio ſolummodo reſtat. Herodotum ſcribunt, quum recitaret in Olympiis (ut ſuprà retulimus) hiſtorias ſuas, audiſſe Thucydidem qui adhuc ætate puer eſſet: quumque Thucydides tum quaſi divinitus commotus lacrymas profudiſſet, animadverſiſſe hoc Herodotum; & gratulatum fuiſſe patri ipſius Oloro: hortatumque ut erudiendum curaret filium diligenter: gliſcere enim in animo illius cupiditatem bonarum artium atque diſciplinarum. De Herodoto Græcum epigramma fertur, quo memoratur & illa invidiæ fuga & diſceſſio in Thurios.

Lucian. Herodoto, vel Etione.

Clione c. 106. Euterpe, c. 161.

Ἡρόδοτον Λυξέω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν,
Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἀπὸ τῆς δ' ἀπλήτου
Μῶμον ὑποκπεφυγών, θεῖον ἔχε πάτριον.

Extat apud Stephanum: ſed magis integrum in ſcholiis Nebularum Ariſtoph.

quod nos ita aliquando convertimus,

Terra, ſatum Herodotum Lyxe, tegit iſta ſepultum,
Qui priſcæ Ionicæ laudem habet hiſtoriæ.
Dorica produxit tellus hunc: unde fugatus
Invidia, hac patria Thuride ſedit humo.

Ex eo factum eſt ut aliqui præſcriptionem Halicarnaſſenſis mutarent in Thurii: quod & Plutarchus annotavit in libello De exilio. Reperio relatum hunc in Olympiadem LXXVII, & LXXXIIII. cum quo non diſſentit quod traditur, floruiſſe Thucydidem Olympiade LXXXVII, & Olympiade LXXXVIII mortuum Periclem *Xanthippi filium*, cujus Herodotus meminit. Plinius ubi de ebeno diſſerit, Herodotum ſcribit Thuriis condidiſſe hiſtoriam anno ab V. C. trecenteſimodecimo. Quod & ipſum cum numero LXXXVII Olympiados conſentit, quo aliqui floruiſſe Herodotum tradidere: quum acceperimus Romam conditam eſſe circiter Olympiada VI. Sane cum Hellanico vixiſſe fuiſſéque apud Archelaum, traditum eſt: quod tempus & Euripidis poetæ fuit, quem genitum accepimus eo die quo Perſæ fuêre à Græcis fuſi. Pherecydes & Hecatæus diu ante illum hiſtorias & fabulas componere primi oratione ſoluta cœpere. Fuit & Charon Lampſacenus paulò hoc ſuperior, qui & ipſe bellum Perſicum deſcripſit. Sed & Hellanicus ſuas hiſtorias ante Herodotum edidit, quas ipſe ſe legiſſe ſignificat. Fuit hoc nomine Olophyxius Thrax, qui de nymphis & ſacris ſcripſit: & alius, medicus.

Eratoſt. 131.

DE DIALECTO IONICA, EX EODEM.

ORatio Herodoti elegans eſt, & Ionicæ linguæ propria quadam facilitate, ſine omnibus veluti anfractibus, defluens. Dialectus autem (id eſt peculiare orationis genus) Ionum cum Attica lingua magnam habet communitatem. Nam & hæc quodam tempore appellatio Athenienſium, & Ionicæ omnes coloniæ Athenienſium fuere. In quibus accidit ut ſonus vocis & forma ſermonis in alieno ſcilicet ſolo Aſiæ atque inſularum mutaretur. Traditum autem eſt, appellatos primùm Cranaos incolas Atticæ, quum Pelaſgi adhuc Græciam tenerent: regante deinde Cecrope, Cecropidas. Cui quum ſucceſſiſſet Erechtheus, tum illis fuiſſe inditum nomen Athenienſium: ac mox ab Ione ductore, Ionum. Hic fuit Xuthi, vel Apollinis (ut poetæ)

Pausan. Achaicis. poetæ) filius, ſuſceptus ex Creuſa Erechthei filia: & Ægiali ac Helices regnum tenuit. Cujus gens poſtea à Dorienſibus pulſi, ab Athenienſibus in civitatem recepti fuêre.

Varietates in Ionica lingua hæ fere annotantur. Α in η mutatur, niſi Doricum fuerit α. αι mutatur in η. Mutatur & ε in η, diviſa diphthongo, itemque in genitivis nominum ος. ων mutatum eſt ex εων. Craſſæ mutantur in tenues. Attica mutatio eſt α in ε. Uſurpant Iones & ε cum ο, in genitivis nominum ις, ubi Attici ω ponunt: quum ιΘ. quoque communis ſit & Ionica flexio. Vertunt π in κ. Item αυ in ωυ. itaque hæc diphthongus, Ionica vocatur. Pro ω accuſativo faciunt εα. Duo σσ in ξ mutant. Metaplaſmus οι, in ες, Ionicus eſt. ſimiliter & aliæ quædam ſuæ hujus dialecti formæ ſunt. Eſt & mutatio η in α. Mutant ϑ in δ. item ε in α. Addunt Iones finali σ, litteram ι, & in verbis, σι. Syllabam ῶ circumflexam, εω faciunt. Interdum & non circumflexum ϑ primæ declinationis, εω faciunt. Vocabulis initialibus τ præponunt. ο & ε producunt, addita υ & ι. Tertiæ declinationis genitivum in οιο, de ϑ, proferunt. ω faciunt ωϊ. Geminant conſonantes, ut σσ, λλ, ππ. Inſerunt ε, item σ. nam θα primæ perſonæ pluralis, σθα, & θον dualis, σθον faciunt. Inſerunt α in patronymicis. Iones integris & contractis verbis nominibusque & participiis adverbiisque, omnibus denique orationis partibus utuntur. Mutant λω in εα. Augmenta præteritorum & aliarum dictionum initia abjiciunt. τ nominum in αι in declinatione elidunt. Utuntur reduplicatione. Utuntur & tranſpoſitione tam literarum quàm ſyllabarum. Abjiciunt ι de diphthongo ει. Initiales literas abjiciunt. Ex ιε faciunt ι longum. Suas habent tertias perſonas plurales præteriti perfecti paſſivi, poſita littera α ante ται finale, ut & in aliis. Infinitiva per ſyllabam μεν producunt. Sunt & contractiones & ſynalœphæ Ionum: ſunt & apocopæ.

Horum exempla promiſcuè ſubnotavimus, & aliis quibuſdam proprietatibus dialecti Ionicæ indicatis. Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, pro Ἁλικαρνασσέως ἱστορίας ἀπόδειξις. Θωυμαστὰ, pro θαυμαστά. Ἰῶν τὼ Ἰάχω, pro Ἰὼ Πλεῦνας, pro πλέονας. Ἀπ' ἧς, pro ἀφ' ἧς. Ἀπελόμβροι, pro ἀφελόμβροι. & Ἀξιαπηγητότατα, pro ἀξιαφηγητότατα. Διαπρηξαμβύης κὴ τἄλλα τῷ ἕνεκεν, pro Διαπραξαμβύης κὴ τὰ ἄλλα ὧν ἕνεκα. Ἐγεγόνεε, pro ἐγεγόνει. Ἤδεε, pro, ἤδει. Δεσωότεα pro δεσωότεω. Μίδης, pro Μίδας. Θρόνον βασιλήϊον, pro βασίλειον. Ἐσάμβαι, pro ἐσάναι. Ἐπικρέτεον, pro ἐπικρέτων. Κυρίλλῳ τῷ ἡμερέων, pro κυρίαν τῶν ἡμερῶν. Κιδῶνας, pro Κιτῶνας. Ἐπὶ νόον ποιέυσι, pro ὀπὶ νοῦν ποιοῦσι. Περιέπω, pro περιέπε. Ἰεὸν, pro ἱερόν. Ὀρτὴ, pro ἑορτή. ΚεῖνΘ., pro ἐκεῖνΘ.. Ἐὼν ἔασα, pro ὤν, ἔασα. Κεχρίσμενοι εἰσί. Ἐτετάχατο, pro τεταγμένοι ἦσαν. Τὼρχαῖον, ὦἀνθρωπε, ὦναξ, ὠνὴρ, ἄτερΘ., πανθρώπε. pro τὸ ἀρχαῖον, ὦ ἄνθρωπε, ὦ ἄναξ, ὁ ἀνὴρ, ὁ ἕτερΘ., τῷ ἀνθρώπῳ. quæ Attica ſynalœpha & in aliis reperitur: ut θατέρῳ, τῷ ἑτέρῳ. ὙδρηΘ., πόληΘ., pro ὕδρεως, πόλεως. Ἐγχειριδίοισι, pro ἐγχειριδίοις. Ἐπεὰν, ἀδελφεὸς, pro ἐπὰν, ἀδελφός. Τὔνομα, μὴνΘ., ξεῖνΘ., pro τὸ ὄνομα, μήνΘ., ξένΘ.. Ποιεῦσι, pro ποιῶσι. ἐδικαίευν, pro ἐδικαίουν. ΜεγαθΘ., τάμνειν pro μέγεθΘ., τέμνειν Ὁ πέωνες, pro ὀπάονες. Ὁρέων pro ὁρῶν. ραθμεώμβροι, pro ραθμέμβροι. χρεωμβίων, pro χρωμβίων. Κωΐη, pro κωμῆ. ἀνθρωπίη, pro ἀνθρωπῆ. Τυφὼ, ἄθαι, pro τυφὼν ἄθαν. quod plane Atticum eſt. Πλεῶ, pro πλέον. Προσδέκεο, pro προσδέχου. Ὦρα, pro ἑώρα. Δικὰ, τριχὰ, pro δικαστὰ τριστά. ΑΥ' τύπεω pro αὐτύπτου. Ἐν τῆσι ἁμάξῃσι, pro ἐν ταῖς ἁμάξαις. ac concurſum omnino vocalium Iones amant. Ἄδρηξα, pro ἄδραξα, *quæ non ſolerent anfugere.* Ἐπιβατέων, pro ἐπιβατῶν. Ὁκόσον, ὅκυ, κότε, pro ὁπόσον, ὅπυ, πότε. Βυβάλιες, ὄφιες, pro βυβάλεις & ὄφεις. Ἐσσωθέντες, pro ἡσσωθέντες· & ἔασονες pro ἧσσονες. Ἀδαέες, pro ἀδαεῖς. Οἴκασι, pro ἐοίκασι. Κέρεα & γέρεα pro κέρα & γέρα, contracto de κέραα, eliſo τ. Ἐξαλάδατο, ἐξαλμβύοι ἦσαν. Κατεργάφατο, κατεργαμβύοι ἦσαν. Τρῶμα pro τραῦμα, omiſſo υ. niſi magis eſt à verbo Ioniſco factum quod τρώειν illi dicunt. id eſt, πιτρώσκειν. Apud Homerum Ἐρίηρες, pro ἐρίηρει poſitum volunt: Ἐρυσάρματες ἵπποι. Herodotus ΑΥ' τυκέλεες, pro αὐτοκαλδυτοί. Contrà μάρτυρσι & φύλακσι, Iones, pro μάρτυρες & φύλακες. Ὄψεαι, pro ὄψῃ. quod Atticis eſt ὄψει. Ἀπικίατο, pro ἀφίκοντο· Ὁρμέατο, pro ὥρμηντο. Μαναστῶν, pro Μιλησιῶν. Λάξις, pro λῆξις. ΟΥ in οιο ſolutio, & σθα, ac σθον, πρωτικώτερον videtur. Ὑπερώϊον, λωΐον, pro ὑπερῷον, λῷον. Κραδίη, pro καρδία. κραπεὸς, pro καρτερός· ut Homero ΚεφαλθΘ., pro ΚαρπαθΘ. Reduplicationes ſunt Homericæ

mericæ, Τετύκοιλο, ἐκλέλαθεν, πεταγών. Herodotus Ἀεραιρημένοι dixit pro ἠρημένοι. Ἐνδιῦτεν, pro ἐνδῦτεν. Ἀποδανεύμενοι, pro ἀποδανέμενοι. Duplicationes consonantium Ionicæ illæ quidem esse perhibentur, sed sunt Poeticæ, ut Ὄσσον φέρτερός εἰμι. Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι. Ὁππότ' ἀνὴρ ἐνδέλει.

EX EODEM.

Ionicus est & articuli pleonasmus; ut, Τὸν μὲν ἀνασῆσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδεω ἐναρέξοι, pro ἐναρέξοι δέ. in quibus ὁ pronomen esse volunt, & significare αὐτός, Ionicè. Polymnia, εἰ μή τι ἐνέοι σφάλμα φέρον τῷ βαρβάρῳ, τὸ μὲν ἔλεγεν οὐδέν, ὁ δὲ τὰ εὐτυχέστατα ἐκλεγόμενος, *siquid inerat quod fraudi esset barbaro, eorum nihil memorabat, sed eligens maximè fausta.*

Est autem & aliorum pronominum hic usus, εἰ δὲ ταῦτα ἐπόδωσειν ἐκ ἐθελήσεις, σὺ δὲ πάντως τρέπεσθαι ἀνάξειν, pro ἀλλὰ πάντως ἀναξεις. Et rursum ἦ σέ γε, pro ἦ γε. Iliad. ρ.

Ὅς ῥ' ἐπεὶ ἄρκε κάμησι κυσὶ τ' ἀνδράσι τ' ἐρεθίζων,
Οἵ τι μιν ἐκ εἰῶσι βοῶν ἀπὸ πῶαρ ἐλέσθαι,
Πάννυχοι ἐγρήσσοντες, ὁ δὲ χρειῶν ἐρατίζων. Ἰδύει.

Ionum sunt anastrophæ; ut, ὄρνιθες ὡς. Iliad. β,-- ἔστε ἔοικε κακὸν ὡς δειδιαπεῖν. Sic ᾧπι pro ἐφ' ᾧ. Et, βιοτῆς νῶϊ μὲν ἀνθρωπίνης πέρι. Iliad. β. τότε δ' ἤδη ἔχεν κῆρ γαῖα μέλαινα. i. κατεῖχε.

Sunt & ἀποκρυαὶ Ionicæ verbi substantivi; ut, ἔνι pro ἔνεσι, μέτα pro μέτεσι. Hom. παρ' ἔμοι γε κἀλλοι, id est, πάρεισιν ἐμοί.

Cùm aliter, tum interposito ὧν dirimunt conjungenda. μέχρι μὲν ὧν τούτων. & βύβλῳ ἐπὶ τὰ νέρεα ἐλίσσων, id est, ἐπιελίσσων. & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. & κατά μὲ ἐφάρμαξας, pro κατεφάρμαξας ἐμέ. & εἶπε τῷ τις Βαβυλωνίων, pro τῷ Βαβυλωνίων τις. Sic ὡς ὃ αὔτως, pro ὡσαύτως. Iliad. β, καδδέ κεν ἐκχολίῳ. & Iliad. ρ, -- ἀπὸ δὲ μελινδέα θυμὸν ἕλωμαι, pro κῆρ δὲ ἐκχολίῳ, & ἀφέλωμαι θυμόν. Iliad. α. ἐκ δ' ἕλον Ἀτρείδῃ i. ἐξεῖλον δέ. Sic ἐπὸ δ' ἤρεον, pro ὑφῄρουν. Polymn. ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων, i. ἀπάγων.

Præpositiones absolutè, quasi adverbialiter, sæpe ponunt: μετὰ δὲ, τῆς στρατιῆς ἀπιγμένης εἰς Σάρδεις, *postea verò, quum exercitus Sardis veniisset.* Sic, καὶ πρὸς ἀνεπιτήμονες ἔσαν, *præterea.* Iliad. χ, Πρὸς δέ με τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέαιρε. Alibi, ἐκ δ' αὐτὸς ἐδύσατο νώροπα χαλκόν. Item, Ἀφ' πρὸ δὲ εἵσατο καὶ τῆς. Herod. Polymn. ἐν δὲ Ἀρτέμιδος ἱερὸν, *in illo litore est fanum Dianæ.*

Ionicum est casum ad præpositionem referri quæ cum verbo adjuncto composita est; ut, ὅτι οἱ ἐπορώρη, id est, ὁ, τι ὁρῶτο ἐν αὐτῷ, *quid in se animadverteret.* Iliad. β, --τέο δ' αὖ ὄπι μέμφεαι, id est, ἔπι τίνος μέμφη. Et ὤμοσιν ἐπείη. i. εἴη ὄπι τοῖς ὤμοις. Item Iliad. ν, Θεασιὼ Ἔκλοος εἶπε φόβασάς. i. τὰς φόβας τὸ Ἔκλοος. Herod. Clione, τρία δὲ ἔτεα ἐπανεβάλλετο τὴν Σαρδίων ἅλωσιν, id est, ἐπ' ἔτεα τρία, *in tertium annum distulit Sardium expugnationem.* Idem, ἀπόζει τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης, id est, ὄζει ἀπὸ τῆς χώρης.

Singularis usus infinitivi εἶναι, Ionicus est, hoc modo, καὶ τὲς Ἴωνας ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τῷ πρώτῳ εἶναι, *ut hæc prima quidem cura esset.* Et, οὐδὲ ὁμολογήσομεν ἐκόντες εἶναι, *quod volentibus quidem nobis fiat.* Et, τὸ δὲ σύμπαν εἶναι, *in quo totum verteret,* aut *Re ipsa.*

HERODOTI
VOCABULA IONICA,
ET
Quædam Loquendi Genera, Illi cum *Homero* magnâ ex parte communia : necnon alia.

Collecta & Latine reddita, partim ab *Joachimo Camerario*, partim ab *Henrico Stephano*: litera *C* illius nomen, *H* hujus nomen indicante; à quo & addita nunc fuerunt aliquibus *Camerarii* interpretationibus exempla.

HENRICUS STEPHANUS Lectionis HERODOTI ſtudioſis.

Si vulgo receptum morem uſurpare, quàm meum tenere, maluiſſem, Joach. Camerarii *nomen ſilentio præteriiſſem: ac titulum huic opuſculo præfixiſſem quo hanc recenſionem pariter & interpretationem vocabulorum, quæ quum* Herodotus *ſibi habere peculiaria videatur, habet tamen cum cæteris Ionibus & nominatim cum ipſo etiam* Homero (*ad pleraque quod attinet*) *communia, totam ſuſcepiſſem & in me recepiſſem. Nec tamen magnum onus humeris meis impoſuiſſem: quæ enim Camerarius de illis vocabulis antea ſcripſerat, meis infarciendo, eaque pro meis oſtentando, magnum oneris levamentum in promptu mihi fore animadvertebam. Præſertim vero quum multo plures à me quam ab illo voces recenſerentur & exponerentur, ſub meæ commentationis prætextu dominium in illius quoque commentatiunculam uſurpare, res fuiſſet quæ multorum exemplis defendi (ſi exempla malam defendere cauſam queunt) potuiſſet. Verùm ego non ſolùm, alienis tantummodo plumis ſe veſtire, corniculæ in morem ſed etiam vel miſcere ſuis alienas, atque id diſſimulare, vix ingenui eſſe hominis, ſemper exiſtimavi. Atque hoc & meus Theſaurus teſtari abundè poteſt. Quinetiam Paralipomena tantùm inſtitutionis grammatices (aut ſaltem eorum partem) ſcribere malui, quàm meam inſtitutionem grammatices ad tam multas aliorum addendo, in aliena plurima manum injicere, ſimulque miſeros lectores crambe toties repetita occidere. Neque tamen ſum neſcius, reperiri quotidie qui multo majori cum turpitudine plagiarii ſint: id eſt, multo turpius & magis pudendum plagium committant, dum aliena, & quidem è multorum nonnunquam libris conſarcinata, ſive conſuta, aut (ſicui Græca vox magis placet) σωρραμμένα (licet eorum nonnulli ne artem quidem talia conſarcinandi, ſive conſuendi, ſive τῦ συῤῥάπτειν, calleant) impudentiſſimo novi tituli libri, aut novi ſaltem nominis autoris, mendacio, pro ſuis obtrudentes, & obtruſa venditantes, fucum faciunt: etiamſi nulla futura ſit qua vel γρῦ tam multis alienis οἴκοθεν (id eſt, de ſuo) inſuiſſe dici poſſint.*

Cæterùm, quamvis pauca illa quæ Camerarii ſunt, ita meis inſeruerim (appoſito ubique ejus nomine) ut intacta in illis omnia reliquerim, fuiſſe tamen ubi ejus interpretationi nonnullarum vocum aliquid adjicere, aut in eam non ſine aliquo fortaſſe lectoris fructu inquirere potuerim, oſtendam alias (deo favente) in iis quibus Herodoti lectores, præſertimque ejus valde ſtudioſos, amplius juvabo. Sed malui exemplorum alicubi adjectione, aut exempli, ubi Camer. nullum attulerat, contentus eſſe. Ne hoc quidem tacebo, me in quibuſdam vocabulis exempla Homeri, in quibuſdam Hippocratis, (quæ Erotiani, & Galeni lexicis, quum ea excudi, deſtinaveram) in nonnullis, utriusque, attuliſſe.

Vocum

Vocum HERODOTI *Recenſio & Interp.*

A.

Ἄγειν καὶ φέρειν, Ionicum eſt de hoſtilibus direptionibus. Herodot. lib. I. c. 88. φέρυσί τε καὶ ἄγυσι τὰ σά. Et rurſum I, 166. καὶ ἄγον δὴ καὶ ἔφερον τὰς βοῦς τὰς Φωκαίων ἅπαντας. Iliad ε, Οἷόν κ' ἠὲ φέροιεν Ἀχαιοὶ ἦκεν ἄγοιεν. Neque me fugit, & apud Xenophontem & alios Atticos autores hanc figuram reperiri. nam & alia, quæ ut Ionica annotavimus, illi uſurparunt. utriusque enim linguæ eadem (ut ſuprà diximus) origo fuit. C.

Ἀγινέειν vide in Ἀπαγινέειν. Paſſ. Ἀγινεόμενος. activa ſignific. *Adducens* VII, 33. ἀγινεόμενος γυναῖκας. H.

Ἀγοράομαι, ῶμαι, *Concionor, Concionem habeo.* Unde ἠγορώοντο, VI, 11. ἐγίνοντο ἀγοραί. καὶ δίκας φέρειν καὶ ἄλλοι ἠγορώοντο. Sic Hom. Il. δ, verſu 1. Οἱ δὲ θεοὶ παρὰ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο. Sed hic eſt potius *Conciliabant, Conſultabant.* At quum dicit, ἀγορήσατο καὶ μετέπεμπε, eſt *Concionem habuit.* Verbum autem Ἀγοράζω apud hunc (ſicut apud Thucyd. & Ariſtoph.) eſt, *In foro verſor.* H.

Ἀγχίστροφα, *In contrarium mutata, Contraria.* ἀγχίστροφα βουλεύομαι, VII, 13. Propriè autem Ἀγχίστροφον q. d. *Converſionem*, id eſt, mutationem, *propinquam habens*, ſive *Mutationi propinquum.* H.

Ἀγωνίδαται pro ἠγωνισμένοι εἰσὶ, ſed paſſivâ ſignificat. pro *Decertati ſunt:* IX, 26: 2. πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῖν ἄνδρες Σπαρτιῆται, ἀγῶνες ἀγωνίδαται, *multa certamina decertata ſunt.* Sed perperam in Aldina & Germ. edit. ἀγῶνας pro ἀγῶνες ſcriptum eſt. H.

Ἀδαήες, *Ignari, Imperiti*, IX, 45. ἡμεῖς δὲ ἄπειροί τε εἰμὲν καὶ ἀδαήες τυτθὸν τοῦ ἀνδρῶν. H.

Ab eodem pro Ἀδὰς dicitur Ἀδαήμων, ut VIII, 65. ἀδαήμονα τοῦ ἱρῶν. Quinetiam verbum Δεδάηκε, *didicit.* H.

Ἀδεῖν & Ἀνδάνειν, *Placere*, Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. Et, Ὡς ὄφελεν θανάτοιό μοι ἀδεῖν κακός. C. Vide Ἀπαδεῖν & Ἔαδε.

Αἶμασιαὶ, *Septa.* Sed addit Herod. in primo, c. 180. αἱμασιὴ πλινθέων ὀπτέων. Odyſſ. σ. αἱμασιάς τε λέων, *Septa ſtruens.* C.

Αἴγη, *Exiſtimatio.* C.

Αἶχμὴ κακῶς ἐσπεύαι dicitur πρός τινα, ab Herodoto, rariſſimo ſed elegantiſſimo loquendi genere, lib. VII, c. 152. de Argivis, ἐπειδὴ σφι πρὸς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἐσπεύε, hoc ſenſu, *Quum minimè ſecundum iis adverſus Lacedæmonios prælium fuiſſet.* Quam interpretationem etſi aperte præcedentia & ſequentia confirmant, poſſit tamen ea & Euſtathii teſtimonio comprobari: qui poſtquam dixit δόρυ nonnunquam ſignificare πόλεμον, id eſt, *bellum*, (veluti quum aliquis vocatur δορὶ κλυτὸς) itidemque vocem αἰχμὴ uſum iſtum habere: unde δορυάλωτος & αἰχμάλωτος ſignificare pariter ὁ ἐν πολέμῳ ἁλούς· ſubjungit, λέγει δέπου καὶ Ἡρόδοτος ὧδέ τινων, ὡς κακῶς αὐτοῖς ἡ αἰχμὴ ἔσπευσε πρὸς τὰς δεῖνα, ἤγουν ἐδυσχέρανε αὐτοῖς ὁ πόλεμος. Additque, hoc ex conſequenti eſſe dictum. ἀκολουθεῖ γὰρ τοῖς ἐν μάχῃ δυσχεῶσι, κακῶς αὐτοῖς ἐχούσαις τὰ αἰχμῶν. Cæterum in compoſitione quoque nomen hoc pro *bello* uſitatum eſſe apud Iones ſciendum eſt, quum videlicet appellant ὁμαιχμίην quod alii συμμαχίαν. ut VIII, 140: 1. ὁμαιχμίην συνθέμενοι. Ab eadem voce eſt μεταίχμιος. unde μεταίχμιον γῆν legimus, VIII, 140: 2. μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. H.

Ἀλέες, *Conferti*, Et Ἀλίζεως ac Συναλίζεως, *Colligi* ſeu *Congregari.* Et Ἀλίη, *Cœtus.* C. Exemplum verbi Ἀλίζεως, I, 79. ἀλίζεως τὴν τῶν Λυδῶν δύναμιν. Utitur & Hippocr. hoc verbo Ἀλίζεως. Invenitur autem & activum Ἀλίζειν apud Herod. VII, 12. necnon compoſitum Συναλίζειν, I, 126. Ad nomen autem ἁλέες quod attinet, ſciendum eſt, ἄλες quoque apud Hipp. exſtare: atque alicubi ἄλες & πολλὸν copulari.

Ἀλεεινὴ χώρα, *Calida regio.* Et Ἀλέα, *Calor*, ut in locis apricis. C.

Ἀλεωρὴ à Valla redditur *Remedium*, IX, 6. ὡς καὶ αὐτοὶ τινὰ ἀλεωρὴν διηυρήκαμεν. Pro-

prie autem ſonat *Evitatio, Declinatio, Effugium.* Ac redditur etiam *Levamen,* & *Laxamentum,* necnon *Solatium.* Hippocr. ἐν φλεγμονῇσι utitur, Ἄνεσις γὰρ νόσου τισὶ κάμνουσι παρέχει μᾶλλον ἀλεωρίου.

Ἀλλὰ ut ab Homero, ita etiam ab Herod. quibuſdam loquendi generibus adhibetur: quorum vel frequentiſſimum eſt (niſi me memoria fallit) ἐς ἀλλὰ τρέπειν. quo videtur ſignificari quod Gallicè dicitur, *Se mettre en defenſe.* Hoc autem exiſtimatur dici à Livio, *Vim parare:* veluti quum ſcribit, *Alios vim parantes occidit.* III, 78. ἀνά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ ποιηθὲν πρὸς ἀλλὰ ἐτράποντο. Quibus verbis ſubjungit, ὁ μὲν δὴ αὐτίων φθάνει τὰ τύξα κατελόμενος, ὁ δὲ πρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο. (ubi obſerva ſimul eundem uſum verbi τρέπειν cum alio accuſativo.) Eſtque πρὸς ἀλλὰ τρέπειν tanquam genus, at πρὸς αἰχμὴν τρέπειν, velut ſpecies. Paulo pòſt τῇ χερὶ χρῆσθαι hac in ſignif. uſurpat: ὀρέων δὲ μὲν ἀργὸν ἱστᾶσα ὁ Γοβρύης εἵρετο ὅπι ἐ χρῆται τῇ χερί. Alioqui χερὶ χρῆσθαι reddi etiam poteſt *Manum conſerere.* Fortaſſis tamen πρὸς ἀλλὰ ἐτράποντο eo in loco reddendum potius fuerit, *Vi agere cœperunt,* vel, *Vim moliti ſunt,* aut *Totis viribus obſiſtere cœperunt.* Nam illud *Vim parare,* minus eſt in quibuſdam locis quàm πρὸς ἀλλὰ τρέπεσθαι. veluti quum in principio II, 45. dicitur de Hercule, ἐς ἀλλὰ τραπόμενον πάσας σοφίας καλαφονεῦσαι. H.

Ἀλογέω, *Nullam rationem alicujus rei habeo, Contemno.* Unde ἀλογήσας, III, 124. Sic & compoſ. Καταλογέω· unde καταλογήσαντα, III, 121. H.

Ἁμαρτὰς pro ἁμαρτία, *Peccatum.* ut I, 167. ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα. H.

Ἀμβώσας, ἀναβοήσας. C. Sic Ἐπιβώσασθαι pro ἐπιβοήσασθαι, I, 87. initio H.

Ἀμείνονες αὐτὶ ἑωυτῶν, *Seipſos vicerunt.* C.

Ἀμφισασία, *Diſceptatio,* vel *Diſſenſio.* C.

Ἀναγνώσκω, *Suadeo, perſuadeo,* (quemadmodum πείθω utrunque uſum habet) ut VII, 10, γνόντα ἐπ' οἷσι ἄνδρας ἀναγνώσκεις βασιλῆα ἑλλάδος. ubi eſt potius *ſuades,* quàm *perſuades:* quamvis poſtea perſuaſerit. At IV, 158. ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν· non ſolum *ſuaſerunt,* ſed etiam *perſuaſerunt.* Sic etiam I, 187. τίς σε ἀνθρώπων ἀνέγνωσε, ſequente infinitivo καταῦσαι. Itidem paſſ. Ἀναγνωσθεὶς, *perſuaſus,* in IV, 154. ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον ἐκ ὁσίου ἐμηχανᾶτο δὴ τῇ θυγατρὶ, *Is autem, ab uxore perſuaſus, rem nefariam adverſus filiam moliri cœpit.* At interpres malè ἀναγνωσθεὶς, reddidit *deceptus.* Omnemque illi excuſationem præripit verbum πείθει, quod proximè præcedit, de eadem, πείθει τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν ὕπα. Quinetiam lib. III, c. 61, activæ voci ἀναγνώσας aliam tribuit ſignificationem idem interpres: τοῦτον τὸν ἄνδρα ἀναγνώσας ὁ μάγος Πατιζείθης ὡς οἱ αὐτὸς πάντα διαπρήξει, εἶσε ἄγων ἐς βασιλήιον θρόνον. ita enim hæc reddidit, *Hunc virum magus Patizithes inſtructum quemadmodum ipſe illi omnia peracturus eſſet, in regium ſolium perducit.* Quum debuiſſet ita vertere, *Huic viro quum perſuaſiſſet magus Patizithes fore ut ipſe illi omnia effecta redderet.* Erat enim Patizithes qui Smerdi omnia confecturus erat, non contrà: quod tamen potius præ ſe ferre videtur altera interpretatio. Ut autem Ἀναγινώσκω, ſic etiam Συγγινώσκω apud Herodotum à vulgari uſu diſcedit. Sed quid de Galeno & Erotiano dicemus, verbum ἀναγνῶναι apud Hippocratem, Ionica dialecto utentem & ipſum, non πεῖσαι, id eſt, *Perſuadere,* ſed μεταπεῖσαι, (id eſt, *Diſſuadere,* vel *De ſententia deducere, A ſententia dimovere*) necnon μεταδιδάξαι exponentibus? καὶ ἐκ ἠδυνάμην (inquit Hippocr. lib. De artic.) αὐτὸς ἀναγνῶναι, εἰ μὴ μέλλοις, ὅπι τόδ' ἔξει τοιόνδε. Suſpicor, unum ex altero ſumpſiſſe, qui loco præpropere (ut fit) lecto, nec bene memoriæ mandato, horum tantùm verborum recordatus ſit, αὐτὸς ἀναγνῶναι· (ac non horum etiam quæ ſubjunguntur, ὅπι τόδ' ἔξει τοιόνδε) ſimulque præpoſitionis ἀνὰ verbo γνῶναι præfixæ uſum eum imaginatus ſit quem habet in aliis quibuſdam verbis, & nominatim in Ἀναδιδάσκομαι, apud ipſum Herodotum. Hoc etiam addo, perperam Galenum, & Erotianum ἀναγνῶναι, non ἀναγνῶσαι legiſſe apud Hippocratem: & quoſdam malè lectionem hanc in illam mutandam cenſuiſſe. Nam & hîc ex I, 87 habes ἀνέγνωσε, & legitur itidem VI, 75. Eodemque modo exſtat ἀνέγνωσαν I, 128. Sic autem & I, 85. ἄλλον γνώσας: ubi repono ἀλλογνώσας.

Ἀναγκαίη pro ἀνάγκη· ut in I, 11. μή μιν ἀναγκαίη εἰδέναι. H.

Ἀναδιδάσκεσθαι, vide VIII, 63 initio, & quæ adſcripſi margini. H.

Ἀναιρεῖσθαι, vide in Ἐπαναιρεῖσθαι.

Ἀναι-

Ἀναιμωδαι. ut I, 72 ſine, πέντε ἡμέραι ἀναιμωδέες, *Quinque dies inſumuntur.* ſive *impenduntur.* H.

Ἀνακὼς ἔχειν, φροντίζειν, ſeu ὀλιγωρεῖν ἔχειν. VIII, 109, fine, σώρυ ἀνακὼς ἐχέτω. C.

Ἀναπλῶσαι pro ἀναπλεῦσαι. C.

Ἀνάπυσον, *Quod innotuit, Patefactum, Palam factum.* VI, 66. extremo, ὑστέρῳ μηνὶ χρόνῳ ἀνάπυσα ἐγένετο ταῦτα. Sed malè in Ald. & German. edit. ἀνάπειρα. contra verò rectè in iiſdem, paulo antè, ἀνάπυστα γενόμενα ταῦτα. H.

Ἀνεθέλητον, quod ab aliis dicitur ἀβούλητον, *de eo quod triſte nobis accidit.* VII, 133 ὅ, τι ὦν τοῖσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσασι τοὺς κήρυκας σωφρονέοντι ἀνεθέλητον γενέσθαι, ἐκ ἔχω εἰπεῖν, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηώθη, *quid adverſi illis contigerit.* Et ἀνεθέλησε συμφορὴ apud eundem, (ſicut dicitur ἀβούλητος συμφορά) alibi ἄχεες συμφορή. Quibus in locis vocabulum συμφορὰ ponitur tanquam μέσον, more antiquo. H.

Ἀνειμένους. II, 167. τοὺς εἰς πόλεμον ἀνειμένους. *bello deditos.* Sic paulo ante, ἀνέωνται ἐς τὸ μάχεσθαι. Sed ibi, ſicut & in Ald. edit. malè ἀνέονται. H.

Ἀνελεῖν, eſt *Reſpondere*, ut de oraculis Latini dixere. I, 13. ἢν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν βασιλέα ἔσεσθαι τῆς Λυδῶν. *Si oraculum reſponderit, ipſum regem Lydorum eſſe.* Euterpe, c. 139. ἀνεῖλε ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύπτιον βασιλεῦσαι ἔτεα πεντήκοντα. C.

Ἀνέωνται, vide in Ἀνειμένους.

Ἀντάω, ῶ, ex quo ἐλώτησε pro ἔτυχε II, 119, initio, ἐπὶ ξεινίων ἐλώτησε μεγάλων quum præcedenti cap. 115 dixiſſet, ξεινίων τυχών. Sic Homerus Iliad. α. ἀντιάσας, dixit pro τυχών, ſive ἀπολαύσας, aut μεταλαβών: ubi canit Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσης αἰγῶν τε τελείων Βέλτερα ἀντιάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιδορὸν ἀμῦναι. Facit autem illud ἀντᾶν ut minus mirari debeamus participium ἀπαντήσαντες genitivo itidem junctum, hoc in verſu, Ἄ δειλοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης Ἡρωοτύπους, δι' ὅσης ἦλθε πρηΐδας. vel πρωτοβόλους, ut alibi legitur. pro quo tamen malim πρωτοβόλοι. Suſpicor autem priorem illum verſum mutatum fuiſſe ab iis quibus inſolens videbatur ille uſus participii ἀπαντήσαντες. Pro illo enim habetur hic Anthol. epigr. lib. III, pag. 232. meæ editionis, Ἦν νέον ἡδήσουσιν ἀποδρέψαντες ἐρατεινάς. H.

Ἀντίος, *Adverſarius, Hoſtis,* ἐναντίος, πολέμιος. In cap. 218. lib. VII. ἐλπόμενοι γὰρ ἑωυτέοισι σφι φανήσεσθαι ἀντίξοον, ἐς ἐκπύστιον ἐλθόν. Et adjectivè, γνώμη ἀντίξοος, *Sententia contraria, Sententia repugnans,* VIII, 119. H.

Ἀντιήμενοι ſunt Ionibus qui aliis ἐναντιήμενοι, ſive ἐναντίοι. ut initio Melpomenes καὶ νικήσαντες μάχῃ τοὺς ἀντιεμένους. Paulo poſt, δοῦρον γὰρ ἀντιεμένην σφι ἔβαλλον ἐς ἀλλήλους. At verò alibi VII, 9. cum accuſ. perſonæ, ſequente etiam præpoſitione ἐς, habente ſuum accuſativum, pro *Occurrere*, ſeu *obviam venire hoſtiliter.* H.

Ἀντιπόλεμοι, *Hoſtes, Adverſarii,* πολέμιοι. VII, 236, fine. H.

Ἀνωσάμενοι, VII, 139, in fine, καὶ βασιλῆα μετά γε τοὺς ἀνωσάμενοι. *Qui repulerunt,* pro ἀπωσάμενοι. nili fortè hoc ipſum reponendum ſit. H.

Ἀξιόμενος, activa ſignif. pro ἀξιῶσαι. I, 199. principio, πολλαὶ δὴ καὶ ἐκ ἀξιόμενοι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι, *Quæ non dignantur, Quæ dedignantur.* Item VII, 16 initio ἀξιόμενος activa itidem ſignificatione. Verùm ἐκ ἀξιόμενος ibi non eſt *Dedignans*, ſed *Dignum non judicans ſedere*, vel *rem ſe dignam*, aut, *Indignum ſe judicans qui ſederet.* Eod. cap. 16. no. 2. tamen voce activa dixit ἀξιώσει, *Dignabitur.* H.

Ἀπαγινέειν ſignificat *Exportare* ſive *Deportare.* Ἀγινέειν, *Apportare:* & ſimpliciter ἄγειν. C. Frequens uſus horum verborum eſt III, 89, 92, 93, 94, 97.

Ἀπαδεῖν, *Diſplicere*: ut Ἀδεῖν, *Placere.* H.

Ἀπαμπαταίσε ſignificat apud Herodotum, *Crepitum emiſit.* II, 162. ὁ δ' Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἐὼν ἐπὶ πολὺ κατήμενος) ἐπάρας ἀπαμπαταίσε. C.

Ἀπεσὼ, *Abſentia*, (ut Democrito δυσεσὼ, *Bona conſtitutio*) IX, 84. ἐπαισχυνόμενος τὴν ἀπεσὼ τὴν μάχης. C.

Ἀπὸ μὲν ἔθανε pro ἀπέθανε μέν, VIII, 89. initio, Sic multa compoſita dividit, inſerta particula ὦν, ut ἀπ' ὧν ἔδωκαν pro ἀπέδωκαν & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε H.

Ἀρδὶς, *Genus teli*, & (ut volunt) *Pharetra*: ſed ſignificat apud Herodotum *Ferrum* (ut opinor) *ſagittæ.* C.

Ἄρθμιος, *Concors, Benevolus, Amicus.* VII, 101. in principio, μὴ ἐόντες ἄρθμιοι. Et IX, 9. Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων. At verò ἄρθμια ſubſtantivi vice fungitur, VI, 83. τῶν μὲν δὴ σφι ἐν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους, *concordia inter eos erat.* Item

ἀρθμίη

ἁρθμίη, *Concors, Amica*, IX, 36. H.

Ἄρθρα de natura equæ poſuit Herodotus. C.

Ἄση, *Moleſtia*. Et, Ἀσᾶς, *Moleſtia & dolore affici*. C. I, 136 extremo, μηδεμίαν ἄσην ἀνδρὶ τῷ πάλαι προσβάλλῃ ubi videri poſſit neceſſe minimè fuiſſe addere ἀνδρί. Ab Hippocr. ἄση de certo quodam moleſtiæ genere dicitur: nimirum de ſtomachi faſtidio, necnon de faſtidio ciborum. Quinetiam de inquieta corporis jactatione quæ ægrotis contingit. Unde & Ἀσώδεις hi vocantur. pro quo & Ἀοσώδεις gemino ο ſcribitur. Sic verò & Ἀοσᾶσθαι apud eundem, non ſolùm Ἀσᾶσθαι. Vide Hippocr. lexicum.

Ἀσινὴς, *Illæſus, Incolumis*. IX, 5. ἀτιμωρίην ἀσινέα, paſſiva ſignif. Apud Hippocr. activa etiam. ut ἀσινέες ῥήξιες, *innoxiæ*. Sic & adverb. Ἀσινέως apud eundem, *Innoxiè*.

Ἀτάρ, ſicut & apud Homerum (cui Αὐτὰρ etiam in uſu eſt) pro *Autem*, vel *Sed*. lib. VI, cap. 133. reſpondet particulæ μέ, cui paſſim δέ· ac interdum apud hunc quoque: ut IX, 115.

Ἄτλαντα, *Nefaria, Nefanda, Sceleſta*. IX, 77. & aliis pleriſque locis. Necnon aliquis dicitur ἀτάσθαλος, ut IX, 115 initio. Frequens eſt & Homero. H.

Ἀτιόντες, *Nihil curantes*. Eſt & Homerus ſimiliter uſus. C.

Ἀτρεκέως *Verè*. vel *Certò*, ut I, 57. ὡς ἐγὼ ἀτρεκέως οἶδα. Sic II, 167. ὡς ἐγὼ ἀτρεκέως κεῖναι. Hoc adverbium frequens eſt apud Homerum etiam & Hippocratem: apud Homerum pro *Verè*, apud Hippocratem & pro *Certò, Exploratò*: & plerumque pro ἀκριβέως, *Exactè*. ut in Prognoſt. ἃ δυνάσθαι ἀριθμέεσθαι ἀτρεκέως. Sic & Ἀτρεκὴς pro *Exactus*. Extat etiam Ἀτρεκηΐη apud Herodotum, quo ſignificatur *veritas*. Apud Hippocr. ἀτρεκείη ſcribitur: ut ἀτρεκείη κεῖναι apud eum legitur pro eo quod attuli ex Herodoto ἀτρεκέως κεῖναι. H.

Ἄτρυτον πόνον, *Intolerabilem*, IX, 51. initio, ἔχον πόνον ἄτρυτον. C.

Αὐδάζειν, *Vocem emittere*, ſeu *Loqui*. C.

B

Βαθυτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς, *Ubi profundiſſimum eſt*. Item de Iſtro IV, 48. ἴσος αὐτὸς ἑαυτῷ ῥέει. id eſt, *Aequabili flumine fertur*. C.

Βάρις, in Euterpe, c. 41. Navigium Ægyptiacum. C.

Βαρυσυμφορώτατος ἀνθρώπων, I, 45. id eſt, βαρείας συμφορὰς ἀνθρώπων μάλιστα παθών. vel βαρεῖαν συμφορήν. *Qui omnium hominum maximè graves calamitates eſt perpeſſus*. ſive *gravem calamitatem*. Vel una voce, *Miſerrimus*. H.

Βασίλεια, I, 11. ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι. At verò βασιλεία, cum accentu in penult. in lingua communi dicitur *regnum*: apud Herodotum βασιληΐη. ut ibidem ſequitur proximè βασιληΐλιν. H.

Βεβωμμένα, id eſt, θεβόητα, *Celebria*. C. Vide Βῶσαι.

Βωθεῖν pro βοηθεῖν, (id eſt, *Auxiliari*) apud hunc ſcriptorem, teſte Euſtathio: affertúrque & ab Heſychio. Legimus tamen & cum ου, βοηθησάντων I, 150. in medio. H.

Βῶσαι pro βοῆσαι (ut proxime præcedit βωθεῖν pro βοηθεῖν) *Clamare*. At in fine c. 146, I. I, μηδὲ ὀνόμασι βῶσαι τὸν ἑωυτῆς ἄνδρα, non malè, *neque nomine compellare ſuum maritum*. Sic Ἀναβῶσαι pro ἀναβοῆσαι. unde ἀνέβωσεν I, 10. *exclamavit*. Sic alibi I, 8. ἀμβώσας pro ἀναβοήσας, & ὑπεβώσαντο I, 87. pro ὑπεβοήσαντο. Paſſivum autem particip. βεβαομμένα pro βεβοημένα habuiſti paulo ante.

Γ

Γενήτωρ, *Progenitor*, in Urania, c. 137. Alioqui vulgo recepta ſignificatione eſt *pater*. H.

Γένεα Ægyptiorum eſſe ait ſeptem, II, 164. & alios, ſacerdotes, alios, pugnatores, alios, bubulcos vocari. *&c.* Ubi Valla interpr. *Septem genera hominum*. Sed non minus placeret mihi *Septem ordines*, vel *Septem claſſes*. Sic alibi I, 125. aliquot γένεα Perſarum eſſe ſcribit. At verò I, 56. legimus τῇ Δωρικῇ γλώσσῃ, & τῇ Ἰωνικῇ. H.

Γνωσιμαχέων interpretantur *Perpendere ſuas vires, quæ inferiores ſint adverſariorum viribus*. Itaque poſſet accipi Thalia, c. 25. εἰ μή τιν' ἄλλον τοῦτον ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχησε. Significare videtur ſimpliciter, τῇ γνώσει μάχεσθαι. hoc eſt, *Mutare ſententiam*, & *perpendere*. Urania, c. 29. γνωσιμαχέετε μὴ ἧσσον ὁμοίοι ἡμῖν. At Polymnia, c. 130. γνωσιμαχέοντες ἢ πάλλα, ἢ ὅπῃ χείριόν σφεα εἶχον διαίρετον. C.

Δάπανα

Vocum Herodoti *Recenſio & Interpr.*

Δ

Δεῖπνα annotarunt ab Ionibus appellari Cœtus triginta hominum qui ſimul cibum caperent. Homero tamen δεῖπνον ſimpliciter cibum ſignificat, atque etiam equorum pabulum; ut, Νῶϊ δ' ἔρχεσθ' ὅπως δεῖπνον. & Εὖ ϑ' ὅς τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω.

Δέννϑ., *Dedecus, Opprobrium.* Vnde & verbum Δεννάζω.

Δηλήσασϑαι pro βλάψαι, apud hunc ſcriptorem, ſicut apud Homerum: ut Euſtathius quoque annotat in hunc illius poetæ locum, II. α, Οὐδέ πυτ' ἐν Φϑίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ Καρπὸν ἐδηλήσαντ'. ἐπεὶ, &c. Apud hunc IV, 198, legitur & δεδηλῆσϑαι, paſſiva ſignific. Hinc & Δήλησις apud Hippocratem: item Δηλητήρια φάρμακα, pernicioſa atque adeo lethifera. H.

Διά cum genitivo, uſum habens diligenter notandum, hoc in loco, I. 25. θείης ἄξιον ἀπὸ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων, *inter omnia quæ ſunt Delphis donaria.* H.

Διαβάλλειν, *Calumniari*, & *Inſectari*, & *Fallere*, & *Verba dare* C.

Διαιταν ποιέεσϑαι, *Diverſari, Habitare, Commorari.* Sic III, 51. ἢ ὁ ἐξελασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ παῖς δίαιταν ἐποιέετο, ἐς τέτους πέμπων ἄγγελον (ita enim interpungendum eſt, non inter παῖς & δίαιταν, ut in Ald. & Germ. editione) id eſt, *Ubi diverſabatur.* ſeu, *Apud quos domicilium habebat.* At verò IX, 81. circa finem, δίαιταν interpres reddidit *vitam*: de rege Perſarum, ὃς τοιοῦδε δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας ὕπω οἰζυρῷ ἐχούσας ἀπαιρησόμενος. Sed malim, *Cui quum talis ſit ratio victus*, ſive, *Qui quum tali victu utatur.* Cum hoc autem uſu nominis δίαιτα, non cum illo, convenit ille qui paſſim apud Hippocratem occurrit, quin etiam apud Medicos ejus poſteros, qui ex eo ſunt mutuati: niſi quòd multorum ægrotorum δίαιτα, cum illa regis Perſarum comparata, planè eſt οἰζυρὴ (ut loquitur illic Pauſanias) præſertim ſi verum eſt illud,

Qui medicè vivit, miſerè vivit.

Διασφάξ, *Crepido rupium.* C.

Διαφέρειν τὸν αἰῶνα, III, 40. *Ævum tranſigere*, ſeu *Ævum agitare.* Perinde ac ſi diceretur, *Perdurare in vita.* Apud Hippocr. Διαφέρουσι exponitur etiam *Morbum perferunt.* Atque idem & voce paſſ. Διαφέρεσθαι utitur pro *Durare*: ſi mendo carent exemplaria.

Διαχρῆσθαι pro ſimplici χρῆσθαι. ut VI, 11. εἰ ϑ' ὑπὸ μαλακίης τε καὶ ἀταξίης διαχρήσεσθε. In præcedenti autem cap. 10, dixerat, ἀγνωμοσύνῃ τε διεχρέωντο. Sic III, 72. οἵτε ψευδόμενοι καὶ οἱ τῇ ἀληθείῃ διαχρεώμενοι. At verò VII, 101, cum eodem dativo utitur & compoſito illo & ſimplici verbo, ὦ βασιλεῦ κότερα ἀληθείῃ χρήσομαί τοι πρός σε, ἢ ἡδονῇ. Et ſequitur, ὁ ϑ' ὃς μὲν ἀληθείῃ χρῆσθαι ἐκέλευε. Paulo poſt c. 102. ἀληθείῃ διαχρήσασθαι. Et mox, τῇ (videlicet ἀρετῇ) διαχρεωμένῃ ἡ Ἑλλάς.

Verùm alicubi pro *Interficere.* ut I, 24. ſed ibi διαχρᾶσθαι pro διαχρῆσθαι. Quinetiam compoſitum Καταχρῆσϑαι uſum hunc apud illum habet, ſi bene memini: apud poſteros quidem certè eum habere conſtat. H.

Διδόναι λόγον ἑωυτῷ, vide in Λόγ.

Δικαιαι ὀργαὶ, II, 149. *Quæ ſunt juſtæ magnitudinis.* Utitur autem & lingua Gall. illa voce Lat. hac in ſignific. Apud Hippocratem δίκαιον exponitur ὅμοιον: quod non ſolùm *rationi conſentaneum*, ſed *proportioni conſentaneum*, alicubi interpretandum eſſe videtur. Alioqui ἴσον etiam exponitur. Erotianus autem & quaſdam expoſit. affert quæ mihi violentæ videntur. H.

Δικαιῶν ſæpe pro ἀξιῶν, ſequente infinitivo. Propriè autem ſonat perinde ac ſi quis dicat, δίκαιον κρίνειν, id eſt, *judicare rem eſſe juſtam.* III, 148. ὃς λαβεῖν μὲ διδύμους οὐκ ἐδικαίου. ubi Valla, *recipienda non putavit*: ſed malim, *recipere juſtum eſſe non putavit.* Vel potius, *par eſſe non putavit.* H.

Διφάσιον. *Geminum: ſeu Duplex.* C.

Item plural. Διφάσια, *Duplicia.* vel *Bina.* aut *Duo.* Ut διφάσια τρώματα, I, 18. *Duo vulnera.* Et διφάσιαι αἰτίαι III, 122. Et διφάσιαι εἰκόνες, II, 182. *Binæ imagines.* ſeu *bifariæ.* Suſpicor autem ex hoc διφάσιον Latinos mutuatos eſſe ſuum *Biſarius*, itidémque *Trifarius* ex Τριφάσιον. Quod ſi ita ſit, rectius ſcribentur per *ph.* H.

Δοξώσαι, pro quo dictum poſtea fuit δοξάζεσθαι. IX, 47. ἐπεί τε δεδόξωσαι εἶναι ἄριστοι, *exiſtimati eſtis.* Et VIII, 124. ὅμως Θεμιστοκλέης ἐδόκεε τε καὶ ἐδοξάζετο εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος. ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Ubi fortaſſe aliquis ἐδοξώσατο

ut

ut ἐβώδη ſcribendum putet. Sed quid ſi ἐβώδη malè pro ἐβώδη ſcriptum eſt? & ſcribendum eſt ἐβώδη, factum ex ἐβοήδη, (ut antea βώσαι pro βοῆσαι, βεβωμβύα pro βεβοημένα, atque alia hujus ipſius familiæ habuimus) manente altero ἐδιξώθη, ſine σ, ut ἐχρυσώδη abſque litera illa ſcribitur? H.

Δυλότερος, *Magis ſervus.* Et Δυλοτέρη, *magis ſerva* VII, 7. H.

Δωτίναι, δῶρα, ſeu δόσεις, *Munera, Largitiones.* Et ἔδωκε δωτίνιλω, *dono dedit.* II. 1, Οἵ κέ ἑ δωτίνῃσι θεὸν ὧς τιμήσωσι. Et Δωτινάζειν, *Dona corrogare* II, 179. H.

E

Ἔαδε, *Placuit*: ea ſignific. qua dicitur *Placuit ita facere.* pro *Viſum* eſt. IV, 145. Λακεδαιμονίοισι ᾧ ἔαδε δέκεσθαι τὸς Μινύας ἐπ' οἵσι θέλυσι αὐτοί. Sic alibi, ἐς ὃ σφι ἔαδε ὁμολογίῃ χρήσασθαι. Item ἐάνδανε, circa principium Calliopes, c. 5, ſine infinitivo, εἴτε οἱ κῆταῦτα ἐάνδανε, *Sive hæc illi placebant, Sive hæc ſentiebat.*

Ἔγκοτον in duobus Herodoti locis legi: ſed alios præterea occurrere cupio in quibus hoc vocabulum legatur, antequam de eo dicere auſim quod ſuſpicor. Vix enim in duobus illis ἔγκοτον pro κότον dictum eſſe, mihi perſuadere poſſum. H.

Ἐγκυρῆν, vide in Κυρῆν.

Ἐθέλει, pro εἴωθε, *Solet, Solitum eſt.* Pro quo & φιλέει dicitur. Utrunque eodem loco habes, VII, 50: I. Quum autem videamus Herodotum in priore quidem membro dicere φιλέει, in poſteriore autem, ἐθέλει: minimè dubium eſſe cuiquam debet quin ita ſit accipiendum. Ideóque Galenus, apud Hippocratem ita potius exponere debuit quàm verbo δύναται. H.

Ἐκ. Præpoſitio hæc apud Herod. uſum quendam habet, qui non animadverſus fecit ut huic loco abſurda interpretatio daretur, I, 10. μαθοῦσα ᾧ ποιηθὲν ὐκ τῷ ἀνδρός. Malè enim intellectum fuit, μαθοῦσα ὐκ τῦ ἀνδρός, pro τὸ ποιηθὲν ὐκ τοῦ ἀνδρός. id eſt, ὑπὸ τῦ ἀνδρός· ut alibi docebo, ſimulque alia hujus uſus exempla proferam. H.

Ἐκασέρω (pro quo perperam alicubi ἑκατέρω, quum poſitivum ſit ἐκάς) *Longius, Remotius, Ulterius*: & Ἐκασάτω, *Longiſſimè.* H.

Ἐκγίνεσθαι, *Licèrem, Facultate eſſe.* Sic III, 142, *initio*, τῷ δικαιοτάτῳ ἀνδρῶν βυλομβύῳ γενέσθαι, ὐκ ἐξεγένετο. *Non licuit, Facultas ei non fuit, Datum non eſt*, ſive, *conceſſum.* H.

Ἐκπαγλεόμβυοι, *Admirantes.* vel potius *Valde admirantes, et ad ſtuporem uſque.* IX, 47. initio ἐκπαγλεομβύων ὡς ἔστε φεύγετε ὐκ πολέμιε. Derivatum ex Ἔκπαγλος. unde & adverbium Ἐκπάγλως, apud Homerum necnon apud Hippocratem, non ſimpliciter *Mirum in modum*, ſed *Stupendum in modum.* Niſi quis *Ad ſtuporem uſque* malit dicere. H.

Ἐκπλῶσαι τῦ φρενῶν, *De ſtatu mentis dejectum eſſe.* III, 155. πῶς ὐκ ἐξέπλωσας τῦ φρενῶν; Alibi in propria ſignif. ἐκπλώσας, I, 29, de Solone. Sic autem & Ἀναπλώσει, II, 93. ubi proximè præcedit & ἐκπλώοντες. Invenitur tamen alicubi in hoc verbo, & apud hunc, diphthongus ου, more linguæ communis, non ω, ſed ex errore, ut opinor. Eorum locorum unus eſt II, 179, πρὸς ἀνέμυς ἀντίυς πλέειν. H.

Ἐκπᾶσθαι, pro κατᾶσθαι, ut apud Homer. unde ἐκπεμβύων, VIII, 140 extremo. Sic & Hom. Il. ζ, -- ἐσθ' ὅσα φασὶν Ἴλιον ἐκπᾶσθαι ἀναιόμβυον πολίεθρον. Vult tamen Euſtathius non minus Atticum eſſe quàm Ionicum. Quamvis autem hoc ex aliorum (ut credibile eſt) grammaticorum autoritate dicat, aut illi fides habenda non eſt, aut exemplaribus Ariſtophanis deneganda. Non ignoro alioqui Atticis cum Ionibus eſſe quædam communia. H.

Ἐλιννύειν, *Acquieſcere.* C.

Ἐλλάμψεσθαι, pro ἐλλήψεσθαι. ut I, 80. τῷ δήτοι κῆ ἐπέσχε ἐλλάμψεσθαι ὠυτός. de equitatu Crœſi. *Quo* (inquit) *& ipſe Cyrus oppreſſum iri ſe verebatur.* Et Melpom. [V, 21] καλαλαμφθεὶς pro καταληφθείς. à verbo λάμπεσθαι, quod ἀποδέχεσθαι, id eſt, *accipere*, illis ſignificat. C.

Invenitur & λάμψεται. VII, 39. Quinetiam compoſitum φοιβόλαμπος pro φοιβόληπτος, IV, 13. Cum hoc autem uſu hujus verbi convenit quod & eod. lib. IV. c. 79. legitur, νῦν ἔοικε ὁ δαίμων κῆ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει. H.

Ἔμβολον, *Roſtrum in navi, & veluti clauſtrum regionis.* Et de portis, χαλκὸν δὲτ' ἔμβολα, Phœniſſis. C.

Ἐναγί-

Ἐναΐζειν, vide in Καθαγίζειν. H.

Ἐνάρεες, Scythæ evirati & vates Scythici, quorum & Hippocrates meminit ἐν τῷ περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. ſed ibi ἀνανδρίας vocat. Aliqui annotarunt ἐνάρεας eſſe *bellatores* apud Ionas. C.

Ἐνεῖκαι, eſt ἐνέγκαι. C.

Ἐννώσας, id eſt ἐννοήσας, *Quum intellexiſſet*, Clione, c. 68. Et ibid. c. 77. ἐνένωσο, τὸ χειμῶνα παρεὶς, ἅμα τῷ ἦρι ἐπελθεῖν, *in animo habebat*. Et, ἐνενώκασι, *Animadverterunt*, III, 6. C.

Ἔξεσις de dimiſſione, ſeu amandatione uxoris V, 40. Vide Euſtathium, qui & uno verbo Ἀπαζύσιον exponit. H.

Ἐπαΐσας, *De quo auditum eſt aliquid.* ut II, 119. ὡς ἐπαΐσας ἐγένετο τοῦτο ἐρασμένου. *Poſtquam auditum fuit eum hoc feciſſe, vel Innotuit, Compertum fuit*, ſive *Compertus eſt.* Sic VIII, 128, ἐπαΐσας ἐγένετο προδιδόης. H.

Ἐπεί τε, pro ἐπεὶ vacante particula τε, paſſim. H.

Ἐπὶ ξυρῷ τοῦ ἀκμῆς, vide in Ξυρόν.

Ἐπὶ, cum genitivo quoque *Ad* ſignificat. ut ἀπαλλέοντας ἐπ' Ἀλύπῳ I, 1 extremo. Quod & ipſum planè Atticum eſt. ut ἀπῆλθον ἐπὶ φυλῆς. Calliope c. 11. ἀπαλλάσσεσθαι ἐπὶ τῆς ἑωυτῶν ἕκαστος. Hæc ipſa præpoſitio ἐπὶ cum dativo interdum ubi potius moris eſt uti præpoſitione ἀπὸ cum ſuo genitivo. ut I, 15. καλέεται Γυγάδας ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίη, quum potius dicendum videretur, ſequendo vulgarem ſermonis formam, ἀπὸ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίης. Imitati autem ſunt hunc præpoſitionis hujus uſum quidam ex poſteris: quorum ideo loci mendi ſuſpecti fuerunt. Sic apud Arrianum ὀνομαζέσαν ἐπὶ μιᾶς τῶν ὀπαδῶν τοῦ Κυβέλης νυμφῶν. At verò ubi hæc præpoſitio genitivo juncta huic rei ſignificandæ adhibetur, ibi certum eſt mendoſum eſſe locum. H.

Ἔπιπλα, *Supellex.* C.

Ἐπίστασθαι non ſolùm pro *Scire, Noſſe:* ſed alicubi & pro *Exiſtimare.* In quibuſdam autem Homeri & Hippocratis locis exponitur δύνασθαι, ubi tamen non video quid obſtet quominus ſignificationem ſuam retineat. H.

Ἐπίσιος, ἐφέσιος. Et Jupiter ἐπίσιος I, 44. C.

Ἐπιστρεφέως, *Accuratè, Vehementer.* Item *Obliquè*, C.

Ἐπίτεξ, *Vicina partui*, I, 3. C.

Adjuvat autem valde Hippocratem hic locus Herodoti: quum oſtendat legi perperam apud eum ἐπιτέξῃ, & ab aliis ἐπιτόξῃ, pro ἐπίτεξ ἦ, in hoc Περὶ γυναικ. loco; φημὶ ὦ γυναῖκα, ἢν ἐπίτεξ ἦ. H.

Ἐπιφρίζεσθαι, *Excogitare. Perſpicere, Animadvertere:* in fine Polymniæ, & in cap. 10. Terpſich. Et Καταφρασθεὶς αὐτὸν ταῦτα ποιεῦντα IV, 76. *Quum animadvertiſſet illum hæc facere.* H.

Ἔρχομαι φράσων, Ἔρχομαι ἐρέων, Ἔρχομαι λέξων, & in præterito, ἦια λέξων, *Ingrediar exponere.* Virg. *Sic contrà eſt ingreſſa Venus.* C.

Ἐς τὸ, ἕως ἔ, *Donec. C.*

Ἐυ'εσῶ, ea forma qua alibi ἀπεσῶ. Videtur autem dativus illius nominis δύεσω, videlicet δύεσοῖ, quod margini adſcriptum eſt I, 85, vera eſſe lectio: & δύσηνίᾳ quod in ipſo textu eſt, ad illius expoſitionem poſitum, eò irrepſiſſe. H.

Ἐυ'μαρίη, *Stercus.* C.

Ἐυ'τ' ἄν pro ἐπειδ' ἄν. C.

Ἐυ'φρόνη, *Nox.* ut IX, 38. ὡς δὲ φρόνη ἐγένετο. Itidemq; Ἐυ'φρόναι, *Noctes.* H.

Ἐυ'χαρίσως, idem quod κεχαρισμένως. I, 32, fine. H.

Ἔφησε λέσων pro ἔφη, VII, 137. Sic ἔφασαν λέσοντας pro ἔφασαν, circa initium Calliopes, c. 2. H.

Ἔχειν cum præpoſ. ἐπί. ut ἔχονσας ἐπὶ σφίσι, eo fortaſſe modo quo Galli, *Ils en ont à moy.* item, *A qui en avez-vous?*

Z

Ζόη, id eſt, βίος, *Vita.* Et Ζωὸς, *Vivus.* ut & Odyſſ. λ, Ζωὸς ἐών. Et Ζωάρεια, Odyſſ. ϑ. & Ζωρεῖν, Iliad. ζ. C.

Quamvis autem ζόη eſſe Ionum dicatur, ab ipſo etiam Euſtathio, tamen & ζωὴ alicubi ſcriptum eſt: ut I, 38. genitivus ζωῆς. H.

Ζώνη, eſt Herodoto πορφυρῆν ἱμάτιον, teſte Suida. H.

H.

Ἤθεα, *Domicilia*, id eſt, Ea loca in quibus vel homines vel animantes aliæ degere ſolent. C.

Ἠμεκτεῖν, *Indignari, Offendi.* C. Vide Περιημεκτεῖν.

Θ.

Θαλία, *Convivium lautum et opiparum.* Si à θάλλω derivatur, ſonabit quaſi quis dicat *Convivium florens*, ut in Theſauro ſcripſi:

ſed addidi vocem *lætum*. Dixi enim poſſe videri reſpondere his duobus, δαὶς τεθαλυῖα, perinde ac ſi diceretur *Convivium lætum & quaſi florens*. Verum apud Herodotum (ut & Bud. ſcribit) non tantùm eſt *Epulum* ſed etiam *Dies feſtus*. Sic autem in iſto ſcriptoris hujus loco in principio cap. 27. ἐν ἦσαν ἐν θαλίῃσι, Valla uſus eſt hac interpretatione, *& celebrando feſto operam dabant*. Non video tamen cur altera ſignificatio locum habere hic non poſſit. H.

Θοινίζειν. *Cibo, Paſco.* Factum ex θοίνη, ita ut ſonet quaſi quis dicat, Θοίνῃ παρέχω, vel Εἰς θοίνην παρέχω. eodem modo quo ex δεῖπνον fit δειπνίζω. In Clione, cap. 129. cum accuſat. perſonæ & dativo rei, πρὸς τὸ ἑωϋτῆ δεῖπνον τὸ μὲν ἐκεῖνος σαρξὶ τῇ παιδὸς ἐθοίνησε. Vbi fortaſſe rectius τῇ quam τὸ poſt δεῖπνον ſcriberetur. Alioqui ſubaudiendum fuerit κατά. H.

Θορὸς, τὸ σπέρμα. C.

Θορτὶ non Θορὸς habet editio Baſilienſis Hervagii, unde ſumpta hæc Camerarii fuerunt: ſed hunc tamen θορὸς ſcripſiſſe mihi perſuadeo. Nam illud θορτὶ ne ſpeciem quidem vocabuli Græci præ ſe fert: at θυρὸς ſignificans σπέρμα, id eſt, *ſemen* (ſed intellige *ſemen genitale*) legitur apud hunc noſtrum ſcriptorem, legitur apud Hippocratem. Apud hunc, ut II, 93. principio, ἀπορραίνοντες τῇ θορῇ: apud Hippocratem, ut quum ſcribit libro De morbis ſecundo, διέρχεται οἱ θορὸς πολὺς καὶ ὑγρός. Scio alioqui fuiſſe qui aliquantulum diſcriminis inter θορὸν & σπέρμα ponendum exiſtimarint. Obſervandum eſt autem, non ſimpliciter σπέρμα, ſed σπέρμα παιδοποιὸν, ab Herodoto dici, VI, 68. H.

Θυμαλγὴς, *Animo dolorem afferens*; ut θυμαλγέα ἔπεα. I, 29 initio. *Verba dolorem animo afferentia*, vel *Ægritudinem alicui afferentia*, ut loquitur Terentius. Poſſis & ita reddere, *Verba quæ animus ægre fert*. Quoniam autem Homerus quoque iſto compoſito utitur, (veluti quum θυμαλγὲς ἔπος & θυμαλγέα μῦθον dicit) poſſis, magis poëticè loquens, reddere, *Verba animum mordentia*. H.

Θυμὸς, vocabulum valde alioqui & apud cæteros uſitatum, quendam uſum habet qui apud cæteros vix occurrat, niſi ex ejus imitatione. Jungit enim genitivo: ut quum lib. I, cap. 1. dicit, ὠνέετο τῶν φορτίων τῶν σφὶν ὧν θυμὸς μάλιστα. id eſt, *quorum maximè* (vel *potiſſimum*) *erat illis cupido*.

Θύσανοι, id eſt, κρωσσοὶ, *Bullæ aut fimbriæ in clypeis & tunicis*. C.

Θύσσανοι geminato σ apud eum antea ſcriptum fuit: ſed ne geminetur σ obſtat quantitas ſyllabica, quum prima brevis ſit apud poëtas: etiamſi licentia utentes, in θυσανόεις & θυσανόεσσα producunt, ut metrum poſſit ingredi. Tum autem & duplicatur illa litera in quibuſdam exemplaribus. H.

I.

Ἰθαγλυὲς, *Germanum, Nativum*. II, 17. ἐκ ἰθαγλυέα σώματά ἐϛι, ἀλλὰ ὀρυκτὰ, *Non ſunt oſtia nativa, ſed foſſilia*. C.

Uſus eſt hoc vocabulo non ſolùm Homerus, ſed Hippocrates quoque: ſed uterque paulo alia ſignific. quàm in loco qui modò ex noſtro ſcriptore allatus fuit. Legimus enim Ὀδ. ξ,

—ἀλλά με ἶσον ἰθαγλυέεσσιν ἐτίμα.

ubi ἰθαγλυέεσσιν ſonat γνησίοις· apud Hippocratem verò ἰθαγλυὲς κύημα poteſt quidem fortaſſe exponi itidem γνήσιον, ſed alia tamen ratione. Eſt enim conceptus verus, & qui à falſo, id eſt, à mola diſtinguitur. Videndum an vocabula *Genuinus* & *Germanus* & hîc & illic habere locum poſſint. H.

Ἰθὺς & Ἰδὺ pro εὐθὺς & εὐθὺ, itidémque Ἰθέα pro εὐθέα, ſicut apud Homerum & Hippocratem. Dici autem ab Herodoto ἐκ τοῦ ἰθέας exponit ἐκ τοῦ περφανῶς & παρδύ· hunc ejus locum afferens, III, 127. ἐκ μὲν δὴ τοῦ ἰθέας τρωθὲν ἐπ' αὐτὸν ἐκ ἐδόκεε πέμπειν, ἅτε οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων. Eſt enim reponenda apud Suidam hæc ſcriptura, οἰδεόντων una voce, pro illa quæ apud eum duas voces habet, οἱ δεόντων. Vide plura ſuper hoc loco in his verbis, Οἰδέοντα πρήγματα. H.

Ἰκνεομένοις, unde Οὐκ ἰκνεομένοις & Οὐκ ἰκνουμένοις, *Non debité*. & μᾶλλον τῷ ἰκνεομένῳ, *Magis quàm conveniret*. Hæc Camer. Exempla autem habes VI, 65. φὰς αὐτὸν ἐκ ἰκνεομένως βασιλεύειν τῶν Σπαρτιητέων. Paulo poſt eod. cap. ἔτι ἰκνουμένως βασιλεύοντα Σπάρτης. Quod autem & aliis in locis feci in Gallorum, & aliorum qui Gallici ſermonis ſtudioſi ſunt gratiam, hîc quoq; faciam, ut quàm bene conveniat hic adverbii iſtius uſus cum eo quod Gallicè dicitur, oſtendam. Quum enim adverb. ἰκνουμένως, vel potius ἰκνεομένως, (hanc enim lectionem præfero) à verbo ἰκνέομαι originem habeat,

habeat, quod eſt *venire*, Gallicè *venir*: animadvertendum eſt iſta verba, ἐκ ἱκνεομένου βασιλεύει, poſſe ita Gallico ſermone exprimi, *Il ne luy vient pas de regner*. Eſt autem *vient* à Latino *venit*, (litera i. ex fine ad principium tranſeunte) Ionicè, ἐκ ἱκνέεται. perinde ac ſiquis diceret, ἐκ ἱκνέεται ἐς αὐτὸν τὸ βασιλεύειν, pro illis, ἐκ ἱκνεομένου βασιλεύει. Alioqui & his verbis hoc exprimeret ſermo Gallicus, *Il ne luy touche pas de regner*. Alterius autem generis loquendi, Μᾶλλον ἢ ἱκνεομένου, exemplum tibi ſuppeditat VI, 84. ὁμιλέοντα μᾶλλον ἢ ἱκνεομένου. quum antea pro μᾶλλον ἢ ἱκνεομένου dixiſſet μεζόνως· utens his verbis, ὁμιλέειν σφι μεζόνως. Nam qui aliquid facit μᾶλλον ἢ ἱκνέομένου, id eſt, magis quàm convenit, ſive magis quàm par eſt, is dici poteſt illud ποιέειν μεζόνως, quod Ionicum eſt pro μεζόνως. quaſi dicas, *majorem in modum quàm oporteat*. Sed Valla malè hunc locum cum vertit, non ſecus quàm ſi verba illa μᾶλλον ἢ ἱκνεομένου non ad ὁμιλέειν ſed ad ἀκρητοπωλεῖν, ſive ad ἀκρητοποσίην (ut ibi legimus) referrentur. Addam & hoc, Hippocratem quoque illo adverbio uſum eſſe, & quidem alicubi ſignificare apud illum *Quantum par eſt*, *Quantum ſatis eſt*; ut quum dicit, γάλα πίνειν ἱκνεομένου. Apud eundem ἐν τῷ ἱκνεομένῳ χρόνῳ. *Debito tempore*, *Convenienti tempore*, *Suo tempore*. Miror autem afferri ex illo loco ſcripturam ἱκνεομένῳ· è loco libri De fract. ἐν τῷ ἱκνευμένῳ χρόνῳ, & dici, ἱκνεύμενον χρόνον non minus quam ἱκνεόμενον, in uſu eſſe. quaſi verò illam quoque ſcripturam Græca lingua poſſit admittere, ac non jubeat nos vel ἱκνεύμενῳ vel ἱκνεομένῳ dicere. Cæterùm hujus generis loquendi aptum habemus hoc quoq; exemplum, προγηράσκειν ἢ χρόνου ἢ ἱκνεύμενου, *Seneſcere ante debitum tempus*. Et quaſi quis dicat, *Ante legitimum tempus*. Alioqui & ſimpliciter, *Ante tempus*, dici poteſt. Poëtæ autem dicerent etiam (ut opinor) *Ante ſuum tempus*. Ex eodem affertur & hoc, φροντίδες ἐχ' ἱκνέμεναι (ſed malo ἱκνεόμεναι) pro *curis intempeſtivis* at verò illud, ἐν τῷ ἱκνεομένῳ χρόνῳ, apud Herodotum etiam exſtat. VI, 86.

Ἱστορέειν & Ἱστορεῶς ſæpe apud hunc ſcriptorem occurrunt, præſertimque illa vox activa. Eſt autem Ἱστορέειν *Interrogare*, *Sciſcitari*, *Percontari*, *Inquirere*: & Ἱστορεῶς, *interrogari*, *Inquiri*. II, 19. Ἱστορέων αὐτὸς ὧτινα δύναμιν ἔχει ὁ Νεῖλος τὸν ἔμπαλιν πεφυκέναι τῶν ἄλλων ποταμῶν. Et paulo pòſt, πολλά τε δὴ τὰ λεγόμενα βουλόμενος εἰδέναι ἱστόρεον. Sic I, 61. μὴ ᾖ, εἴτε ἱστορέοντι, εἴτε καὶ μή, φέρῃ τῇ ἑωυτῆς μητρί. *Dicit matri ſive percontanti ſive non*. Sed Valla longè ἱστορέειν hic eſſe putavit *Enunciare*, ideoq; alienum ab hoc loco ſenſum commentus eſt: ut tibi patebit ex collocatione verborum ejus cum iis quæ margini adſcripta ſunt. At verò paſſ. vox ἱστορέεως I, 24. legitur, ſed ita ut activam potius ſignific. habere videatur. H.

K.

Καὶ δὴ frequens eſt apud hunc, in narrationis velut incremento: ut quum Latinè dicitur *Atque etiam*, vel *Tum*, *vel Tum etiam*, & ſimiliter C.

Κάρτα πάνυ, *Admodum*. C.

Aliquando (I, 71.) & præfixo articulo dicit τὸ κάρτα, ſive τὸκάρτα. Euſtathius tamen in librum iωτα Iliadis, non Ionum ſed Dorum eſſe dicit articuli pleonaſmum ante adverbia. H.

Καταγίζειν, ut καταγίζειν πυρὶ, *Igni conſecrare*. Item, *Immolare & ſacrificare*, Clione c. 86. & Melpomene c. 35. Et Ἐναγίζειν, *Inferias mittere*: Euterpe, c. 44. in fine. ὡς ἥρωϊ ἐναγίζουσι. C.

Illi autem Καταγίζειν addendum eſt Καταγιάζειν· ſi quidem emendatè ſcriptum eſt καταγιαζομένῳ, I, 202. Sed (verum ut fatear) ſuſpicione apud me ſcriptura hæc non caret: præſertim quum & Erotianus, ſuo in Hippocratem lexico, Ἐναγίζειν, non Ἐναγιάζειν, ſcribat, exponens, τοῖς καταιχομένοις ἢ τοῖς καταχθονίοις θύειν. ſicut Heſychius χοὰς ὀπιφέρειν, vel θύειν τοῖς καταιχομένοις. Sed magis priorem probo expoſitionem quàm poſteriorem: & in poſteriore placet quòd καταιχομένοις tantùm dixerit, non autem cum Erotiano, ἢ τοῖς καταχθονίοις· quoniam hoc de diis inferis dici ſolet. Non ſolum autem *Inferias mittere*, dixerunt Latini, ſed etiam *Inferias ferre*, & *Inferias dare*. At *Inferias facere* (ut etiam exponitur) me legere haud memini. H.

Καταδόξαι uſurpat ut alii καταγνῶναι. H.

Καταπρηΐξεως interpretantur, *Gratè habituros aut impunè laturos eſſe*. ἀπὸ τοῦ πρηΰς deducto vocabulo. ut Thalia, c. 36. extremo, ἐκαταπρηΐξεως, de iis qui Crœſum conſervaſſent. Et non minus in fine ejuſdem libri, c. 156. & Polym. c. 17. Sed Terpſich. c. 105. poſſe ita accipi videtur ut ſit à verbo ἰκάω Ionico, & ſignificet, *Progredi longius*, aut *effugere*, ſimilève aliquid. C.

Καταφεύζομαι, vide in Ἐπφεύζομαι. H.

Κατέδησαν φῶτα ἔξ), II, 174. metaphora reſpondente ei quam habet ἀπέλυσαν. H.

Κατηλογέοντο, vide in Ἀλογήσας.

Κείρειν apud Herodotum, *Vaſtare, Populari*; veluti quum dicit VIII, 32. πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον. Et IX, 15. ἔκειρε τὴν χώρην. itidemque paſſive, VIII, 65. ἐκείρετο ἡ Ἀττική. Quem verbi hujus uſum ſumpſit Herodotus ex Homero, utente non ſolùm ſimplici, ſed & compoſito Κατακείρειν· ut Odyſſ. χ. --ὅτι μοι κατέκειρετε οἶκον, *Depraedabamini domum, Spoliabatis domum.* Herodoti autem exemplo uſurparunt etiam Thucyd. & Plato. H

Κεραΐζειν, *Diripere, Sternere.* II, 115. ἀλλὰ καὶ οἰκία τῷ ξείνῳ κεραΐσας ἦκεις. Et Homer. --ὅδι περ Τρῶας κεραΐζε καὶ ἄλλυς. C.

Κῆ, ut πῆ, item Κῃ ſine accentu, quum eſt particula παραπληρωματική, id eſt, expletiva. Exemplum illius extat I, 32. extremo, σκοπέειν ὃ χρὴ παντὸς χρήματος τὸ τελευταῖον κῆ ἀποβήσεται. At hujus exemplum cùm alii plerique præbent loci, tum hic, IV, 124. σταδίους ὡς ἑξήκοντα μάλιστά κῃ. H.

Κληδὼν & Κλεηδὼν, *Rumor, Fama, Omen.* χαῖρε ὦ κλεηδών. Odyſſ. υ. C.

Κυζημάτων, Euterpe, c. 2. *Vagitus puerilis:* ſignificatio πεποιημένως, ut videtur Cam. Quamvis autem ita legatur in edit. illa Baſilienſi, puto tamen Cam. ſcripſiſſe πεποιημένη, non πεποιημένως. aut ita, πεποιημένως (*ut videtur*) *facta.* vel potius *huic vocabulo data.* Vel tale quid.

Κόσμος, τάξις, id eſt, *Ordo, Ratio.* I. 99. κόσμον τόνδε ὁ Δηϊόκης πρῶτος ἔθετο καταστήσας, *Hanc rationem primus inſtituit.* vel, *Ita res regni ordinavit.* Item, II, 13. ἔφυγον ὑδενὶ κόσμῳ, *de effuſa fuga.* Inde Homerica, κοσμήτορε λαῶν. &, αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμησεν ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἑκάστους. C.

Κυρίδιος, ab Herodoto (ſicut & ab Homero ante illum) dicta fuit uxor, quam duxit dum adhuc eſſet κόρη, id eſt, *virgo*, & quidem *juvencula*, ſive *juvenilem ætatem non excedens.* Sic in Clione, cap. 135. Γαμέεσι δ' ἐνίοις αὐτῶν πολλὰς ἅμα κυρίδιας γυναῖκας. Sed ab Homero terminatione alia κυρίδη dicitur. Sic Il. ν, Οἳ μεῦ κυρίδιον ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ Μάψ οἴχεθ' ἁρπάξαντες. Sic Iliad. τ, --Ἀχιλλῆος θείοιο κυρίδιον ἄλοχον δώσειν. Verum & Κυρίδιος πόσις (id eſt *maritus*) viciſſim ab Homero dicitur. H.

Κυρέω cum genit. τυγχάνειν, ſive τυγχεῖν. Item Κυρῆσαι. ut I, 59. circa finem, ἔδ ἔστι τε τῷ δήμῳ φυλακῆς τινὸς πρὸς αὐτῷ κυρῆσαι. *aliquam cuſtodiam ab illo conſequi*, vel *obtinere.* Hinc & Κυρήσας pro τυχών. Apud Hippocratem participio jungitur, eo modo quo ἔτυχε, vel τυγχάνει plerumque illi jungi videmus. Legimus enim apud illum, καὶ μήπω κυρήσῃ τὸ σῶμα τεθνεὸς, id eſt, *neque dum corpus mortuum fuerit.* Ubi alioqui τύχῃ dici potuiſſet.

Ἐγκυρεῖν itidem pro ἐς τυχεῖν, ut lib. VII, 218. ἐνεκύρησαν στρατῷ, *inciderunt in exercitum.* Exſtat verò & aliud compoſitum apud Hippocratem, videlicet Συγκυρεῖν, ut in libro De morb. συγκυρήσει ὥστε ῥιγῶσαι μεθύοντα. ſed hoc eſt pro συμβήσεται, id eſt, *eveniet.*

Κώμῳ χρῆσθαι, *Comeſſationem* exercere, vel potius *comeſſationes.* In Clione, cap. 21. extremo, τότε πίνειν τε πάντας καὶ κώμῳ χρῆσθαι ἐς ἀλλήλους. ubi interpres vertit, *& inter ſe comeſſationibus uterentur.* Ab hoc nomine eſt Κωμάζειν. At verò κῶμα, quod frequens eſt apud Hippocratem, quamvis conſequi illas περὶ καμαζόντων compotationes plerumque videamus, mirum tamen eſt ſi Galenus κωμάζειν prius eſſe quàm κῶμα, & hoc ex illo deduci putavit. Nec enim rationi & artis grammatices legibus conſentaneum magis puto κῶμα quàm κῶμον ex illo deducere: id eſt, non minùs præpoſterè illud quàm hoc poſſe fieri.

Κῶς, & Κως enclitice, pro πῶς & πως enclitico, paſſim apud hunc ſcriptorem, præſertimque hoc poſterius: ut lib. III, c. 150. καὶ κως ταῦτα ποιεῦντες ἐλάνθανον.

Λ

Λαλέειν, unde Διαλαλέειν I, 114. Et Λελάθηκε, IV, 79, νῦν ἔτος ὁ δαίμων καὶ τὸ ὑμέτερον βασιλέα λελάθηκε. Paulo antè, καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει; legitur & λάβε, cùm alibi, tum I, 108.

Λαισήϊα, *Parmæ*, aut *Peltæ.* C.

Λαύεα, *Angiportum.* ut & Odyſſ. χ. C.

Λέσχη, *Sermo, Colloquium.* In Euterpe, c. 32 ἀποιέεσθαι ἐς λέσχην ἐπὶ τοῦ Νείλου, *mentionem factam* dicit *Nili.* Et Calliope, c. 70. γνωμένης λέσχης, *verba quum fierent.* Et Ἔλεσχα· ut I, 153. ἐκ τῶν Ἰώνων παιδία ἔσαι ἔλεσχα, ἀλλὰ τὰ οἰκήια, *non de Ionum malis ſed de ſuis fabulabuntur.* Et Περιλεσχήνευτος, II, 135. *Celebris.* Et apud Heſiod.

λέσχη,

λέχη, locus publicus, de fabulis & colloquio vulgi, ut apparet, dictus. Odyss. σ, Οὐκ ἐθέλεις εὖδειν χαλκηΐων ἐς δόμον ἐλθών, Ἠέ που ἐς λέχην. C.

Λαΐζειν, *Rapere.* C.

Λιπαρείη τι ἡ ἀρετὴ, IX, 21. *Constantia* (seu *tolerantia*) *& fortitudine.* Λιπαρέετε μένοντες, *durate,* Calliope c. 44. Et Euterpe, c. 42. ἐπεὶ τε λιπαρίειν τὸν Ἡρακλέα, *quum Hercules perseveraret in flagitando.* C.

Λόγος, etiam *fabulam,* id est, μῦθον, significat; ut Clione, cap. 141. ἔλεξέ σφι λόγον. Et, Αἴσωπος λογοποιὸς, &, Ἑκαταῖος λογοποιὸς, Euterpe c. 134. & 143. C.

Λόγον ἑωυτῷ διδόναι, *Reputare aliquid,* seu *Secum perpendere.* C.

Λωβᾶσθαι, *Fœdare,* eo modo quo dicitur à Virgilio, *Fœdavit vultus,* de facie mutilata. Sic enim apud nostrum scriptorem Zopyrus seipsum λωβᾶται, III, 154. Atque ut hic legimus ἑωυτὸν λωβᾶται (additis etiam his duobus verbis, λώβιον ἀνήκεστον) sic paulo pòst, ἑωυτὸν λωβᾶται. Ac parvo intervallo sequitur cap. 155. λελωβημένον signific. passiva. Apud Homerum Iliad. β, Ἦ ῥ' ἂν Ἀτρεΐδῃ νῦν ὕστατα λωβήσαιο, *Nunc postremum me injuria affecisses.* vel, *contumelia.* Λωβᾶσθαι etiam invenitur & quidem apud Hippocratem. Ac significationem passivam habet λωβέονται in hoc ejus loco, ἀτὰρ πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβέονται. ubi redditur, *Probro & dedecore afficiuntur.* H.

M.

Μελεδωνὸς, *Curator,* vel *Curatrix, Cui cura rei alicujus demandata est, Præfectus alicui rei, seu alicui negotio.* l. II, c. 65. μελεδωνοὶ ἀποδεδέχαται τῆς τροφῆς χοιρίδων, καὶ ἕρσενες καὶ θήλεαι, τῶν Αἰγυπτίων. Paulo pòst, τῇ μελεδωνῷ θηλέων. Item, περὶ οἰκητῶν μελεδωνόν, III, 61. quod repetitur & c. 63. seq. Sed & ipsum verbum Μελεδαίνειν habes VIII, 115. Μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν, videlicet, τὰς νοσεούσας. H.

Μέμονα, sequente infinitivo, *Fert animus hoc facere, Animatus sum ad hoc faciendum.* In Eratone, c. 84. μὴ ταῦτα μεμονέναι μιν ποιεῖσθαι. Sic Homerus Iliad. σ, —μάλιστα δ' ἀμφὶς ἀριδμὸς Ἕκτορ Ἐλενέμεναι μέμονεν. Sic autem dicitur μεμαὼς cum eodem infinitivo, & ad eandem rem significandam, paulo antè, Ἐλενέμεναι μεμαώς.

Μεταδόξαι dicitur, *Qui mutavit sententiam,* seu *quem pœnituit.* H.

Μεταίχμιος γῆ, vide in Αἰχμή.

Μετεξέτεροι, id est, τινές. II, 36. Τοῖς μετεξέτεροι καλέουσι. C.

Μῆνις, ήτος & ἴνις, ητος, *Vehemens ira.* C.

Μῆχος pro μηχανή. ut II, 181. τοῦτο γὰρ οἱ κακοῦ εἶδε μῆχος. Estque reponendum hoc ipsum verbum, & lib. IV, cap. 151. non longe à princ. pro μῆνις. Utitur & Homerus: ut Iliad. β, --ἀλλὰ τι μῆχος Εὑρέμεναι δυνάμεσθα. Ut autem μῆχος pro μηχανὴ ab hoc scriptore dicitur, ita vicissim πάθη pro πάθος,

Miy-dicunt ἀυτόν. C.

Μύδρος, *Candens massa;* ut μύδρον σιδήρεον. I, 165. vel λίθος διάπυρος. ut ille philosophus dixit: solem esse μύδρον, Anaxagoras Clazomenius, Ion. C.

Μυσίλλειν, *Dissecare,* Hom. μισυλλόν τ' ἄρα πάλλα. In Clione, c. 132. Διαμυσίλας κατὰ μέρεα τὸ ἱρήϊον, *secta in partes victima.* C.

N.

Νεωχμῶν, *Novare,* id est, νεωτερίζειν. C.

Νόμος, ut communiter, *legem* significat: ut, I, 29. Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι κελεύσας νόμους ποιήσας. Et, *Mores* ac *instituta:* quæ & νόμαια: ut Thalia, cap. 38. ὕτω νομίζουσι πολύ τι κάλλιστα τοὺς ἑωυτῶν νόμους ἔχοντες εἶναι. In Melpom. c. 76. ξεινικοῖσι δὲ νομαίοισι καὶ ὅτι αἰνὸς χεῖρας φοίνισσι. *Et consuetudinem ac morem.* Ἐπ' ἐξαπάτῃ τῶν δυ ποιεῦντας νόμος ἐστὶν οἵ, in Clione, cap. 90. Significat & *Pascua:* ut apud Homer. quoque ἐπεί κε νομῷ μιγέωσι. Et *regio:* ut νεμὸς Θηβαίος, Μενδήσιος. Et *classis:* ut νομοὶ φόρων, in Thalia, c. 90. *&c.* Atque hæ posteriores duæ significationes, sunt acuti nominis. Est & *modorum* appellatio: ut de Arione, I, 24. νόμῳ τῷ ὀρθίῳ διεξελθεῖν, quos apparet acutos fuisse, & concini solitos voce altiore. Ἐν χειρῶν νόμῳ, significat, *In conflictu, Consertis manibus.* C.

Νυν, particula ὡσπαραπληρωματική, id est, expletiva, passim apud hunc scriptorem, post μὲν. Ac statim initio primæ Musæ, Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. Sæpe autem his particulis μέν νυν respondet δὲ in altero membro; ut lib. II. circa finem. H.

Xerxes

Ξ.

Ξενίω & Φιλίω & Ὁμιχμίω συνθέσ & Διαλύεσθαι, Hoſpitii amicitiæque & belli conjunctionem & diſſolutionem ſignificat C.

Ξυρὸν, *Novacula.* Adhibetur autem hoc nomen cuidam loquendi generi, quo utitur VI, 11. ὅτι ξυρῷ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῶν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἰ ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι. Exſtat idem loquendi genus (quod proverbiale fuiſſe videtur) apud Homerum: niſi quod ἵσταται eſt apud eum, non ἔχεται. Iliad. κ,

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ὅτι ξυρῷ ἵσταται ἀκμῆς,
Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

In quo proverbiali genere loquendi exponendo uſurpari ſolet vox *Diſcrimen*: quæ tamen utrique parti convenire non poteſt. neque enim dicet aliquis *ſibi imminere diſcrimen de tuenda vita*, ut dicet *diſcrimen de amittenda*: neque *diſcrimen de libertate ſubbeunda*, ut *diſcrimen de ſubeunda ſervitute.* Hoc conſtat eos dici ὅτι ξυρῷ τῆς ἀκμῆς ἵσασθαι, vel, ὅτι ξυρῷ τῆς ἀκμῆς ἔχεσθαι dici τὰ πρήγματα eorum qui ab ipſo temporis articulo velut opprimuntur, quo vel proſperam vel adverſam fortunam experientur. Nec aliunde videtur petitum hoc loquendi genus (quamvis alii ſecus ſentiant) quàm ab iis quæ aciei cultri ſeu gladii admota, levi manus impulſu amputari poſſunt. Atque ita pertinebit ad id quod proverbialiter itidem dicitur, *Sub cultro eſſe.* Unde apud Horatium, *Et me ſub cultro liquit.* H.

Ο.

Οἰδέοντα πρήγματα, vel οἰδαίνοντα, ad verbum, *Res tumentes*, de iis quæ adhuc ſunt turbulentæ, ſive quæ nondum ſunt compoſitæ: quaſi quis dicat, *quarum tumor nondum reſedit.* In Thalia, c. 127. ἅτε οἱ οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων. quod male reddit interpres, *Utique rebus nondum ſatis fundatis.* Sic autem & eod. lib. c. 76. ubi Ald. & Germ. editiones οἱ δεόντων habent pro οἰδεόντων. qui error eſt apud Suidam quoque. Sed illo in loco interpres ea verba præterit: ego in margine adſcripta ibi interpretatione reddidi, *rebus flagrantibus.*

Οἴχωκε, pro ᾤχετο. Et Iliad. β, ὅτι σῆθος σωοχωκότι. C.

Ὅκως pro ὅπως. *quomodo.* ut III, 116. ὅκως μὴ γινόμενος. & paulo ante, ὅκως δηλαδὴ ὅτι τὰ ἐπέκεινα. Sed alium etiam uſum habet iſtud vocabulum, qui non datur illi ὅπως. ut in Clione, c. 11. ἐώθεε γὰρ ἐκ πεδίου, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν. ubi redditur *quum* vel *quoties vocaret.* Sic ὅκως νοι *quum* vel *quoties plueret.* Atque ita plurimis in locis utitur. H.

Ὁλοίτροχος, ſubaudito nomine πέτρος, Saxi quoddam genus eſt, in hoſtes projici vel potius devolvi ſoliti: quod à roturditate nomen iſtud habere quidam crediderunt. Xenophon ad ὁλοιτρόχους addidit πέτρους. Homerus autem Iliad. ν, quadriſyllabè, ὁλοοίτροχος ὡς ἀπὸ πέτρης, ubi ſubauditur πέτρος. Quidam tenui ſpiritu hanc vocem ſcribunt, tanquam ita dicatur quaſi ὁλοὸς ὂν τῷ τρέχειν. Fuſius de hac voce diſſeritur in meo Theſauro Græcæ linguæ. H.

Ὄνομαι, *Vitupero*, vel *Contemno*, *Pro vili habeo.* ut II, 167. ἤκιστα ὦν Κορίνθιοι ὄνονται τὲς χειροτέχνας. ubi interpres contrario ſenſu dixit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices.* Sic apud Hom. ὄνοιτο, Iliad. ν, & Od. ξ. Et ὄνονται, Od. φ.

Ὅπι interdum pro διὰ τί. ut III, 78. εἴρετο ὅπι ἐ χρῆται τῇ χεϊρί. Sic II, 19. circa finem, καὶ ὅπι αὖραι ἀπιπνέουσαι μοῦνος πάντων ποταμῶν ἐ παρέχεται. H.

Ὅπι τάχος, pro ὅπι τάχιστα, *Quamcelerrimè*, *Quamcitiſſimè.* Vel, *Primo quoq; tempore*, IX. 7. in fine. H.

Ὅπι μὴ ſignificat εἰ μὴ, *Niſi*, *præterquam*, & ſimilia. C.

Οὐδαμοί, id eſt, ὐδένες. C.

Π.

Παεακτῶσαι, *Introducere.* C.

Παεαμέμνημαι alicubi poni videtur pro ſimplici μέμνημαι, ſicut pro hoc ponitur quibuſdam in locis compoſitum ὑπομέμνημαι, vel ἐπεμνήσθην. H.

Πάρεξ, *Præterquam.* C.

Παρέχει μοι, ſequente infinitivo pro ἔξεσι μοι, *Licet mihi*, *Penes me eſt*, *In me ſitum eſt.* III, 142. H.

Παριδὼν, I, 37. ἅτε τινὰ δειλίην μοι παριδών. Et paulo poſt, c. 38. ἅτε ἄλλο ὐδὲν ἀξιοῦντι παριδὼν τοι. Utrobique pro ἐάσιδὼν poſitum quidam exiſtimarunt. H.

Παχέες, *Divites*, *Opulenti*, Αἰγινητέων ὦν οἱ παχέες, ubi interpr. vertit *proceres.*

res. Nam ſæpe hi ſunt ex illorum numero. H.

Περιημεκτέω, ῶ, idem cum ſimplici Ἠμεκτέω ſignificare videtur: videlicet *Ægre ferre, Graviter ferre, Indignari:* atque adeo magnam indignationem præ ſe ferre: quod fit querendo, ſive quiritando: Unde factum eſt ut III, 64. περιημεκτήσας τῇ ἀπάσῃ συμφορῇ, reddiderim, *De tota calamitate queſtus.* Sed VIII, 109 initio, abſque ullo caſu ponitur περιήμεκτον. Apud Suidam & περιεμεκτήσας (non περιημεκτήσας) & περιμήκτον, non περιημέκτεον. At verò illius περιημεκτεῖν plura tibi exempla Theſaurus meus ſuppeditabit.

Περιλεχήνδυτος, vide in Λέχη.

Πέριξ, *Circum*: ut *Arboribus clauſi circum.* vel *Circa*: ut *Corpora multa virûm circa.* C.

Πεοτύμβια σιτία, id eſt, ὀπτώμενα. πέσσειν enim *Coquere* & *Conficere.* ut Homero quoque, metaphoricè, ἥρεα πεσσέμεν. C.

Πίσυνος, id eſt, πεποιθώς, *Fretus:* ut & Hom. ἀνορέῃ πίσυνοι καὶ χάρτεϊ χειρῶν. Sed & Eurip. Oreſte, θυρώδη τε πίσυνος καὶ μαθεῖν παῤῥησία. C.

Πολέμια, alicubi pro πολεμικά. H.

Πρόκα, *Subito.* lib. VIII, c. 65. καὶ πρόκα τι φωνῆς ἀκοῦσαι. C.

Σ.

Σαγάρεις, *Secures, aut Bipennes, aut aliud barbarici teli genus.* Ita Camer. ſiquidem fides habenda eſt illi Baſilienſi editioni: ac non potius credendum eſt illum σαγάρεις ſcripſiſſe. H.

Σαρκάζειν, *Tondere* ſignificat ſeu *Vellere.* ut Melpom. c. 64. Σαρκάσας βοὸς πλευρῆ. Atque id & Hippocrati ſignificat verbum, ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, *d.* C.

Σακκέω, *Excolo,* in Melpom. c. 23. τοῦτο ἐπεὰν ῥήγηται πέπον, σακκέουσι ἱματίοισι. ubi tamen interpr. verbo *exprimunt*, non verbo *excolant*, uſus eſt. Sed Euſtathius, vel potius Dionyſius apud Euſtathium, ex hoc noſtro hiſtorico Herodoto affert etiam χρήματ' ἐσσακιζόμενοι. Quinetiam ἐσσακίζειν ſ' ὁδῷ eſſe ait τὸ περικόπτειν καὶ ὑφαιρεῖσθαι (ſubaudiendum autem puto τῆς ὁδῷ cum hoc verbo ὑφαιρεῖσθαι) atque addit, in hac ſignificatione reſpici fortaſſe ad ſaccum qui paulatim evacuatur. Alioqui σακίζειν dicuntur etiam ſaccularii fures, ſive ſacculorum fures: quum Heſychius σακίζειν exponat, τὸ ἐκκενῶσαι λάθρᾳ κλοπὴν τὴν σάκκου. Sed apud illum & in verbo & in nomine litera σ geminatur (ſicut & in σακκέουσι apud Herodotum: quum Ælius Dionyſius σάκος etiam non σάκκος ab Atticis ſcriptum fuiſſe teſtetur.

Σπέρχειν, *Adverſari* & *offendi.* Et Σπερχθεὶς *Perturbatus.* C.

Συγγινώσκω (ut admonui in Ἀναγινώσκω) à vulgari uſu & ipſum diſcedit apud Herodotum: qui duobus modis eo utitur. VII, 13. νῦν μοί τοι συγγνὺς, χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ. ubi συγγνὺς eſt, *poſtquam mecum reputavi hanc rem*, vel *conſideravi*, ſeu *perpendi.* Sic in fine cap. 3. lib. IV. μανθάνετε ὡς εἰσὶ ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο. Sic & cap. V. in fine. (Talem autem uſum eſſe verbi συμφρονεῖν, in meo linguæ Græcæ Theſauro docui.) Aliter in fine c. 43. lib. IV. ubi infinitivo jungitur, Ξέρξης δὲ οἱ ὃ συγγινώσκων λέξειν ἀληθέα. q. d. *Non aſſentiens ipſi vera dicere*, ipſum videlicet. q. d. *Non conſcius ipſi veritatis.* In hoc tamen loco libri V, cap. 91. συγγινώσκομεν ἀυτοῖσι ἡμῖν ὑποίησαι ὀρθῶς, magis proprie reddi poteſt, *Conſcii nobis ſumus.* Quinetiam voce paſſiva utitur alicubi hac in ſignific. ut V, 86. ἑωυτοὺς συγγινωσκόμενοι εἶεν, καὶ τοῦτο εἰρξαν. Ubi autem dicit, VI, 92. ἔτε συνεγινώσκοντο, ἦσάν τε ἀνδραδέστεροι, ſignific. *Non agnoſcebant culpam.* H.

Συμψήσας interpretantur σωτρίψας, Clione, c. 189. Significat autem correptionem C.

Σωαλίζω, vide in Ἁλέες.

Σωαμωρέειν, *Vaſtare, Perdere.* Et Σωάμωρος, *Noxius.* C. Sed ſcribitur etiam Σιναμωρέειν. H.

Σωνοίῃ ἐχόμενος, I, 88. *Cogitabundus.* Vel, *Quum in attenta cogitatione verſaretur.* H.

Συρμαίζειν, *Purgare* τῇ συρμαίῃ quam alii potionem, alii herbam aut radicem, alii ſuccum quempiam fuiſſe putaverunt. C.

Συσπουδάζω τινὶ, ſequente infinitivo, I, 92. *Studio meo & opera aliquem adjuvo ad aliquid efficiendum*, vel *Studium meum alicui ad aliquid præſto.* At verò Ἐπισπουδάζω & Ἀποσπουδάζω alibi in locis vicinis ceu contraria ponuntur. H.

Σφι pro σφίσι ponunt. C.

Σχοινοτενὲς, *Rectum.* C.

T.

ΤἈρσας καλάμων, Clione, c. 179. interpretantur *Areolas arundineas, ſuper quibus lateres areſcerent.* Sunt & ταρσοὶ ποδῶν. Et

remigia ταρσῶν habent appellationem. Nominantur etiam ταρσοὶ in volucribus. C.

Τέλειον, *Perfectum, Confirmatum, Evidens.* δι' ὄψιν ὀνείρου ἐτελείου. I, 121. Et, τὰ τέλεα τῶν προβάτων, I, 183. *grandes oves.* C.

Τέλη, *Impenſæ, & Ordines.* C.

Τέῳ interrog. ut I, 117. τέῳ δὴ μόρῳ τὸν παῖδα κατεχρήσαο; *Qua morte interfeciſti?* Eodem modo τεοῖσι ὄμμασι, I, 37. H.

Τετρύχθαι, *Afflictum eſſe.* C.

Τὸ, paſſim pro ὅ, id eſt *quod* relativum. Sic I, 51. εἰδώλου τὸ λέγουσι εἶναι. Et paulo ante, τοῦ ἐπισάμενος τὸ οὔνομα. pro οὗ, *cujus nomen quamvis ſciam.* Sic alibi ὀν τῷ pro ὀν ᾧ, *in quo.* Pluralis autem genitivus τῶν, quum eſt articulus præpoſitivus, interdum voculam τις interjectam habet inter nomen cum quo junctus eſt. ut I, 51. τῶν τις Δελφῶν, pro τις τῶν Δελφῶν. vel potius τῶν Δελφῶν τις.

Τριφάσιον, *Triplex*: ut διφάσιον, *Duplex.* C.

Τῷ ἐόντι χρησάμενος, *Veritate uſus, Eo quod res erat.* Et τῷ ὄντι γε, *Revera.* Et κατὰ τὸ ἐὸν *Secundum veritatem.* C.

Τῶν ἴδμεν, pro ὧν ἴσμεν, *Quæ comperta aut cognita ſunt.* uſitata parentheſis Herodoto. C.

Τὠυτὸ, id eſt, τὸ αὐτὸ, ſimilitudinem & æqualitatem & conjunctionem ſignificat. κατὰ τωὐτὸ τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι, I, 1. *idem ipſum quod Græci memorant.* Χῖοι μὲν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ τωὐτὸ λέγονται I, 142. *eadem lingua utuntur.* Item τωὐτὸ φρονήσαντες, de conſenſione & concordia, in Clione, c. 59. fin. Et in Polymn. c. 145. συλλεγομένων ἐς τωὐτὸ, *quum conveniſſent.* C.

Υ.

Ὕβρις, *Petulantia & laſcivia*: ut de equis, Clione c. 189. de mulis, Melpom. C.

Ὑγιηρὸς, id eſt. ὑγιεινὸς, *Sanus.* C.

Ὑπερθρώσκειν, *Superſilire*, ut II, 66. ὑπερθρώσκοντες τὰς ἀνθρώπους. Apud eundem legimus & Καταθρώσκω. apud Homerum autem & Ἀποθρώσκω & Ἐπιθρώσκω legimus.

Ὑπερτίθεμαι uſum quendam apud Herodotum habet multorum auribus valde mirum futurum. Ponitur enim pro *Communico:* ea in ſignific. qua dicimur conſilium noſtrum alicui vel cum aliquo communicare (utriuſque enim exempla inveniuntur) & qua Cicero dicit, *De ſocietate multa inter ſe communicarent.* lib V, c. 24. circa finem, νῦν ὦν, ἐπείτε γε δὴ πρήγματα μεγάλα καταρτήσασθαι, ἀπίκεό μοι πάντως, ἵνα τοι αὐτὰ ὑποθέωμαι. *Nunc igitur quum res magnas aggredi in animo habeam, fac omnino ad me accedas, ut tecum de iis communicem.* ſed alterum verbum multo aptius mihi videtur. Interp. reddidit *Aperiam.* Sic VII, 8: 1. διὸ ὑμέας ἐγὼ συνέλεξα, ἵνα τὸ νοέω πρήσσειν ὑποθέωμαι ὑμῖν. Quinetiam I, 8. τούτῳ τῷ Γύῃ γε τὰ ἀπόρρητα τῶν πρηγμάτων ὑπεθέτο. Utitur vero & activa voce ὑποτίθημι eadem in ſignific. ut videbis III, 155. & V, 32. H.

Φ.

Φάλαρα, Ornamenta equorum. C.

Φάρμακα, *Colores.* Clione, c. 98. προμαχεῶνες λιθοισμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι, *nitent coloribus.* Et φαρμακοῦσθαι, *Tingere.* C.

Φάρσος, *Portio.* C.

Φερέγυος, δυνάμενος, *Sufficiens.* C.

Φρενήρης, *Mentis compos.* C.

Φώρ, *Fur.* C.

Χ.

Χρᾶσθαι, ſeu τῇ χρῇ, vide in Ἀλκμ. Χρᾶν. *Reſpondere*, id eſt, Oraculum reddere. ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε, I, 55. *reſponſum Pythia hoc reddidit.* Et, χρήσαντος τοῦ θεοῦ, Clione, c. 69. *Quum oraculum redditum mihi ſit.* Inde & Χρηστήριον· ſed hoc communius. C.

Χρῆμα. ut, συὸς μέγα χρῆμα. I, 36. Et, συεννὶς χρῆμα σφαλερόν. III, 53. Et, χρῆμα πολλὸν νεῶν. VI, 43. Et, χρῆμα χειμῶνος ἀφόρητον. VII, 188. C.

Ψ.

Ψῆνες, Quæ in caprificis beſtiolæ naſcuntur. C.

Ω.

Ὦρίω ἔχειν, I, 3, *Reſpectum habere*, aut *curam.* Et, ὀδεμίη ὥρη ἔσται, III, 155. *Nihil momenti attulerit*, vel, *Nihil retulerit.* C.

ALIA DE *HERODOTI* VOCIBUS,

ET VARIA IN QUIBUSDAM MS. SCRIPTURA, *&c.*

Ex ejuſdem prolegomenis in eadem ſecunda editione.

RATIONI autem conſentaneum mihi videtur ut à quibuſdam illius recenſionis [*præcedentis vocum Herodoti*] locis initium ſumam, ſuper quibus habeo quod te moneam. Primus erit ubi vocabulum ἀτίοντες (VII, 223. in fine) Camerarius interpretatur *Nihil curantes*, addens, Homerum ſimiliter eſſe uſum. Nam ἀτίοντα quidem legimus apud Homer. Iliad. υ, ſed pro βεβλαμμένον, (videlicet εἰς τὰς φρένας, ſive τὸν φρένα· unde dicitur aliquis voce compoſita βλαψίφρων) ab ἄτη. Pro illo igitur ἀτίοντα, ego vel ἀτίοντα (fuit autem facilis lapſus ex ἀτίοντα in ἀτίοντα) vel ἀτίζοντα reponendum cenſeo. Illud tamen mihi nullum lexicum ſed memoria diu ſolicitata ſuppeditavit. Recordatus ſum enim me legiſſe (apud Theognin, ni fallor) hunc verſum,

Πᾶς τις πλέονον ἄνδρα τίει, ἀτίει δ' περιχρόν.

At verò ἀτίζων, pro κηλαφεόντων apud Homerum extat Iliad. υ. Quòd ſi etiam incidiſſet Camerarius in aliquem Herodoti locum ubi vox ἀτίοντες uſum illum haberet, eam pro mendoſa habendam eſſe, ex iis quæ dixi conſtat.

Fuerunt alioqui vocabula quædam inter illa quæ idem recenſuit, in quorum ſcriptura ab editione Baſilienſi diſcedere non dubitavi, quum manifeſtus eſſe error videretur. Sed tamen, ne meo ſtare judicio neceſſe habeas, hæc ſunt, ἀγινέειν, mutatum in ἀγινέειν· & εὐμαρίη, in εὐμαείη· necnon δορὶ, (quod barbarum potius quàm Græcum videri poterat) mutatum in δοεῖ. Item χῆνες in ψῆνες, de beſtiolis quæ in caprificis naſcuntur. Monui autem & de nomine σαγήρεις, tanquam ſuſpecto, pro σαγάρεις· quod apud Herodotum legitur.

SED hinc ad alia venio, quæ ſcrupulum injicere cuipiam poſſint circa interpretationem. Ex his eſt εὐμαείη, quod ille interpretatus eſt *ſtercus*: quum potius *ventris exoneratio* ſignificetur: ſicut & ἀποπάλλω (quod illud exponitur) hoc ſonat.

In vocabuli Ἐπιτρεφέως interpretatione dubitari poteſt de illa voce Latina *Obliquè*, poſita inter haſce duas *Accuratè* & *Vehementer*: & ſuſpicatus ſum primo aſpectu, *Obnixè* eum ſcripſiſſe: ſed quum poſtea cogitavi, Suidam teſtari, Herodotum eſſe uſum pro ἀπατητικῶς, id eſt, *Fallaciter*, *Deceptoriè* (ſi & hac uti voce licet) *Fraudulenter*, illud *Obliquè* retinendum, & tantum ſedem ei ſuam mutandam cenſui.

In voce χρῆμα locos aliquot, tanquam ejuſdem rei exempla, affert, quum tamen non eundem in omnibus illis locis uſum habeat vox ea de qua agitur. Quatuor enim exemplorum, quæ proponit, primum ei eſt hic locus, δυὸς μέγα χρῆμα· ſecundum, iſte, τυραννὶς, χρῆμα σφαλερόν· tertium, χρῆμα πολλὸν νεῶν· quartum, χρῆμα χειμῶνος ἀφόρητον. atqui in illo ſecundo loco ubi dicitur, τυραννὶς, χρῆμα σφαλερόν, non idem eſt uſus vocabuli χρῆμα, qui in cæteris tribus: adeo ut hic χρῆμα in πρᾶγμα mutando, dici queat eodem ſenſu τυραννὶς, πρᾶγμα σφαλερόν· at at in cæteris illis locis ubi genitivus jungitur illi nomini χρῆμα, hæc mutatio locum non habeat. Quoniam autem hujus loquendi generis nullam ille expoſitionem addit, ideoque lector eam ſe à me expectare non immerito dicturus eſt, oro ut meum Theſaurum conſulere, & ita vicariam operam illum mihi præſtare, malit: ſimulque diligenter eum quem ibi propono Plauti locum expendere, annon in eo Ionicam illam phraſin repræſentare, aut ſaltem ad eam alludere, voluerit.

Simul autem inde discès, non minus Atticis quam Ionibus usitatum illud loquendi genus fuisse, quum & Aristophanes eo utatur. Ac sunt certe & alia plurima quæ Attici ab Ionibus mutuari non dubitarunt.

In iis quæ parvo intervallo sequuntur (pauca enim tantùm verba interjecta sunt, quibus vox ψῆνες exponitur: pro qua perperam scriptum esse χλῶες in editione Basilienſi, paulo ante dixi) postquam ὤρλω ἔχειν, interpretatus est *Respectum habere aut curam*: subjungit, *Et*, ἐδεμίη ὥρη ἔσαι, *Nihil momenti attulerit*. Quæ tamen interpretatio convenire loco non potest. Sunt enim verba illa ex hoc lib. III, 155. loco, τὸ σεωϋτῆ ϛεατὸν τὸ ἐδεμίη ὥρη ἔσαι ἀπολλυμένης. Sonant autem hæc, *Cujus amissionem nemo curabit*, vel, *De cujus amissione nihil pensi cuiquam erit*.

Sed nec ad verbi γνωσιμαχέειν interpretationem non satis attentionis attulisse videtur: atque id vel ex iis intelligere poteris quæ in meo Thesauro de verbo illo dicuntur.

VENIO nunc ad aliud cujus mentionem obiter tantùm feci in illa ipsa recensione, ne, si forte diutius differam, obliviscar. Id autem est de vocabulo Ἐγκόλῳ. Dixi enim me vix persuadere mihi posse, ἔγκολον in duobus quos legissem Herodoti locis, pro κότον positum esse. Ideo autem à me dictum hoc est, quòd vocem hanc pro adjectivo tantum nomine habeam, & nihilomagis substantivum esse nomen posse existimem quàm ἔγκυκλον, aut ἔγγονον, aut ἔμπονον. Confirmant autem mihi hanc opinionem quatuor noſtri scriptoris loci: quorum primus sit hic, VI, 73. δεινόν τινά σφι ἔγκολον ἀμφὶ τῷ περιπλακισμὸν ἔχων. Secundus autem hic, VI, 133. ἀτὰρ τινὰ ἔγκολον εἶχε. Tertius sit iste, VIII, 29. ἔγκοτόν σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες. Ad quartum autem antequam veniam, considerare te jubeo in duobus locis sequi participium ἔχων, in uno ipsum verbum εἶχε. Quid tum? dices. Quoniam dico scriptam ab Herodoto fuisse præpositionem ἐν seorsum ab illis duabus syllabis quæ sunt secunda & tertia in voce ἔγκολον, & illam præpositionem per tmesin à participio & alibi à verbo separasse, remanente in medio voce κότον. ut perinde sit acsi scriptum esset, δεινὸν τινά σφι ἐν κότον ἔχων, pro δεινὸν τινά σφι κότον ἐνέχων. Item, ἀτὰρ τινὰ κότον ἐνεῖχε. Eodem modo in illo tertio loco, κότον σφι ἀμφοτέρων ἐνέχοντες. Sed quid me in hanc suspicionem, vel potius sententiam (omnino enim illud mihi persuadeo) adducit? Locus ille qui supereſt ex iis quos me allaturum promiseram. Is legitur in Clione, c. 118. Ἀξυάμης ὁ, κρύπτων τὸν οἱ ἐνεῖχε χόλον. Esse enim scribendum ἐνεῖχε, ut habet posterior hæc editio, non ἐνέιχεε, ut in priore legebatur, (Aldinam & Basilienſem perperam sequente) luce clarius est. Quomodo enim ab ἐνέχω esse ἐνείχεε possit? Jam vero & absque adjectione dici ἐνέχειν τινί, Thesaurus meus docebit. Ac meminit certè hujus usus verbi ἐνέχειν Eustathius quoque: scribit enim, ἐπέχειν apud Homerum in Odyssea esse κατὰ τινὸς ἔχειν· atque hoc dici etiam ἐνέχειν. Ille autem Odysseæ locus est hic, ex libro τ,

Δαμοιτίη, τί μοι ὧδ' ἐπέχεις κεκοτηότι θυμῷ;

Ubi postquam dixit idem scholiastes, ἐπέχεις (intellige tamen ἐπέχεις μοι) idem esse quod κατ' ἐμοῦ ἔχεις, & præpositione hac indicari interdum ἐναντιότητα, exemplis quibusdam docuit, tandem subjungit, simile verbo ἐνέχειν esse hoc ἐπέχειν. Hoc tantùm supereſt nunc ut videamus an Herodotus libenter tali tmesi utatur seu dialysi seu diæresi qualem haberet illa quam apud eum repono scriptura. Sed præter unum quod habemus in eodem scholiastæ loco hujus figuræ exemplum ex historico, VI, 49. ἐπὶ σφίσιν ἔχοντας τὴς Ἀθήνας pro σφίσιν ἐπέχοντας (nam hoc esse dictum διαλελυμένως scribit: & alicubi διηρημένως eadem de re dicit) alia passim apud eum occurrunt: ut ἄνα τ' ἔδεσμον, pro ἀνέδεσμον· & ἀπὸ μ' ἔδυνε, pro ἀπέδυνε· & κατὰ μ' ἔκτεινεν, pro κατέκτεινε. Ac (ut de alia dialysi loquar quæ illi vel potius dialecto illius est peculiaris) interjicitur & vocula ὦν. ὑπ' ὧν ἔδωκαν· & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. Hæc autem quum ita sint, non immeritò (ut opinor) vocabulum illud ἔγκολον, quatenus quidem substantivi, non adjectivi tantum, sedem obtinebat, è Græcæ linguæ finibus procul amandatur.

Nec

EX H. STEPHANI PROLEGOM.

Nec mirum est tamen tam multis doctis viris & in Græca lingua exercitatis, ac nominatim, Ioachimo Camerario, viro doctissimo & hujus linguæ peritissimo, (scribit enim Μῆνις, Κότος, Ἔγκοτος, *Vehemens ira*) non mihi tantum, vocem illam fucum fecisse, quum & Græcis lexicographis fecerit: ac potissimum Suidæ: qui eo etiam magis est reprehendendus quod ex hoc epigrammatis loco, ——τίς φθόνος αἰὲν Θησείδαις ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει, colligat, ἔγκοτος οὕτω ἡ ἐπίμονος ὀργή; & non animadvertat, ἔγκοτος ut adjectivum, jungi cum substantivo φθόνος.

Libet autem eadem opera & de quibusdam aliis vocabulis te commonefacere, quæ quum ex Herodoto afferantur, ut scripta sunt in typographicis editionibus, suspicione tamen haud carent, præsertim veteris libri autoritate (ad nonnulla quod attinet) eam augente. Ex his est verbum ἀμαφθορέει, in hoc lib. I, cap. 88. loco, πάλιν τε τὼν αὖν ἀμαρτάζει, ἢ χρήματα τὰ σὰ ἀμαφθορέει. Quamvis enim primo aspectu videri possit verbum istud ἀμαφθορέειν admitti posse (ut ex nomine ἀμαφθορεὰ factum) tamen Herodoti sæculo in usu fuisse, vix credibile est. Huc autem accedit quòd in vet. exempl. non ἀμαφθορέει sed ἀμαφορέει legitur. Quòd siquis aliud exemplum afferat eodem è scriptore, videlicet VII, 10. extremo, ἀμαφθορούμενος ὑπὸ κυνῶν is ex me audiet, ibi pariter in vet. exempl. non ἀμαφθορούμενος, sed ἀμαφορούμενος legi. Hunc autem verbi istius usum exprimere videtur voluisse Horatius Latino illi omnino respondente, quum dixit, *Pòst insepulta membra different lupi.*

Sic autem, quum ὑποθέμενος apud hunc scriptorem habeamus I, 107. ubi scriptum est, ὑποθέμενος ἢ πρὸ μάχων τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ὀνύπτιον, non dubito quin vet. exempl. sequi oporteat, ex quibus annotatum est ὑπερθέμενος pro ὑποθέμενος; in eo qui hunc non magno intervallo c. 108. sequitur, ἰδὼν ἢ τοῦτο, ἢ ὑποθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Nam in priori editione mea non minus hîc quàm illic ὑφθέμενος scriptum erat: sed quum hic ex vet. exempl. adscriptum margini invenirem ὑφθέμενος, malui huic locum illius dare. Quod autem factum hic fuit non dubito quin & priore faciendum loco fuerit, scribendo, ὑφθέμενος ἢ πρὸ μάχων τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Haud enim dubito quin haud aliunde quàm ex incuria contigerit ut illi etiam præcedenti loco apposita ex iisdem veteribus libris illa lectionis diversitas non esset, eo in libro (scriptus autem & ipse erat, sed minus vetustatem præ se ferens) quem posterior in margine sibi appositum habebat. At editio Aldina priore quidem loco ὑποθέμενος, at in posteriore ὑφθέμενος nobis exhibet. Estque & hoc sciendum, fuisse repertum exemplar, quod vicissim pro illo ὑφθέμενος haberet idem illud ὑποθέμενος, quod non longo intervallo præcesserat. Quorsum tam multa? ut ostendam, quàm verisimile sit quædam vocabula, præsertimq; verba, ob significationem quæ plerisque lectoribus insolens videbatur, ab eorum aliquo (nimirum eo qui cæteris audacior erat) mutata in alia fuisse, hunc etiam apud scriptorem. Sed quis (dices) verbo ὑφηπίθεσθαι ita unquam usus est? nimirum significare volens, communicare quidpiam alicui: eo modo quo dicimus nos communicare aliquid ei, quod ita exponimus ut simul ejus super eo consilium audire cupiamus. Ipsemet Herodotus (inquam) ita est alibi usus, non uno in loco. E duobus saltem unus quidem exstat, ἐπεί τε ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, ἢ ἐμοὶ ὑπερέθεσθε, ἢ ποιέωμεν σήμερον, &c. Ubi interpres non omnino malè vertit, *Sed quoniam statuistis ad plures referendum, & me adhibendum.* Dicens autem, non omnino male hunc locum ab eo esse redditum, hoc addo, dummodo verba ista quibus utitur, *& me adhibendum*, recte intelligantur. Significare enim voluit, *& me adhibendum in consilium.* Alioqui non dubium est quin potius, *& mihi communicandum*, dicere debuerit. Alter autem locus est hic, ex lib. III, c. 71. εἰ μὴ τοι ὑπερετίθετο τὰ ἔμελλον ποιήσειν, οὐκ ἂν με ἐξεῖδες νῦν δ' ἐπ' ἐμεωυτῷ βαλλόμενος, ἔπρηξα. Ubi interpres tandem animadvertit quod alibi animadvertere non potuerat: videlicet ὑφηπιθέναι (nam hic voce activa utitur, quum potius passivæ usum hunc dare soleat) esse quod Latini *communicare* dicunt. Ut autem minus mirer istum verbi ὑπερτίθεσθαι usum non tantum novum & mirum

visum fuisse, sed etiam mendi suspectam scripturam habuisse, hoc facit, quòd verbum quoque ἀναπίθημαι quum apud quendam historicum significationem istam haberet, interpres *differre* vertit: quemadmodum & ὑποπίθεως hunc vulgo usum habet. Jam verò & quum apud Appianum ἀναθέως τὸ κατελθεῖν, sonaret *revocare*, seu *retractare*, interpres *differre* reddidit, ut in Annotationibus admonui. Verùm, ut ad mentionem diversitatis lectionum redeam, sciendum est, sicut in præcedente loco pro ὑποθήμων scriptum in quibusdam fuisse dixi ὑποθέμων, ita etiam in eo Herodoti de quo nunc agitur loco, aliam quandam ex uno manuscripto codice habemus, & eam quidem valde miram, videlicet ὑποεραίρεσθαι· quam si loco huic accommodare lector velit, valde suum ingenium, & quidem frustra, fatiget.

Sunt verò & alii loci in quibus contigisse idem videmus. Nec dubito quin eorum sit è numero iste, è lib. V, cap. 92. 5. ἐς Ἀγαπλόσαντα τὸν βίον σου. Suspicor enim è lectoribus quempiam, cui insolens valde hæc metaphora lectori videbatur, vocem illam Ἀγαπλόσαντα in hanc quam margini adscriptam vides, Ἀγαπλέξαντα, mutasse. Atqui cogitandum erat, Herodotum habere nonnulla ejusmodi, & quæ quum in aliis tantùm scriptoribus versato, mira & plusquam mira videri queant, esse tamen suspecta non debeant. Ad hoc quidem certe Ἀγαπλόσαντα quod attinet, talem ejus usum apud hunc ipsum animadvertisse mihi videor: quòd si tamen nullum aliud apud eum exstaret hujus phrasis exemplum, saltem non minus admitti posse quivis concesserit quàm quod alibi apud eum legitur, videlicet III, 155. πῶς ἐκ ἐξέπλωσας τὴν φρενῶν, σεωυτὸν Ἀγαφρείεις; Nam (ut dixi in recensione & interpretatione vocum Herodoti) ἐκπλῶσαι τὴν φρενῶν est *De statu mentis dejectum esse*: siquidem ad illud ἐξέπλωσας respiciamus. Alioqui, si præsentis significatio alicubi huic aoristo detur, significat *De statu mentis dejici.* vel brevius, *De mente exire.* vel, *è mente.* Aut elegantius, *E potestate mentis exire.* Quòd si verbum verbo reddatur, *E mente enavigare.* nam ἐκπλῶσαι τῆς φρενῶν, quid aliud est? Est autem ἐκπλῶσαι pro ἐκπλεῦσαι. nec dubito quin pro illo Ἀγαπλόσαντα Herodotus διαπλώσαντα itidem scripserit. Sed de hac apud illum scripturæ inconstantia dicendum in sequentibus erit.

Sunt autem quædam loquendi genera quibus verba adhibentur valde vicina, (præsertim ad scripturam quod attinet) & ita quidem ut modò hoc modo illud verbum iis esse adhibitum videamus, non sine dissensione exemplarium. Horum unum est ἀεικίῃ δρέσσειν cum accusativo personæ, & interdum τριηχέως δρέσσειν. Nam & δρέπειν huic loquendi generi adhibetur. Ac lib. I, c. 115. legimus quidem, τὸν τῶδε παῖδα ἀεικίῃ τοιῇδε δρέσσειν, in Aldina etiam editione: sed paulò ante, c. præced. ubi habes itidem τριηχέως κάρτα δρέσσει, in Aldina legitur δρέπει. at περιέπει è vet. exempl. est sumptum. Sed tamen initio libri V occurrit, περιεφθείρας πρότερον ἢ ὑπὸ Παιόνων τριηχέως. quod est à περιέπομαι. Quinetiam III, 115. extremo habemus ἅτε πολεμίως περιέψας.

Ac sunt è diversis lectionibus nonnullæ quæ haud uno in loco annotantur. ut νομαίοισι pro νόμοισι. nam ut in hoc lib. III, c. 99. loco, νόμοισι δὲ τοιοῖσδε λόγοισι χρέωνται, habes ex vet. cod. νομαίοισι pro νόμοισι· sic & alibi hæc diversa lectio in iisdem libris se offert.

Sunt denique & lectiones nonnullæ margini adscriptæ, quæ germanæ esse videntur: quum illæ quæ in textu sunt, videantur esse vocabula quæ margini expositionis loco adscriptæ à quopiam fuerant. Exemplum nobis suggerit I, 85. ubi pro εὐθυμίῃ margini adscriptum est εὐεστῖ nam illud εὐθυμίῃ fuisse adscriptum margini, ad exponendum illud εὐεστῖ, & ex margine (ut fit) in contextum irrepsisse, verisimile est.

Sunt verò & nonnullæ lectiones, quæ quamvis meritò suspectæ esse videantur, tamen eadem illa vocabula non uno in loco leguntur. Ex his est verbum κρησσῆναι pro θρᾳσσῆναι.

Sunt denique & quædam ex illis lectionibus quæ quum per se nullo admitti modo queant, si aliquantum adjuventur (hoc autem fit aliquid in illis emendando)

dando) dignæ ſunt quæ magis aut ſaltem non minus quàm quæ in textu ſunt recipiantur. Sed hoc in meis Annotationibus aliquando (deo favente) exemplis planum faciam.

Ut autem interim intelligas lector quanto accuratius in hac editione fuerit à me emendata Vallæ interpretatio, quàm in priore, quæ illis typographis pro exemplari fuit: magnum majoris hujus accurationis indicium vel in prima totius libri periodo habes. Magis tamen inſigne exemplum occurret, lib. I, 10. nam ibi ſi Vallæ interpretationem ſequeris, & totum locum attentè conſiderabis, Herodotum ſibi non conſtare, ſed aperte ſibi repugnare, dicere cogeris. Hæc enim verba, in illa tam celebri hiſtoria de Candaule malè merito de uxoris ſuæ pulchritudine, μαθοῦσα ὃ τὸ πρηγθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι ἀνέκωσεν αἰσχυνθεῖσα· ὅτι ἴδοξε μαθέειν, Laurentius Valla ita vertit, *Hæc ut didicit à viro quid actum eſſet, neque præ pudore exclamavit, neque viſa eſt percepiſſe.* Quid (reſpondebunt hic plerique) peccatum à Valla dici poteſt? Nonne μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, ſignificat id quod apud eum legitur? *ut didicit à viro.* ſive, *ut didicit ex viro.* Certè, μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, non aliud ſignificare poteſt: ſed dico repugnare hoc prorſus illi tam bellæ diſſimulationi ipſius, quæ his etiam verbis deſcribitur, ὅτι ἴδοξε μαθέειν, & quam quum in ea permanſiſſet, ſequutus eſt is quem ex ea ſperabat exitus. Sed quæ tamen alii loci illius excogitari interpretatio poteſt? Aliam nihilominus excogitandam eſſe aio: nec tamen aliam (meo quidem judicio) excogitari poſſe quàm hanc quæ à me margini eſt adſcripta, *Hæc ut animadvertit quod à viro factum erat.* Sed tu (dices fortaſſe) ita interpretando, præpoſitionem ἐκ cum πρηγθὲν jungis, perinde ac ſi dictum eſſet πρηγθὲν ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. Atq; plane novum in Græca lingua hoc eſſe arbitror. At egò, quidquid tibi & plurimis fortaſſe aliis in ea novum eſt, mihi novum eſſe nego: atque adeo talis uſus præpoſitionis hujus exempla tibi jam nunc duo, duobus è locis, cedo. Unus eſt, ex eod. lib. I, c. 87. εἴ τι οἱ κεχαρισμένον ἐξ ἐμεῦ ἐδωρήθη. Alter autem legitur eod. lib. I, c. 114. non procul ab initio, οὐ γὰρ δὴ ἐπαινέσω τὸ πρηχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου. Animadverti autem & Dionem, Herodoti imitatione, aliquoties hac præpoſitione ita eſſe uſum. Jam conſidera lector quantum errorem inducat interdum ignoratus tam parvæ particulæ extraordinarius (ut ita dicam) uſus. Sed libet obiter & aliud de iis quæ in eodem (I, 10) ſequuntur loco addere. Quum igitur hæc ſubjungantur, ὅτι ἀνέκωσεν αἰσχυνθεῖσα, & hæc ita vertantur à Valla, *neque præ pudore exclamavit*, quaſi pudor efficere debuerit ut exclamaret: ego, qui aliam atque adeo contrariam, eſſe video mentem Herodoti, ita eam expreſſi *neque exclamavit, utpote pudore retenta.* Quinetiam, ut lectori hanc eſſe mentem Herodoti ſubindicarem, inter ἀνέκωσεν & αἰσχυνθεῖσα, interpunctionem poſui. Illa autem verba, ὅτι ἴδοξε μαθέειν, quæ vertit, *neque viſa eſt percepiſſe*, maluiſſem ut vertiſſet, *neque viſa eſt animadvertiſſe*: aut *neque præ ſe tulit animadvertiſſe*: ut habes margini à me cum præcedentibus adſcriptum.

Alia exempla majoris in hac poſteriori editione accurationis (& quidem nonnulla haud minus fortaſſe inſignia) circa emendationes interpretationis Vallæ, ipſemet editionem hanc cum altera conferens, aut annotationes meas legens, invenies: atque in iiſdem plurimarum ejus emendationum, margini adſcriptarum (quarum pleraſque & prior editio habuit) quæ alioqui dubitationem tibi movere poſſent, reddetur. Simul verò & de quibuſdam quæ in ipſa Herodoti dictione (vulgo textum vocamus) vel emendata ſunt, vel videntur emendanda, in illis diſſeretur. De emendationibus autem loquor ſive iis quas jam prior editio exhibuit, ſive iis quas iſta nunc exhibet. Emendata porro fuerunt ex veteris quidem exemplaris autoritate plurima, vel potius veterum exemplarium (nam rarò abſque duorum ſaltem conſenſu id facere ſum auſus) verùm & unus interdum locus ex collatione cum aliis. Sic enim lib. I. cap. 46. ἐς Ἄδρας pro ἐς Σάρδις, alio è loco: & lib. II, cap. 40. pro τῆσι repoſitum τῇ Ἴσι fuit, alio itidem è loco. Dicitur autem Ἴσι pro Ἴσιδι. Verùm & quædam (ac non paucæ fortaſſe) emendationes conjecturales in illis annotationibus proponentur: & quidem nonnullæ quæ nova etiam vocabula Herodoto dabunt: (nova voco quæ antea apud illum non comparebant

in

in illis quæ uſquam comparebant exemplaribus) ex quibus ſunt ἀλλογνώσας & δεσποσυνώμμον. ſed de illo quidem ἀλλογνώσας vix ulla dubitatio relinquitur: at de hoc δεσποσυνόμμον relinqui mihi dubitationem fateor. Reponetur autem hoc δεσποσυνόμμον pro διεσπασμμον, quod legitur lib. I, c. 59. initio, adjunctum participio κατεχόμμον interpoſito particulæ καὶ vinculo. Jam verò & ex Plutarcho atque aliis qui locos hujus ſcriptoris citant, emendationes depromentur. Horum autem in numero eſt Euſtathius ſuis tum in Homerum tum in Dionyſii de ſitu orbis poëmatium commentariis. Quinetiam ex ipſo interprete Valla nonnullæ emendationes ſumentur: quarum tales ſunt nonnullæ ut quod in noſtra lectione affirmatur, id lectio ejus neget, aut vice verſa.

QUOD verò ad eam ſcripturæ inconſtantiam attinet, de qua me verba facturum promiſi, (unde nimirum fit ut eadem vocabula non ubique eam literæ aut literarum mutationem habeant quam dialectus Ionica poſcit aut poſcere videtur) eam inconſtantiam non Herodoto ſed librariis, dialecti qua ille utitur, ſæpe obliviſcentibus, imputandam eſſe aio: aut certè nonnullis qui alicubi vocum quæ Ionicè ſcriptæ erant ſcripturam à lingua communi receptam margini appoſuiſſent. Ut enim à mentione verbi ἐκπλῶσαι (quod ſermonis hujus occaſionem mihi præbuit) initium ſumam, quis credat Herodotum ita inconſtantem fuiſſe ut modò πλῶσαι, aut ἐκπλῶσαι, aut ἀποπλῶσαι, modo πλεῦσαι, vel ἐκπλεῦσαι, vel ἀποπλεῦσαι diceret? Atq; ut de hac ipſa litera ω loqui pergam, in ejuſdem formæ vocabulis, aut etiam iiſdem, modò literam illam ω modò ο habemus, haud enim χρέωνται tantùm, ſed χρέονται etiam legitur: itidemque ὀρέωντες & ὀρέοντες. illud III, 157, hoc, IV, 125. Ac ſcimus tamen à Corintho ſcribi, Iones ὀρέω pro ὁράω, itidemque ἐχρέοντο pro ἐχρέωντο dicere. Quinetiam modò hæc litera α, modò η, in uno eodemq; verbo occurrit. nam & χρᾶσθαι & χρῆσθαι legitur. Sic ἐχρᾶτο & ἐχρῆτο. Ac quamvis θεήσασθαι & θεήσεται pro θεάσασθαι & θεάσεται ſcriptum ſit, cùm alibi cùm I, 8. itidemq; θεησάμμενος, non θεασάμμενος, I, 59. item alibi ἀξιοθέητον pro ἀξιοθέατον· quumque in his non alia ſit mutatio quam litteræ α in η, tamen ἐδηήτο, non ἐδεήτο, alicubi noſtris ſe oculis offert, mutato etiam ε in η. Atque, ut in mentione mutationis literæ α in aliam maneam, quamvis μέγαθος pro μέγεθος tot loci nobis exhibeant, eodemque modo alicubi ὑπερμεγάθεας pro ὑπερμεγέθεας legamus: tamen & μέγεθος locis aliquot ſcriptum eſt: ut I, 60. Sic etiam τέμνω dicit, pro τέμνω, vocali α locum vocalis ε tribuens: ſed ne hæc quidem mutatio ubique fit.

A vocali α ut veniam ad ε; quum hæc Ionico more auferri à principio quorundam vocabulorum dicatur, & ἐκεῖνος inter illa ponatur, tanquam κεῖνος non ἐκεῖνος, Ionicum ſit: tamen ἐκεῖνος quoque hunc apud ſcriptorem ſæpe occurrit. Sic non ſolùm ὥρων pro ἑώρων, ſed etiam hoc ipſum ἑώρων apud eum legimus. Ac ne ὀρτὴ quidem pro ἑορτὴ conſtanter ſcriptum eſt. Utque loquar de iis quoque locis ubi contrà inſeritur hæc vocalis, præter morem linguæ communis, ſciendum eſt, non μηχανεώμμενος tantùm ſed μηχανώμμενος etiam, itidemq; μηχανῶνται, legi.

Ab ε ad η tranſiens, mutari quidem & hanc vocalem η dico in aliam, Ionico more: ſed ne hîc quidem conſtantiam ſervari. nam quum vox νηὸς Ionicæ dialecto aſſignata ſit, non minus tamen νεὸς, vel νέα ſeu νέας· quàm νῆα, ſeu νῆας apud eum eſſe ſcriptum videmus. Ac pro ἤσσων & ἡσσωθῆναι legimus ἔσσων & ἐσσωθῆναι multis quidem in locis, (in quorum uno ita eſt allucinatus Valla interpres, ut VII, 18, ex genitivo plurali ἐσσόνων, dicto pro ἡσσόνων, fecerit gentem quæ *Heſſones* diceretur) ſed non tamen in omnibus. Quumque pro οἰκέος ſcribi debeat οἰκήιος, tamen & illud interdum occurrit. Sic etiam μανλεῖον pro μαντήιον· nec ſolum ἀτρεκείη, ſed & ἀτρεκίη. Atq; adeo IV, 33. ἀσφαλείης, non ἀσφαλήης, legitur.

Ad vocalem ι quod attinet, alicubi nec in ipſa lex Ionicæ dialecti ſervatur. Nam haud tantùm εἰμὶ ſed ἐσμὶ quoque apud eum habemus. Ac initio Terpſichores πεοκλήσεος, pro πεοκλήσιος, ut alibi κελασάσιος. Ac, quum ι ſæpe ab Ionibus inſeratur, veluti quum ξεῖνος pro ξένος dicitur, in omnibus tamen ejuſmodi vocabulis id factum non videmus. Quúmque viciſſim in multis detrahatur ι, veluti in ὁπλίηδεος (item in ἕων, in ἑώθεις, atque aliis) tamen & ὁπλίηδειος legitur. Et alicubi

ἀγίεις

EX H. STEPHANI PROLEGOM.

ἀνίει, alicubi ἀνίεε legitur. Vocalem ο plerique loci habent in pronominibus ἐμέο & σέο, ſed illam (tanta eſt ſcripturæ inconſtantia) eadem pronomina non minus frequenter coguntur relinquere, ejus locum occupantibus ἐμεῦ & σεῦ. Eodemque modo participii πυιεόμϑυ locum ſæpe à ποιεύμϑυ occupari, idemque in aliis hujuſmodi participiis, quinetiam in ipſis verbis, fieri videmus.

Vocalis υ non minus habet & ipſa quod queratur. Quum enim quodam ſuo jure debeat cum vocali ο, ad efficiendam diphthongum, coaleſcere, in pleriſque vocabulis, è quorum numero eſt ὄνομα pro ὄνομα, (quod idem juris cum ὀνομαίνω & ὀνομάζω communicat:) en tibi nihilominus ὀνομάζων; non ὀνύμαζων, I, 44.

Nec melior eſt vocalis ω, quàm aliarum conditio: quum eam ex verbo πλώω, ſuperveniens ε ſæpe expellat, ut dictum eſt: nec ζωὴ ſemper, ſed plerunque ζόη, ſcribatur.

In ultima vocali ultimus ſit meus hoc de genere inconſtantiæ, qua leges Ioniſmi violantur, ſermo: (alioqui enim, quo plura de illa dico, eo plura ſupereſſe dicenda video) donec non ſolùm has lectiones διφασίας (ut Herodoti vocabulo utar) proferre, ſed de iis judicium ferre vacet.

EX EJUSDEM H. STEPHANI PROLEGOMENIS
aliis ibidem, de opera à ſe præſtita in ſecunda editione, quam in noſtra ſequuti ſumus.

AC primùm quidem, adeos quod attinet quibus ſine cortice natare in Græcorum ſcriptorum lectione datur, id eſt, qui interpretis operam, tanquam χειραγωγοῦ cujuſdam, non requirunt, (quamvis multo pauciores in Herodoto & Thucydide, quàm aliis, eam non requirere notum ſatis ſit) ſed cæteris ad hanc lectionem adminiculis eſſe contenti poſſunt: non eas tantùm quas antea diverſas ſcripturas (ut Græci διαφόρους γραφὰς appellant) exhibui, ſed numerum earum auxi: & cenſura adhibita, quaſdam exautoravi: non tamen ita ut amandarem, ſed tantùm ut loco ſuo motis alium minus honorificum darem. Ex ipſo enim textu (ut hodie moris eſt vocare) in marginem tranſtuli. Sed quaſdam viciſſim majore dignas honore judicavi, ideoque eas hinc illuc tranſtuli. Jam verò & pleroſque locos emendavi, qui tibi faceſſere alioqui negotium poterant: & quidem haud parum negotii nonnulli. Quorum in numero eſt hic qui in Euterpe cap. 40. legitur, ἐπὶὼ πορνεύσωσι τῇσι, ἢ ἐπὶὼ καϑιξώνται, διὰ τὸὼ βῶν. Quem enim illa vocula τῇσι non torqueat? cui crucem non figat? Sed eſto, veriſimilem poſſe videri hanc emendationem, unde tamen tantum confidentiæ (dices) ut eas voculas τῇ Ἰσι margini non adſcripſeris, ſed ipſis Herodoti verbis inſerere auſus fueris? Quoniam Herodotum ex Herodoto me emendare, vel (ſi mavis) Herodotum eſſe ſui ipſius emendatorem, videbam. Ita enim ille in ſequentibus, eadem in Muſa, paucarum paginarum intervallo, cap. 61. ἐν δὲ Βυσίῃ πόλι ὡς ἀνάγουσι τῇ Ἰσι τὸὼ ὁρτὸὼ, εἱρηΐαι πρόπεσον μυί. τὰ μὲν ἄλλα δὴ μὲ᾽ ἢ διὸὼ πάντες κῆ πᾶσαι, μυρ. Sunt verò & alii loci quibus malè affectis ex ipſo Herodoto medicinam adhibui. Sed ſupereſſe fateor qui eandem à me aut ab alio quopiam opem exſpectent. Parum autem abfuit quin & alium quendam emendare mihi permiſerim: ſuum illi vocabulum, antiquum certè, & multorum auribus, etiam in Græca lingua valde exercitatorum, inſolens futurum, reſtituendo. id autem eſt ἀλλογνώσας. Nec dubito quin, ſi de hac emendatione, tanquam ex nimia fiducia proficiſcente, accuſatus fuiſſem, cauſæ meæ patrocinium Heſychius ſuſcepiſſet. Sed (ut opinor) nec Hippocrates Ion, quum me ſcriptori Ioni operam præſtantem vidiſſet, opem viciſſim præſtare mihi recuſaſſet: præſertim quum eodem & ipſe vocabulo utatur, paulo quidem alium ſed tamen non alienum ab eo quem apud Herodotum habuiſſet, dans ei uſum. Ut taceam, non abſimile verò eſſe, utrunque ab illo, Hippocrate inquam, datum ei uſum fuiſſe. Eſt verò & alius quidam noſtri hiſtorici locus, qui vocabulum quoddam non minus Hippocrati quàm Homero uſitatum

requirere

requirere videtur: ut in meis annotationibus (deo favente) declarabo. Immo quid obſtat quominus jam nunc illam ſaltem libri illius portiunculam (aut ſiquid portiuncula minus dici poteſt) repræſentem? Scito igitur agi de hoc loco, quem habes lib. II, c. 47. οἱ δὲ πένητες αὐτῶν, ἀτὰρ ἀδενείης βίου σαπτίνας πλάσαντες ὕς, τῇ ὀπήσαντες ταύτας, δύουσι. Nam quum in Aldina iſta pariter & Baſilienſi editione habeamus, ἀτὰρ ἀδενείης, βιύς τε τινὰς πλάσαντες ὕς, quid vetat quominus quis pro voce βιὲς ſcribendum βαὺς ſuſpicetur? Saltem è ſcriptura qua nihil ſignificari poteſt, aliam quæ non incommodum ſenſum habeat, efficiet: idque minima cum mutatione. Talem autem mutationem, id eſt minimam ſive leviſſimam, quum ſufficere ad quorundam locorum emendationem viderem, pro religioſo ſuperſtitioſus eſſe nolui. Atque hinc factum eſt ut in hac poſteriore editione (hoc exemplo contentus ero) pro ἀπειπῦσι ſcribere ἀμπῦσι non dubitaverim, lib. II, cap. 94 quum manifeſtum ſit ἀμπυῶ eſſe quod Dioſcorides ἐξιπεῶ dicit. Adſcripta autem margini lectio ἀπειτῦσι, quæ nihil poteſt ſignificare, fieri poteſt ut ex alia manarit, aliis literis ſcripta, ſed eandem tamen pronunciationem (ut jampridem literis diverſis eadem pronunciatio dari cœpit) habente: ac audiens aliquis verbum ἀπιθῦσι (quod eſſe poterat expoſitio illius ἀμπῦσι) non illo modo ſcripſerit, ſed hoc, ἀπειτῦσι.

Jam verò & commoda quorundam locorum interpunctione magis etiam quàm antea lectoribus commodaſſe, & labore illos levaſſe, ex ipſa collatione apparebit. Alicubi tamen eorum diligentiæ hoc reliqui, ut quam interpunctionem in annotatione margini adſcripta ſequutus eſſem, eam in ipſis Herodoti verbis (niſi fortè à me diſſentirent) ſequerentur. Ac hujus etiam rei exemplum ſuggeret illa ipſa quæ modò propoſita fuit pagina. In eadem enim, lib. II. c. 95. legitur, τὸν δὲ νύκτα αὐτὸν κεῖται ἐν τῇ ἀναπυθέῃ κοίτῃ· ὧδε ταύτῃ ἴσησι τὸ ἀμφίβληστρον· ſed tamen ſequendo ea quæ margini adſcripſi, poſt κεῖται ponenda eſt πλεία στιγμὴ, at poſt κοίτῃ, tantùm ὑποστιγμή. Fateor interim me ſimul etiam mutaturum libenter αὐτὸν in ὕτω.

Paulo poſt.

Ad eos autem ut veniam, quibus contrà ſine cortice natare in Græcorum ſcriptorum lectione eſt negatum, eos qui ſine Theſeo è multis illorum locis emergere non poſſunt, eos qui duce filo, ut in aliquo labyrintho, ſua ponere veſtigia neceſſe habent: multo plus & ipſi huic editioni, quàm priori, ſe debere, meritò fatebuntur: quum me in multo pluribus locis interpretationem Vallæ emendaſſe, in quibuſdam in meipſum etiam, ad emendationem quod attinet, inquiſiviſſe animadvertent. Hoc enim de quibuſdam locis poſſe mihi videor dicere, ubi quæ me non ſatis tum temporis oculatum ſubterfugerant, à me nunc, ceu facto oculatiore, deprehenſa fuerunt. De locis tamen iis non jam loquor, ubi tales erant commiſſi errores quales in nominum quorundam interpretatione: qui nimirum ſunt eorum è genere quos μεταμορφωτὰς ſive μεταμορφωτικὲς appellare ſoleo, quòd metamorphoſes, & miras quidem eas, in quibuſdam ſcriptorum Græcorum locis interpretandis faciant. Atque horum è numero unus eſt ubi nomen ἥσσονες, quod ſonat *inferiores*, ſeu *viribus minus valentes*, mutatum fuit ab interprete in nomen populi omnib. geographis, omnib. hiſtoricis incogniti: quum is ab illo vocetur *Heſſones*. Locus ille eſt in Polymnia, c. 18. ἰδών τε πολλὰ καὶ μεγάλα πεσόντα πρήγματα ὑπὸ ἡσσόνων. ubi vide quæ margini adſcripta ſunt. Ac eodem modo eod. lib. c. 93. nomen vel potius pronomen relativum οἵτινες, quod reſpondet Latino *qui*, videbis transformatum in quendam populum; ita enim ille, *quos prius appellatos fuiſſe Hætines, dictum eſt*: quum verba Herodoti (de Caribus loquentis) hæc ſint, ἕστοι δὲ, οἵτινες πρότερον ἐκαλέοντο, εἴρηται. Sonant verò hæc, *Hi autem, quinam* (id eſt, quo nomine) *prius vocarentur, dictum eſt*. Sic lib. I, c. 176. vides, ex ἰσιέων, quod Ionica dialecto dicitur pro ἰσιῶν, ab ἰσίη, (cujus nominativus ſingularis eſt ἰσὶς, quo ſignificatur *familia*) quendam populum ſeu quandam gentem ab interprete

prete nobis fieri, cui nomen ſit *Iſtiæi*. Atque his adjiciendus eſt mons *Hirus*, per eandem metamorphoſin factus, lib. I, cap. 80. nam ibi legitur, *qui è monte Hiro matris Dyndimenæ lapſus*. ubi admonitiunculam margini adſcriptam vide. Quòd ſi ad aliud genus errorum interpretis à me emendatorum veniendum ſit, illi non cedens, quin potius id ſuperans, de nullo potius hoc dici poſſe exiſtimo quàm de eo ubi contrarium omnino ſenſum verbis autoris dat interpres. Exemplum quod in mentem venit primum, eſt in Euterpe, cap. 167. hæc enim exhibet iſta Herodoti verba, ἦκιστα ὦ Κορίνθιοι ὀνοσίλαι τὲς χειροτέχνας, à Valla ſic interpretata, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices:* quum Herodotus contrarium de Corinthiis teſtetur, eos nequaquam minime facere opifices, vel potius, contemptui habere. Aliunde autem non contigit tam magnus error quàm ex non intellecto verbi ὄνομαι uſu: ſicut nec compoſitum ex hoc factum καταυοδῆς intellexit Euterp. cap. 136. ubi exſtat inſcriptio, cujus principium hoc eſt, ΜΗ' ΜΕ ΚΑΤΟΝΟΘΗΣ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΛΙΘΙΝΑΣ ΠΥΡΑΜΙΔΑΣ. nam has voces ille ita reddit, NE ME LAPIDEIS PYRAMIDIBUS COMPARES. Ubi illum videri aliud verbum quàm καταυοδῆς legiſſe, dixi in iis quæ margini adſcripta ſunt: ſed quum ne illius quidem verbi ὀνοσίλαι ſignificationem aſſequutus ſit, facilè mihi perſuadeo, non aliam eum lectionem illic ſequutum eſſe, ſed idem ei in illo etiam verbo quod ex hoc compoſitum eſt uſuveniſſe. Quis igitur eſt illorum verborum ſenſus? Illorum regis Aſychis verborum ſenſum (lectores enim ibi ſuſpenſos reliqui) eſſe hunc arbitror, NE ME CONTEMNAS PRÆ LAPIDEIS PYRAMIDIBUS. Vel, Ne me aſperneris. Cæterùm, ad priorem illum quod attinet locum, quem Valla ita vertit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices*, ſuam ei interpretationem vel hoc reddere ſuſpectam debebat, quòd ulla vix artificia magis celebrarentur quàm quæ Κορινθιυργῆ (eo modo quo Ἀτθικυργῆ, & Μιλησιυργῆ, & Ναξιυργῆ) nominabantur. Haud ſcio autem an ex ullo nobis clarius & certius eſſe id poſſit loco, quàm ex Actorum Apoſtolicorum capite XIX. Ibi enim quidam nomine Demetrius vel ex uno artificio procudendi templa Dianæ argentea (ſive thecas templi effigie, aut ſcriniola, ſive nummos ærugine berrimi illius templi formam repræſentantes, aut alias ejus imagines, intelligere oporteat) magnum artificibus præbuiſſe quæſtum dicitur. In dubium igitur vocari non poteſt quin mea quàm vera eſt, tam falſa ſit illa meæ contraria interpretatio. Quòd ſi librum hunc evolvere libeat, alios pleroſque locos invenies ubi meam itidem interpretationem, & quidem alteri omnino repugnantem, propono. Taceo de locis ubi Latina ejus verba negant quod Herodotus ait, aut vice verſa: ſed ita ut id è lectione contraria noſtræ contigerit, eique imputari debeat. Ac fateor poſſe alicubi, utri potius lectioni acquieſcendum ſit, dubitari: atque hæc, ut opinor, incidere dubitatio poterit non procul ab initio Clionis, cap. 24. ubi de Arione legimus, ἐν Ἀείονος ἔστι ἀνάθημα χάλκεον, ὃ μέγα, ἔστι Ταινάρῳ. contrà enim. χάλκεον, μέγα, legiſſe Vallam videmus. At eod. lib. cap. 37. viciſſim negationem ille habet ubi nullam habemus. nam pro ἀποχρεωμένων lectum ab illo fuit ἐκ ἀποχρεωμένων.

Verùm, ut de locis in quorum interpretatione peccavit, verba pergam facere, eorum in numero nonnulli ſunt ubi hoc inde contigit, quod non animadverteret verbum quodpiam uſum quendam Herodoto, aut certè ejus dialecto, peculiarem habere, ut I, 45, συγγινωσκόμενος. Nam & activam vocem συγγινώσκειν longè aliud ſonare paſſim apud hunc ſcriptorem, quàm *ignoſcere*, in recenſione & expoſitione quorundam ejus vocabulorum à me aliquot exemplis oſtenſum fuit. Minus autem quis miretur fortaſſe illum ἔπεσι λῶ reddidiſſe *epiſtolam*, lib. VI. c. 50. quum potius *mandatum* ſignificare videatur. Ac fallitur Euſtathius in eo quòd credit, vocem ἔπεσι λῶ, quæ apud Æſchylum id ſonat, pro ἔπι στελλῶ poſitam eſſe, adjectione literæ σ. quaſi verò à verbo ἔπι στέλλομαι, quod Homero uſitatiſſimum eſt, deduci eam neceſſe foret, ac non ἔπεστειλεν quoque, & quidem in ſoluta etiam oratione, eum uſum haberet. Qua de re ſiquis cum Euſtathio dubitat, omnem utrique meus Theſaurus Græcæ linguæ dubitationem tollet.

EX H. STEPHANI PROLEGOM.

Inter illa autem de quibus nunc demum in hac posteriore editione monui, est quidam usus præpositionis ἐκ, qui non animadversus fecit ut in eorum interpretatione quæ de Cambyse & Gyge narrantur, I, 10. aliquid sit absurdi: ex eo quòd, ubi dicitur, μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, interpres non viderit, intelligi debere, non μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, sed τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός· ut ostendi in iis quæ recensioni & expositioni vocabulorum hujus scriptoris subjunxi.

At eorum è numero de quibus in annotationibus agetur, est quod dicitur de Persis, I, 133: μεθυσκόμενοι ὃ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ ωυδαμόπαλα περὶ πρηγμάτων. Nec enim eos tantùm facere injuriam Herodoto arbitror, qui ista ex eo afferunt, at quæ subjungit tacent: sed eos etiam qui μεθυσκόμενοι interpretantur *ebrii*: ut intelligamus, Persas, quum jam sunt ebrii, de rebus maximè seriis consultare. Cur enim μεθυσκόμενοι pro μεθυσθέντες accipiamus, potius quàm id quod propriè sonat intelligamus? Id verò non aliud est quàm *dum se inebriant*. Quantum autem sit discriminis inter eum qui ad ebrietatem iter facit, eumq; qui jam iter illud confecit, atque ad eam pervenit, cuilibet judicandum relinquo. Tantum certè discriminis est quantum inter eum qui urbem quampiam oppugnat, & eum qui jam expugnavit. Quæ comparatio est eo aptior, quòd is etiam qui se inebriat, mentem suam velut oppugnat, & de statu suo deturbare conatur: at postquam hoc effecit, jam dici potest eam expugnasse. Quamobrem non video quid obstet quin participium illud μεθυσκόμενοι interpretemur (si verbum verbo reddere nolimus) *inter pocula*, aut saltem *inter larga pocula*. Quod ποτικώτερον esse fateor: quamvis Livius largius vinum etiam dicat. *Largiore vino* (inquit) *usus*. Nec verò videtur contrà me facere quod sequitur, de eo qui domui in qua sunt præest, proponente postridie quod ipsis in ea consultatione potatoria visum fuit. Proponit enim tanquam iis qui è mensa (si tamen ea tum utebantur) tandem nonnisi ebrii surrexerint, ideoque illorum quæ à se statuta fuerint, recordari haud queant. At nihil obstat interim (meo quidem judicio) quin intelligamus inter larga pocula, & tamen antequam essent ebrii, consultantibus, ebrietatem solitam supervenire. Sed viderit alius quispiam quid pro Persis afferri possit, super eo etiam quod subjungitur, & quomodo illud quoque factum ostendi minus absurdum queat quàm prima fronte videatur: τὰ δ' ἂν πήσοντες προβουλεύσωνται, μεθυσκόμενοι δευτεραγινώσκουσι.

Exhibebunt porro illæ annotationes meæ, deo favente, & quorundam locorum emendationes, ex conjectura: quandoquidem vetere exemplari (cujus etiam exspectatio fecit ut editionem hujus scriptoris differrem) video me ante bellorum nostrorum finem potiri haud posse. Atque ut hujus quoq; operæ aliquod tibi velut γεῦμα interim præbeam, quoddam loci quem habet Thalia, c. 130, proponam. Nam ibi pro ἐκποτύπωσα scribo ἐκποκύπωσα, levi cum mutatione, sed ejusmodi tamen, ut quum ex illo ἐκποτύπωσα nihil nisi ineptum elici possit, (præsertim siquis Vallæ interpretationem sequatur) contrà in ἐκποκύπωσα non dubitem quin Herodoti mentem habeamus.

Eodem in opere, eademq; opera, de illa quoq; scripturæ diversitate agam, qua fit ut ejusdem vocabuli scriptura modò dialecti Herodoti, id est, Ionicæ, legem servare, modò ab ea discedere videatur: & è duabus tribusve (tot enim sunt interdum) quam potius recipiendam arbitrer, declarabo. Interim certè adeo in hac parte nihil mutare sum ausus, ut in ipso etiam principio Ἁλικαρνασσῆος retinuerim, & in Ἁλικαρνησσῆος mutare noluerim: quamvis sit Ἁλικαρνησσός II, 4. & Ἁλικαρνησσοῦ VIII, 104. In eo quidem magna est constantia, quam valde quis mirari possit, quòd nusquam (si memoria non me fallit) genitivo Ionico, id est, in εω desinente, utatur: sed quemadmodum prima totius operis vox est Ἡροδότου, non Ἡροδότεω, sic alibi alia virorum nomina illo non hoc scripta modo, & Νείλου, non Νείλοιο, πολαμοῦ itidem, non πολαμοῖο, atque adeo λόγου etiam, non λόγοιο, habeamus.

Sed quamvis de multis te monuerim, non dubito quin aliqua quæ in eorum esse numero debebant, mihi exciderint: quod si ita est, suus illis eodem in opere locus erit.

Jam

H. STEPHANI PROLEGOM.

Jam verò, quoniam, si εἰδότι λέγειν non oportet, multo minus, ὁρῶντι λέγειν, quid attinet, quæ hæc EDITIO POSTERIOR adjuncta priori habeat dicere? Sed ea quidem quæ huic Herodoti libro præfixa sunt, partim mea, partim Joachimi Camerarii, fuerunt tantùm locupletata, & quidem ea in parte quæ mea est: at quæ subjuncta, DE LEGIBUS ET INSTITUTIS TÀM PERSICIS QUAM ÆGYPTIACIS, ex variis scriptoribus sumpta, nunc primùm adjecta sunt. At poterant tamen (inquies) ex aliis etiam alia quædam sumi. Poterant, fateor: sed iis quæ præcipua videbantur, esse contentus volebam.

EX EJUSDEM H. STEPHANI PRÆFATIONE *in primam editionem.*

HErodoteæ autem historiæ virtutes non ex ore meo, sed Joachimi Camerarii, omni genere doctrinæ celeberrimi, accipies. Quem ego virum cum antea plurimum dilexi, (ut vicissim ab eo plurimum me diligi animadverti) tum verò ex quo ipsum quoque vehementi amore Herodotum complecti cognovi, illa certè amoris in Herodotum nostrum societas, pristinam illam amicitiam, quantum augeri potuit, tantum auxit. Quòd si lectis illis Camerarii de Herodoto scriptis aliquid tibi ocii superfuerit, meæ etiam editioni Latinæ interpretationis præfixa quædam à me ejusdem argumenti invenies: in quibus satis prolixè illis respondeo qui mendacem esse Herodotum mentiuntur: adeo ut præfationem illam, apologiam Herodoti ideo inscribendam censuerim. Inter alia multa ibi, miram illam historiam & quæ præ cæteris omnibus judicari fabulosa posset, de Scythis servis qui dominis absentibus in uxorum illorum possessionem involarant, tandemq; quum justo prœlio repelli ab armatis dominis non potuissent, solis flagellis repulsi fuerunt: illam inquam historiam annalibus posterorum (in his enim & Moschovitæ numerantur) testatam ad hunc usque diem extare leges: detortis duntaxat (ut fit) nonnullis facti circunstantiis. Leges item, quod de Thressis mulieribus narrat Herodotus, eas excedentibus è vita maritis comites se certatim offerre, simili Judicarum mulierum facto (cujus testes oculati hodieque extant) confirmari. Quid quòd illa de mulieribus Babylonicis historia, quæ viris extraneis semel in vita se prostituere necesse habebant, Jeremiæ Prophetæ testimonio confirmatur? Quod autem ad quasdam de rebus levioribus historias attinet, (in quibus tamen non minus fides ejus suspecta est) eas ab aliis quoq; scriptoribus, addito non ejus sed aliorum testimonio, referri scimus. Cujusmodi est quod de Amasidis thorace apud hunc nostrum historicum legimus: ab illo enim proditum est, unamquanq; ejus ἀρπεδόνων, quanvis alioqui ἐσσαν λεπτῶν, habuisse in se ἀρπεδόνας τετρηχοίας καὶ ἐξήκοντα πάσας φανερὰς. At Plinius nullam Herodoti mentionem faciens, certam tamen huic rei fidem affert, quum ita scribit, *Mirentur hoc, ignorantes in Ægyptii quondam regis (quem Amasin vocant) thorace, in Rhodiorum insula ostendi in templo Minervæ* CCCLXV *filis singula fila constare. Quod se expertum nuper Romæ prodidit Mutianus ter consul: parvasq; jam reliquias ejus superesse, hac experientium injuria.* (Taceo insignem errorem quem interpres hîc commiserat, ἀρπεδόνας non *fila* sed *venationes* interpretatus.) Hæc ego aliaque hujusmodi mecum reputans, & mendacem tamen subinde vocari Herodotum audiens, hoc epigramma inter scribendam illam apologiam, in calumniatores illos lusi, tanquam ipsum Herodotum compellans:

Ἄφρων ὃς ψεύσῃ σε καλεῖ, ὅτι πόθεν ἄλλων.
Καὶ τί γὰρ εἰ ψεύσῃ ψεύδεσι ὃς σε καλεῖ;
Εἰ δὲ παλαιὰ λέγει δεδαπανέναι αὐτὸς ἄμεινον,
Ἄφρων καὶ ψεύστης εὐθὺς ἄλωκεν ἐών.

Huic certè potissimum scriptori id accidit quod præ quovis alio metuisse videmus, nimirum ne mendacis à posteris nomen acciperet. Sed si quæcunque incredibilia

 videntur

videntur (dum ea experientia noſtra vel ſenſu noſtro ſive ingenii captu metimur) mendacii inſimulanda eſſent, quàm multa in ſacris hiſtoriis, quæ tam certæ ſunt fidei, mendacii inſimularentur? Quem autem librum poſt ſacroſanctos illos habemus in quo res adeo magnæ commemorentur? in quo providentiæ potentiæq; divinæ, quæ ſuperbos deprimit, tot tamq; luculenta exempla conſpiciantur? ubi regum, potentiſſimorum alioqui (quorum & ipſe ſuperbiam ac veſaniam nobis ante oculos ſæpe ponit) regnorúmq; adeo hórrendæ everſiones narrentur? Quis eſt ex quo certius ſacra chronologia cum profanis hiſtoriis conciliari poſſit? Addo etiam (quod vel maxime commendare nobis hunc ſcriptorem debet) qui religioſius de divina providentia & quidem valde ſimilibus verbis, interdum etiam iiſdem, loquatur? Omitto, priſci illius ſæculi ſimplicitatem, & humile (in quibuſdam etiam regibus) vitæ genus eodem nobis modo utrobiq; deſcribi. Omitto & hoc, nullum uſquam extare apud Græcos autores ſcribendi genus, quod (ut in omnino diverſa lingua) ad Hebraici brevitatem ſimplicitatémq; magis accedat. Nemo certè eſt qui quum legit apud Herodotum hanc inſcriptionem, *Amaſis Polycrati ita dicit:* item, *Mardonius hæc dicit:* non poſſit uſitatum prophetis præſertim ſtylum agnoſcere, *Hæc dicit Dominus Deus.*. Nemo eſt item qui quum Herodotum ita ordientem ſuam hiſtoriam audit, *Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriæ editio hæc:* (de qua interpretatione alibi dicendum erit) ſimile eſſe hoc Eſaiæ exordium faſſurus non ſit, *Viſio Eſaiæ filii Amos.* Nec non iſtud Jeremiæ, *Verba Jeremiæ filii Helciæ.* Cui ſimile eſt omnino apud prophetam Amos, *Verba Amos.*

Jam verò quod ad Homerum attinet (ut à ſacris ad profana veniamus) quiſquis lectionis illius ſtudioſus eſt, ad eam profectò neq; magis compendiariam neq; magis expeditam viam, quam hunc autorem pervolutando, ſternere ſibi poteſt: nec aliunde melius quæ apud Homerum Ionica ſint, & quæ non tam Ionica quam poëtica, cognoſcere: adeo ut qui ſit φιλόμηρος, eum eſſe etiam φιλοεόδοτον, rationi conſentaneum ſit.

VETERUM

VETERUM ALIQUOT TESTIMONIA ET ELOGIA De HERODOTI VITA, SCRIPTIS, ET DICTIONE.

IN QUIBUS AUCTORIS LAUDES, ET ejus historiæ & styli cum aliorum comparatio.

HERODOTI VITA, ex Suida.

ex H.St.

HERODOTUS, Lyxi & Dryonis filius, Halicarnasseus, ex illustri genere natus, fratrem habuit Theodorum. Samum se contulit, propter Lygdamin, tertium ab Artemisia tyrannum Halicarnassi. Pisindelis enim, Artemisiæ, Lygdamis autem, Pisindelidis filius fuit. Sami autem Ionicam dialectum excoluit, & historiam libris IX scripsit, auspicatus à Cyro Persa, & Candaule Lydorum rege. Sed Halicarnassum reversus, quum tyrannum expulisset, & tandem sibi à civibus invideri cerneret, Thurium, quò tum Athenienses coloniam deducebant, ultro abiit: ibique defunctus & in foro sepultus est. Alii Pellæ mortuum tradunt. Libri ejus Musæ inscribuntur. De HERODOTO, in epistola scribit Julianus apostata, *Quis ignorat Æthiopum sermonem de cibo qui apud nos optimi est alimenti? Nam quum mazam attigissent, se mirari dixerunt quomodo stercoribus vescentes viveremus: sicui fide dignus Thurius historicus videtur. Gentes autem ichthyophagas & sarcophagas ne per somnium quidem nostram victus rationem vidisse tradunt ii qui orbem terrarum describunt. Quorum victum siquis apud nos emulari vellet, nihilo cum eo melius quàm cum iis qui cicutam aut aconitum aut elleborum bibissent, ageretur.*

Η ΡΟΔΟΤΟΥ βίος, ἐκ τῆς Σούδης.

Ἡρόδοτος, Λύξου καὶ Δρυοῦς, Ἁλικαρνασσεὺς τῆς ἐπιφανοῦς καὶ ἀδελφὸν ἔσχηκώς, Θεόδωρον. μετέστη δ' ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον ἡλικόμενον Ἁλικαρνασσοῦ. Πισινδηλις γὰρ ἦν υἱὸς Ἀρτεμισίας· τοῦ δὲ Πισινδήλιδος, Λύγδαμις. ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἤσκησε διάλεκτον. καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ'· ἀρξάμενος ἀπὸ Κύρου τοῦ Πέρσου καὶ Κανδαύλου τοῦ Λυδῶν βασιλέως. ἐλθὼν δὲ εἰς Ἁλικαρνασσὸν, καὶ τὸν τύραννον ἐξελάσας, ἐπειδὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τῆς πολιτῆς, εἰς τὸ Θούριον ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐτελεύτησε ἥλθε. καὶκεῖ πολυτήσας, ἐπὶ τ ἀγορᾶς τέθαπται. τινὲς δὲ ἐν Πέλλῃ αὐτὸν τελευτῆσαί φασιν. ἐπιγέγραπται δὲ αἱ λόγοι αὐτοῦ Μοῦσαι. ὡς δὲ Ἡρόδοτος λέγει ὁ φιλόσοφος ἐν ἐπιστολῇ, Τίς οὖν ἀγνοεῖ τὸ Αἰθιόπων ὑπὲρ τοῦ παρ' ἡμῖν τροφιμωτάτου σίτου λόγον; ἀψάμενοι γὰρ τ μάζης, θαυμάζειν ἔφασαν, ὅπως κόπρια σιτούμενοι ζῶμεν· εἰ τῳ πιστὸς ὁ Θούριος εἶναι λογοποιὸς δοκεῖ. ἰχθυοφάγων δὲ καὶ σαρκοφάγων ἀνθρώπων ἡμῖν, μηδ' ὄναρ ἰδόντα τὸν παρ' ἡμῖν διαιταν, οἱ τὸν οἰκουμένην περιηγούμενοι γοῦν ἱστοροῦσιν. ὧν εἴτις παρ' ἡμῖν ζηλώσαι τὸν διαιταν ἐπιχειρήσει, ὐδὲν ἄμεινον διακείσεται τῆς τὸ κώνειον προστεταγμένων, ἢ τ ἀκόντιον, ἢ τ ἐλλέβορον.

Ex

DE HEROD. EJUSQUE SCRIPTIS

Ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν, βιβλ. ιδ'

Ἄνδρες ὧν ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς· [Ἁλικαρνασσεῖς] Ἡρόδοτος τε ὁ συγγραφεύς, ὃν ὕστερον Θούριον κάλεσε, διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας· καὶ Ἡράκλειτος ὁ ποιητὴς, ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος· καὶ καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ συγγραφεύς.

Ex Strabonis Geographicis, lib. XIV.

VIRI illustres nati sunt ibi [*Halicarnassi*] HERODOTUS historiæ scriptor: qui deinde Thurius est appellatus, quod socium se deducendæ in Thurios coloniæ præbuisset: tum Heraclitus poëta, Callimachi socius: & nostra ætate Dionysius historiæ conditor. Int. G. Xyl.

Ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ Ἡροδότου, ἢ Ἀετίωνι.

Ἡροδότου εἴθε μὲ καὶ τἆλλα μιμήσασθαι δυνατὸν ἦν, οὐ πάνυ φημί, ὅσα περιῆν αὐτῷ, μεῖζον γὰρ εὐχῆς τοῦτό γε, ἀλλὰ κἂν ἓν ἐκ τῶν ἁπάντων, οἷον, ἢ κάλλος τῶν λόγων, ἢ ἁρμονίαν αὐτῶν, ἢ τὸ οἰκεῖον τῆς Ἰωνίας καὶ πεσφυές, ἢ τὸ γνώμης τὸ ὠφελίμου, ἢ ὅσα μυρία καλὰ ἐκεῖνος ἅμα συλλαβὼν ἔχει, πόρρω τοῦ εἰς μίμησιν ἐλπίδος. ἃ δὴ ἐποίησεν ὅτι τοῖς συγγράμμασι, καὶ ὡς πολλαχοῦ τοῖς Ἕλλησιν ἐν βραχεῖ κατέσχε, ἐγὼ καὶ σὺ καὶ ἄλλος ἂν μιμησαίμεθα. πλοῦσας γὰρ οἴκοθεν, ἐκ τῆς Καρίας, εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν, ὅπως ἂν τάχιστα καὶ ἀπεραγμονέστατα ὀφθήσοιτο καὶ ὠφελιμώτατος γένοιτο, καὶ αὐτὸς, καὶ τὰ συγγεγραμμένα. τὸ μὲν οὖν ὠφέλιμος εἶναι, καὶ μᾶλλον Ἀθηναίοις, καὶ μᾶλλον Κορινθίοις ἀναγινώσκειν, ἢ Ἀργείοις, ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργάδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι, καὶ τριβὴν οὐ μικρὰν ἐν τῷ τοιούτῳ ἔσεσθαι. ἐκεῖνα δὲ εἰδὼς ἀμφοῖν τὸ πρᾶγμα, ὅθεν καὶ ἁλίσεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον συγκείρων καὶ συλλέγων τὴν γνῶσιν. ἐπεβάλετο ὅ, εἰ δυνατὸν εἴη, αὐθημὸν παλαβεῖν τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. ἐνίστασθαι δὲν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα καὶ ὁ Ἡρόδοτος τοῦτ' ἐκεῖνο, ἅπερ οἱ κομῶντες τὸν καιρὸν, οὗ μάλιστα ἐγλίσχετο, πλῆθος πρήσσας τὴν παντήγυριν, ἀπαντᾶν ἤδη τῶν ἀρίστων συνειλεγμένων, παρελθὼν ἐς τὸ ὀπισθόδομον, οὐ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας, καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τῶν καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτῶν, ἐπεὶ καὶ αὐτοὺς ὅσους. ἤδη δὲν ἅπαντες αὐτὸν ἤδεσαν πολὺ μᾶλλον, ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας ἀνέντες.

Ex Luciani Herodoto seu Ætione.

UTINAM verò & alias HERODOTI virtutes mihi imitari concessum fuisset, non omnes dico quibus ille præditus præcelluit (major enim voto hanc res fuerit) verum unam ex omnibus, videlicet aut orationum elegantissimarum munditiem, aut illarum numerosam concinnitatem, aut propriam & naturalem linguæ Ionicæ dictionem, aut sententiarum gravitatem & præstantiam, aut quæcumque alia (quæ & infinita sunt & elegantia) ille uno quasi fasciculo comprehensa possidet, omnem imitationis spem excedentia. Cæterum quæ cum libris à se elucubratis fecerit, tum quemadmodum passim in brevi temporis spatio apud Græcos in notitiam venerit, mihi & tibi & alteri cuicumque tandem imitari haudquaquam fuerit difficile. Cum enim relicta patria solvisset ex Caria, recto cursu in Græciam delatus est, ubi de seipso eam cogitationem fuscepit, quo pacto quam celerrime & minimo cum negotio inclarescceret, ac famigerabilis fieret cum ipse, tum ejus quoq; elucubratæ vigiliæ. At enim obambulantem, nunc quidem Athenienſibus, nunc autem Corinthiis recitare historiarum monumenta à se condita, mox Argivis aut Lacedæmoniis, partim laboriosum esse existimabat & longum: partim cunctationem & moram non mediocrem in illo fore prospiciebat. Voluit ergo negotium omne in compendium contrahere, neque ita particulatim innotescere, notitiam modice & pedetentim congregans & colligens. Callide vero observabat si ufpiam locorum Græcos una congregatos omnes deprehenderet. Commodum itaque; ineabant magna Olympia. HERODOTUS autem hanc solam sibi veniſſe occasionem arbitratus, cujus maxime erat cupidus, frequentissimis ludis observatis, jamque ex omnibus locis collectis Græcorum optimatibus, progressus in opisthodomum, non spectatorem sed certatorem se ipse exhibebat, cantillans historias memoriæ à se proditas, ac præsentium aures orationis suavitate demulcens, donec & Musarum nominibus ejus libri nobilitari & vocari cœpti sint, & illis novem existentibus. Proinde jam omnes illum noverant multo profecto magis quàm Olympicorum certaminum victores: Interp. Vinc. Obsopœo.

nec

nec quiſquam erat cui HERODOTI nommen inauditum fuerat, quem nonnulli ipſi audiverant in Olympia, alii vero ex iis qui ex ludis regreſſi fuerant, audita & ipſi perceperant. Tum vero ubicumque in publico ſaltem apparuiſſet, certatim commonſtrabatur digitis: Hic ille eſt HERODOTUS, qui pugnas Perſicas lingua Ionica condidit atq; conſcripſit, qui victorias noſtras venuſtiſſime concelebravit. Talem ipſe laudem hiſtoriarum nomine conſecutus eſt, in uno conventu ab omni populo totius Græciæ commune nactus ſuffragium, non ab uno per Jovem præcone ebuccinatus, ſed in omnibus quaquaverſum civitatibus, unde quiſque erat eorum qui ad ludos publicos confluxerant. Hoc cum animadvertiſſent poſtea ad parandam cognitionem viam eſſe compendioſiſſimam & Hippias illius gentis ſophiſta, & Prodicus Cius, & Anaximenes Chius, tum Polus Acragantinus, aliique complures, orationes ſemper habuerunt & illi in ludis publicis, unde brevi notitiam ſibi paraverunt.

καὶ ἐκ ἔστιν, ὅστις ἀπήκοος λόγου τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος, οἱ μὲν αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ ἐκ τῶν τοῦ παντηγύρεως ἥκόντων πανδαιόρμοι. καὶ εἴ που γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο ἂν τῷ δακτύλῳ, οὗτος ἐκεῖνος Ἡρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μάχας τὰς Περσικὰς Ἰαστὶ συγγεγραφώς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας. τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῶν ἱστοριῶν, ἐν μιᾷ σιωδῷ πάνδημόν τινα κοινὸν ἦφον τῆς Ἑλλάδος λαβών, καὶ ἀνακεκηρυχθεὶς ἐκ ὑφ' ἑνὸς μὰ Δία κήρυκος, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἔκαστος ἦν τῶν παντηγυρισῶν. ὅπερ ὕστερον καταναοήσαντες, ἐπιτομήν τινα ταύτην ὁδὸν ἐς γνῶσιν, Ἱππίας τε, ὁ δημιοεργιώτατος αὐτῶν σοφιστὴς, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Ἀναξιμένης ὁ Χῖος, καὶ Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ ἄλλοι συχνοὶ, λόγους ἔλεγον ἀεὶ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν πάντηγυριν, ἀφ' ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγίγνοντο. &c. Ἡρόδοτος μὲν ἦν, ἐπαινεῖται δὲ ἐπ' ἐκείνου, ἱκανὸν τῶν Ὀλυμπίων τὸ πανήγυριν ἡγεῖτο, καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι, τὰς Ἑλληνικὰς διεξιόντα, ὡς ἐκεῖνος διεξῆλθεν. &c.

E Photii bibliotheca. Ex interpretatione A. Schotti.

Ἐκ τῆς Φωτίου.

LEGUNTUR hiſtoriarum HERODOTI libri novem, numero & nomine totidem Muſarum. Hic Ionicæ dialecti norma eſſe queat, ut Atticæ Thucydides. Fabulas adhibet, crebraſq; digreſſiones, per quæ ſenſus ipſi atq; ſententiæ dulcedo fluit: quanquam pro hiſtoriæ modo, proprioque ipſius & conveniente charactere, hæc ipſa interdum obſcuritatem pariant, recuſante veritate fabulis ſuam obfuſcari accurationem, aut plus æquo à re propoſita ſcriptorem digredi.

Auſpicatur hiſtoriam à Cyri imperio, qui primus Perſarum regnum tenuit: unde natus, quomodoq; educatus creverit, atq; regnarit: & pertingit aduſq; Xerxis imperium, ejuſq; contra Athenienſes expeditionem ac fugam. Quartus vero à Cyro rex fuit Xerxes: nam ſecundus Cambyſes erat, & tertius Darius. Qui enim interjectus eſt Smerdes magus, his non adnumeratur; quod tyrannus fuerit, ſibiq; minime debitum regnum, dolo malo ac fraudibus occuparit. Darii ſucceſſor, Xerxes filius fuit, in quem hiſtoria deſinit; neque ad regni ejus finem uſque progreſſa: quia his temporibus HERODOTUS ipſe floruit, ut inter cæteros & Diodorus Siculus teſtatur.

Ἀνεγνώσθη Ἡροδότου ἱστοριῶν λόγοι θ', κατὰ ἀριθμὸν καὶ ἐπωνυμίαν τῶν ἐννέα Μουσῶν. Ἰωνικῆς δὲ ἀκριβείας κανὼν οὗτος ἂν εἴη, ὡς Ἀττικῆς Θουκυδίδης. κέχρηται δὲ μυθολογίαις καὶ παρεκβάσεσι πολλαῖς, δι' ὧν αὐτῷ ἡ κατὰ ἀφέλειαν γλυκύτης ἀφαρπάζει, εἰ καὶ πρὸς τὸν τῆς ἱστορίας καταλληλον, καὶ τὸ οἰκεῖον αὐτῆς καὶ καταλληλον τύπον, ἐνίοτε ταῦτα ὑπισχνεῖται, ἐκ ἐνδεχόμενα τῆς ἀληθείας μύθοις αὐτῆς ἀμαυρῶσθαι τὴν ἀκρίβειαν, ὑδὲ πλέον τοῦ προσήκοντος ἀποπλανᾶσθαι τοῖς παρεκβάσεσιν.

Ἀρχεται δὲ τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κύρου βασιλείας, τοῦ πρώτου Περσῶν βασιλεύσαντος. ὅθεν τε ἔφυ, καὶ ὅπως ἐτράφη τε, καὶ πύθηται, καὶ ἐβασίλευσε· καὶ κάτεισι μέχρι τῆς Ξέρξου βασιλείας, καὶ τῆς κατὰ τῶν Ἀθηναίων ἐκστρατείας, καὶ τῆς φυγῆς τῆς ἐκεῖθεν. τέταρτος δέ ἐστιν ἀπὸ Κύρου Ξέρξης. δεύτερος δὲ Καμβύσης, καὶ τρίτος Δαρεῖος. ὁ γὰρ μεταξὺ Σμέρδης ὁ μάγος ἐκ ἀριθμεῖται τούτοις, ἅτε δὴ τύραννος, καὶ οὐ προσηκόντως αὐτῷ ἀρχὴν δόλῳ καὶ ἀπάτῃ ἐπελθών. Δαρεῖος δὲ Ὑστάσπου, ὁ υἱὸς Ξέρξης, ἐφ' οὗ ἡ ἱστορία καταλήγει, ὑδὲ μέχρι τέλους τῆς αὐτῷ περιελθούσης βασιλείας. ὁ δὲ Ἡρόδοτος ἐν αὐτοῖς τούτοις ἤκμασε τοῖς χρόνοις, ὡς ἄλλοι τε καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος ἱστορεῖ.

λόγοι δὲ

λέγεται ὃ, ἀναγινωσκομένης αὐτῷ τ ἱστορίας, κομιδῇ νέον ὄντα παρὰ τῷ πατρὶ Θουκυδίδου ἀκοῦσαι, καὶ δακρῦσαι· τ ὃ Ἡρόδοτον ἀποφήνασθαι, Ὡς εἰκὸς ὁ παῖς, ὦ Ὄλορε, ὁ σὸς ὀργῶσαν ἔχων τὴν φύσιν πρὸς μαθήματα.

Thucydidem ferunt cùm adoleſcens admodum apud patrem adſtans, hunc ſuam hiſtoriam recitantem audiret, illacrymaſſe, HERODOTUMQUE de illo ſubjeciſſe: Quàm eſt tuus hic filius, Olure, ardenti ad diſcendum ingenio?

Τοῦτο καὶ παρὰ τῷ Μαρκελλίνῳ περὶ τοῦ Θουκυδίδου βίου δίρισται ὕπου.

Hoc etiam apud Marcellinum de vita Thucydidis exſtat ita vertente Caſaubono.

Φαίνεται ὃ δὴ τοῖς Ἡροδότου χρόνοις γενόμενος, εἴγε ὁ μὲν Ἡρόδοτος μέμνηται τῆς Θηβαίων εἰσβολῆς εἰς τὴν Πλάταιαν, περὶ ἧς ἱστορεῖ Θουκυδίδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὡς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου, παρὼν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης καὶ ἀκούσας, ἐδάκρυσεν. ἔπειτα φασὶ τ Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτοῦ πρὸς τ πατέρα τ Ὄλορον, Ὦ Ὄλορε, ὀργᾷ ἡ φύσις τοῦ σοῦ υἱοῦ σου πρὸς μαθήματα.

HERODOTI autem temporibus videtur vixiſſe (Thucydides,) ſiquidem HERODOTUS meminit irruptionis in urbem Platæam factæ, quam hiſtoriam narrat Thucydides libro ſecundo. Aiunt etiam, quum HERODOTUS ſuas hiſtorias in hominum cœtu recitaret, Thucydidem recitationi illi interfuiſſe, & quum eas audiviſſet, lacrymaſſe. quod ubi animadvertiſſet HERODOTUS, dixiſſe eum ferunt Oloro patri Thucydidis, Filii tui ô Olore ingenium magno impetu ad literarum ſtudia fertur.

Διόδωρος ὁ Σικελιώτης βιβλιοθ. ἱστορ. ἐν τῷ θ'.

Diodorus Siculus biblioth. hiſtor. lib. IX. *ex verſione Rhodomani.*

Τῶν δὲ συγγραφέων Ἡρόδοτος, ἀρξάμενος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων, ἤρξατο κοινὰς μὲν τὰς τ οἰκουμένης πράξεις ἐν βίβλοις ἐννέα· καταγράφει δὲ τ συντάξιν εἰς τὸν περὶ Μυκάλην μάχην τοῖς Ἕλλησι πρὸς τοὺς Πέρσας, καὶ Σηστοῦ πολιορκίαν.

PORRO inter ſcriptores HERODOTUS ultra Trojani belli tempora exorſus, quicquid ferè toto orbe terrarum eſt geſtum, id novem libris expoſuit. Cum pugna tandem Græcorum cum Perſis ad Mycalen & oppugnatione Seſti, opus illud finit.

Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν ἐπιστολῇ πρὸς Γν. Πομπήϊον.

Dionyſius Halicarnaſſeus epiſtolà ad Cn. Pompeium.

Περὶ δὲ Ἡροδότου καὶ Ξενοφῶντος ἐβουλήθης μαθεῖν τίνα περὶ αὐτῶν ὑπόληψιν ἔχω, καὶ γεγραφα μοι περὶ αὐτῶν ἐβουλήθης. 1 πεποίηκα καὶ τοῦτο εἰς Δημήτριον ὑπομνηματισμὸν περὶ μιμήσεως. τούτων ὁ μὲν πρῶτος, αὐτὸν περιείληφε τὴν περὶ 2 τ ζητήσεως μίμησιν· ὁ δὲ δεύτερος, περὶ τοῦ, τίνας ἄνδρας μιμεῖσθαι δεῖ ποιητάς τε καὶ φιλοσόφους, ἱστοριογράφους καὶ ῥήτορας· ὁ δὲ τρίτος, περὶ τοῦ πῶς δεῖ μιμεῖσθαι· 3 περὶ τούτου δὲ ἀπελής. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ Ἡροδότου τε καὶ Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος καὶ Φιλίστου καὶ Θεοπόμπου· τούτους γὰρ ἐκρίνω τοὺς ἄνδρας εἰς μίμησιν ἐπιτηδειοτάτους· ταῦτα γεγραφα· εἰ δὲ δεῖ καὶ περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, περὶ μὲν Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου ταῦτα φρονῶ.

DE HERODOTO & Xenophonte quid ſentiam ſcire cupis; ac me etiam de eis ſcribere vis: quod jam feci in illo Commentario quem de Imitatione ad Demetrium ſcripſimus. Primus liber, * ipſam imitationem de inveſtigatione comprehendit: Secundus, qui poëtæ, philoſophi, hiſtorici & oratores, ſequendi ſint: Tertius quomodo imitandi; ſed ea de re nondum abſolutus. In ſecundo vero, de Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Philiſto, & Theopompo, (hos enim viros ad imitandum aptiſſimos judico) hæc ſcribo: Quod ſi etiam de his dicendum eſt, de HERODOTO quidem & THUCYDIDE hæc ſentio.

Herodoti & Thucydidis comparatio interp. Stanisl. Ilovio.

* Ipſam de imitatione] diſquiſitionem continet.

1. legendum hic videtur vel cum Hoeſchelio, πεπ. κ. τοῦτο ἐν τοῖς περὶ Δημ. ὑπομνηματισμοῖς. vel, (quod minus aptum eſt) πεπ κ εἰς τοῦτο περὶ Δημ. ὑπομνηματισμὸς: ut infra Dionyſ. περὶ τῶν Θουκυδ. ἰδίων. initio: ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων περὶ τὸ σὸν ὄνομα συνταχθεῖσιν ὑπομνηματισμοῖς. Hujus commentarii (inquit Steph.) Dionyſius meminit etiam in tractatu de Thucydide, quem Q. Ælio Tuberoni dicavit. *Fr. Sylb.* 2 rectius τ μιμήσεως ζήτησιν. *Fr. Sylb.* 3 Forſan. leg. ἕτερος ὃ ἀτελής. *Fr. Sylb.*

Primum

TESTIMONIA.

Primum officium esse puto, & id vel maxime omnibus necessarium, qui res gestas hominum, monumentis annalium mandare studeant, materiam eligere pulchram & jucundam, ac eam quæ animos legentium voluptate afficiat atq; perfundat: quod HERODOTUS mea quidem sententia melius vidisse & expressisse videtur, quam Thucydides. Ille enim, communem Græcorum & barbarorum historiam conscripsit; ne & res gestæ majorum obliterarentur, & ne eorum facta & alia quæ enumerat, intercidèrent, atq; ex hominum memoria tollerentur. idem enim est ipsum proœmium, idem exorsus & finis historiæ. Thucydides autem unum tantummodo bellum scriptura persequitur, & id neque honestum, neque fortunatum, & quod numquam geri oportuit: sin minus, oblivioni & silentio traditum à posteris ignorari debuit. Quod autem malam materiam sibi sumpserit, etiam ipse in exorsu planum facit. Civitates enim multas ait eo bello partim à seipsis vastatas & funditus eversas fuisse: & exsilia, proscriptiones, cædes hominum tantas factas esse, quantas post hominum memoriam umquam; & terræ motus, siccitates, morbos, invaletudines, & alias multas calamitates importatas: ita ut statim in principio lectores, qui totius Græciæ calamitates sint audituri, abalienentur. Quanto autem ea scriptio quæ admiranda opera & facta tam Græcorum quam barbarorum aperit, antecellit eam quæ miseranda & funesta mala Græcorum nunciat, tanto meliores partes HERODOTUM Thucydide in eligenda materia secutum esse video. Neq; enim illud afferre licet, eum neneccessitate coactum, ad eam se scriptionem contulisse; cum eum non præteririt, & illa pulchriora esse, & nollet hæc in aliorum manus venire. Aliter. n. se res habet, dum majorum res gestas in exordio convitiis afficit, & sua ætate pulcras & admirandas gestas esse asserit: quæ manifestè declarant, eum non præter voluntatem ad hanc se materiam contulisse. Hoc tamen HERODOTUS minimè fecit: & quamvis Hellanicus & Charon, qui ante ejus tempora vixerunt, eandem materiam persecuti sint, non tamen eum à proposito avocarunt: quinetiam sperabat se ipsis aliquid pulchrius allaturum; quod etiam fecit.

Πρῶτων, ὅτι καὶ ἡδὺν ἀναγκαιότατον ἔργον ἁπάντων ἐστὶ τοῖς γράφουσιν ἱστορίας, οὕτω δοκοῦσιν ἐκλέξασθαι καλλίω καὶ μεγαλεπιβολίω τοῖς ἀναγνωσομένοις. τοῦτο Ἡρόδοτος κρεῖττον μοι δοκεῖ πεπτωκέναι Θουκυδίδου. [1] ἐκεῖνος μὲν γὰρ, κοινὴν Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων πεῖραν ἐξενεγκόμενος ἱστορίαν, ὡς μήτε τὰ ὑπὸ ἀνθρώπων ἐξ ἀνθρώπους ἐξίτηλα γένηται, μήτε τὰ ἔργα, καὶ ἅπερ αὐτοὺς εἴρηκε. τὸ γὰρ αὐτὸ προοιμίου τε καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶ τῆς ἱστορίας. ὁ δὲ Θουκυδίδης πόλεμον ἕνα γράφει, καὶ τοῦτον οὔτε καλὸν οὔτε εὐτυχῆ· ὃς μάλιστα μὲν ὤφελε μὴ γενέσθαι· εἰ δὲ μὴ, σιωπῇ γε λήθῃ παραδοθείς, ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἀγνοίᾳ. ὅτι δὲ πονηρὰν εἵλκυσεν ὑπόθεσιν, καὶ αὐτὸς γε τοῦτο ποιεῖ φανερὸν ἐν τῷ προοιμίῳ. πόλεις τε γὰρ δι' αὐτὸν ἐξερημωθῆναί φησιν Ἑλλήνων πολλὰς, τὰς μὲν ὑπὸ βαρβάρων, τὰς δ' ὑπὸ σφῶν αὐτῶν, καὶ φυγὰς, καὶ φόνους ἀνθρώπων ὅσους ἔπω πρότερον ἠκούσθη, σεισμούς τε καὶ αὐχμοὺς καὶ νόσους, καὶ ἄλλας πολλὰς συμφοράς. ὥστε τὴν ἀναγνόντας τὸ προοίμιον, ἀλλοιοῦσθαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, Ἑλλήνων μέλλοντας ἀκούειν. ὅσῳ δὲ κρεῖττον ἦν τὰ θαυμαστὰ ἔργα δηλῶσαι Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων γενόμενα, καὶ τὰ οἰκεῖα καὶ δεινὰ πάθη τῶν Ἑλλήνων ἀμαυρῶσαι, τοσούτῳ φορτικώτερον Ἡρόδοτος Θουκυδίδου καὶ τῇ ἐκλογῇ τῆς ὑποθέσεως. ὑδὲ γὰρ ὑδὲ τοῦτο ἔνεστιν εἰπεῖν, ὅτι δι' ἀνάγκην ἦλθεν ἐπὶ ταύτην τὴν γραφὴν, ὅπου μᾶλλον ἐκεῖνα καλλίω, βυλόμενος δὲ μὴ ταὐτὰ ἑτέροις γράφειν. πᾶν γὰρ τοὐναντίον, ἐν τῷ προοιμίῳ Ἀθηναίων τὰ παλαιὰ ἔργα, κάλλιστα καὶ θαυμασιώτατα τὰ καθ' αὑτὸν ὑπερπεπλεονέκτηκε φησὶν εἶναι. καὶ φανερός ἐστι ταῦτα εἰκῇ ἑλόμενος. οὐ μὴν Ἡρόδοτός γε τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων ἡμυθολογημένων Ἑλληνικά τε καὶ [2] Χαίρωνος τὰ αὐτὰ ὑποθέσεων προκεχειρισμένων, οὐκ ἀπέλειπετο, ἀλλ' ὑπῆρχεν αὐτῷ κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν· ὅπερ καὶ πεποίηκε.

Δεύτερόν ἐστι τῆς ἱστορικῆς πραγματείας ἔργον, γνῶναι πόθεν τε ἄρξασθαι καὶ μέχρι τοῦ προελθεῖν δεῖ. φαίνεται δὴ καὶ τούτῳ Θουκυδίδης πολὺ Ἡροδότου φορτικώτερος. ἀρχεταί τε ἀφ' ἧς αἰτίας ἤρξαντο πρῶτον κακῶς ποιεῖν τοὺς Ἕλληνας οἱ βάρβαροι· καὶ προελθὼν, εἰς τὰ βαρβάρων ἤθη καὶ τιμωρίαν λήγει. ὁ δὲ Θουκυδίδης,

Secundũ mũus est ejus qui facta hominũ memoriæ mandare volet, scire unde principiũ sumendũ est, & quousq; progrediendũ. qua in re HEROD. longe prudentior Thucydide esse videtur,

1 Principium quidem Herodoteæ historiæ cum his Dionysianis consentit, at non finis. Ibidem fortasse legendum, καθάπερ, pro καὶ ἅπερ. *Fr. Syl.* 2 H. St. mavult Χάρωνος. cujus mentio fit etiam in libro ad Q. Æl. Tuberonem. apud Suidam tres sunt Charones historici: primus, Lampsacenus; secundus, Carthaginiensis; tertius, Naucratita. at Χαίρων apud eundem alius. 3 τῶν interrogativè accipiendum hic pro τίνος· vel legendum πῶν.

ἀρχὴν ᾗ ἐποιήσατο ἀφ' ἧς ἤρξατο καλῶς πράττειν τὸ Ἑλληνικὸν ὅπερ Ἕλλησα ὄντα καὶ Ἀθηναῖον ἐκ ἔδει ποιεῖν· καὶ ταῦτα, οὐ πάνυ ἔτι εἰρημένων ὄντα, ἀλλ' ὧν ἐν πρώτοις ἦσαν Ἀθηναῖοι, στρατηγῶν τε καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν ἀξιοῦντες καὶ ἔτι γε φανερῶς, ὥστε καὶ τῇ πόλει τῇ ἑαυτῶν τὰς φανερὰς αἰτίας τοῦ πολέμου προσάπτειν, ἑτέρωθι ἔχοντα πολλὰς ἀφορμὰς προθεῖναι τὰς αἰτίας· καὶ ἄρξασθαί γε τῆς διηγήσεως μὴ ἀπὸ τῶν Κερκυραϊκῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν κρατίστων τῆ πατρίδι ἔργων, ἃ μετὰ τὰ Περσικὰ πόλεμον δύθυς ἔπραξαν· ὧν ὕστερον καὶ ἐν ὑπαιθρίῳ τόπῳ μνήμην ἐποιήσατο φαύλως πως καὶ ἐξ ὑπαρμῆς. διελθόντα δὲ ταῦτα μετὰ πολλῆς δυνάμεως, ὡς ἄνδρα φιλόπολιν, ἔπειτ' ἐπενεγκεῖν ὅτι τούτων φθόνῳ καὶ δέει προελθόντες Λακεδαιμόνιοι, προφάσεις ὑποθέντες [1] ἑτέρας, ἦλθον ἐπὶ τὸν πόλεμον· καὶ τότε λέγειν τὰ Κερκυραϊκὰ καὶ τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο λέγειν ἐβούλετο. τὰ δὲ πολλὰ, πλείονος ἁμαρτίας πλήρη καίπερ γὰρ λέγων ὅτι παντὶ τῷ πολέμῳ παρεγένετο, καὶ πάντα δηλώσειν ὑποσχόμενος, εἰς τὴν ναυμαχίαν τελευτᾷ τὸν περὶ Κνιδον σῆμα γενομένην Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων, ἣ συνέβη κατ' ἔτος εἰκοστὸν καὶ δεύτερον. κρεῖττον δ' ἦν, διεξελθόντα τὰ πάντα, τελευτὴν ποιήσασθαι τῆς ἱστορίας τὴν θαυμασιωτάτην καὶ μάλιστα τοῖς ἀκούσασι κεχαρισμένην, τὴν καλλίστην τῶν φυγάδων τῶν ἀπὸ Φυλῆς, ἀφ' ὧν ἡ πόλις ἀρξαμένη τὴν ἐλευθερίαν ἐκομίσατο.

Τρίτον ἐστὶν [2] ἀνδρὸς ἱστορικοῦ, τίνα τε δεῖ παραλαβεῖν ὧν τὰ γεγραμμένα πράγματα, καὶ τίνα παραλιπεῖν. δοκεῖ δή μοι κἀν τούτῳ λείπεσθαι Θουκυδίδης, σαφεστάτης δὲ Ἡρόδοτος ὅτι πᾶσα μῆκος ἔχουσα ἀπὸ λόγου διήγησις, ἂν μὴ ἀναπαύσεις τινὰς λαμβάνῃ, τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων ἡδέως ἀφιστᾶσιν· ἐὰν δὲ ὧν ἐν τῶν αὐτῶν μένῃ πραγμάτων, κἂν τὰ μάλιστα ὧν τυγχάνηται, λυπεῖ τὴν ἀκοὴν τῷ κόρῳ· ποικίλλει δὲ ἡδονὴν ποιῶν τὴν γραφὴν, Ὁμήρου ζηλωτὴς γενόμενος. καὶ γὰρ τὸ βιβλίον ἦν αὐτῷ λαβόντες, μέχρι τῆς ἐσχάτης συλλαβῆς ἀγαπῶμεν, καὶ ἀεὶ τὸ πλεῖον ὀφείλομεν. Θουκυδίδης δὲ, πόλεμον ἕνα καὶ τινας ἀπνευστὶ διεξέρχεται μάχας ὧν μάχαις, καὶ παρασκευὰς ὧν παρασκευαῖς, καὶ λόγους ὧν λόγοις συντιθείς· ὥστε μοχθεῖν μὲν τὴν ἀφέλειαν τῶν ἀκροωμένων

primo enim loco cauſam deſcribit, ob quam barbari Græcis injurias inferre cœperunt: & progrediens, in barbarorum punitione & ultione deſcribenda conquieſcit. Thucydides vero, exordium ſumit ſuæ hiſtoriæ à parum felici & florenti ſtatu rerum Græcarum: quod eum facere (cum & Græcus eſſet & civis Athenienſis) non oportebat; & vel maxime, cum non eſſet ex humili & plebeio genere civium, ſed ex his quibus Athenienſes primas deferebant, & quos militari præfectura ac aliis ſummis honoribus dignos cenſebant: neque ita apertè, ut apertiſſimè belli cauſas ſuæ urbi adſcriberet; cum alias multas occaſiones haberet quibus eas attribueret. Ac initium narrationis facere debebat non à Corcyrenſibus, ſed à præſtantiſſimis patriæ factis, quæ ſtatim poſt bellum Perſicum ediderant: quorum deinde tamen in convenienti loco non ita rectè, ſed quaſi curſim mentionem facit. At cum hæc narraſſet, ſumma cum benevolentia & ſtudio, ut vir amans civitatis, deinde inferre debebat, Lacedæmonios horum invidia & metu commotos, alias interim cauſas prætendentes, bellum ſuſcepiſſe. ac tum demum Locrenſium res, & contra Megarenſes ſcitum, & ſiqua alia voluit, exponere debuit. Fines autem pluribus erroribus ſcatent. quamvis enim dicat ſe omni bello interfuiſſe, & ſe omnia polliceatur eſſe narraturum: tamen in navale prœlium Athenienſium & Peloponneſiorum, quod prope Cynoſſema geſtum fuit anno XXII, finem facit. Satius vero erat, dum perſequeretur omnia, hiſtoriam terminare admirando & auditoribus gratiſſimo * redditu exſulum à Phyle; qui fuit initium civitati recuperandæ libertatis.

* Phylaſiorum exſulum reditu.

Tertium munus eſt hiſtorici, conſiderare quæ res illi in hiſtoriam referendæ, quæ ſilentio prætereundæ ſint. qua etiam in re poſtremas mihi partes ferre videtur Thucydides. Nam cum HERODOTVM non præteriret, omnem narrationem quæ longitudine quadam ſermonis prædita eſſet, ſi reſpirationes & moras quaſdam reciperet, animos auditorum ſumma ſuavitate perfundere: ſin autem in eodem rerum ſtatu permaneret, etiamſi res maxime ſuccederet, auribus tamen quandam ſatietatem parere: Homerum ſecutus, in omnem partem effuſam, ac ſumma varietate conditam efficere voluit ſcriptionem. Libros enim ejus cum in manus ſumimus, uſq; ad extremam ſyllabam ſuſpicimus, & ſemper neſcio quid magis requirimus. Thucydides autem unum bellum & aliquot pugnas ſine ulla interſpiratione perſequitur: pugnas pugnis, apparatus belli apparatibus, orationes orationibus congerens & coacervanssita ut mens & cogitatio eorum qui audiunt, laborare cogatur.

1 in exemplari eſt ἑτέρους· ego ἑτέρας, à Stephano ex aliis codicibus adnotatum, ſequi malui. 2 poſt τρίτον ἐστὶν, ſubaudiendum ſubſt. ἔργον. uti ſupra.

Satietatem enim gignit, ait Pindarus, & mel & dulces res venereæ. Jam vero & illud in animo meo reputavi, quam ſuavis & jucunda res ſit in hiſtoria, ſcriptionis varietas & immutatio: atque hoc in duobus aut tribus locis fecit, tum in Odryſarum principatu exponendo, quibus de cauſis ad magnam devenerint poteſtatem; tum in Siciliæ urbibus.

Adhæc eſt etiam munus hiſtorici, in partes tribuere, & unumquodque eorum quæ exponuntur, ſuo loco collocare. Quæ eſt igitur utriuſque diſpoſitio? Thucydides tempora ſequitur, HERODOTUS rerum complexiones. Fit autem Thucydides obſcurus, & cujus ſententiam difficile animo comprehendere poſſis cum enim multa eadem æſtate & hyeme in diverſis (ut fit) locis gererentur, imperfectas primas res geſtas relinquens, alias attingit quæ eadem æſtate & hyeme geſtæ fuerunt. Erramus igitur, quemadmodum par eſt, & ſumma cum difficultate res expoſitas mente jam turbata aſſequimur. HERODOTUS vero initium capiens ab imperio Lydorum, & uſque ad Croeſum deſcendens, ad Cyrum confeſtim, qui Croeſi imperium evertit, tranſit: atque deinde rex Ægyptiorum, Scytharum, Libycorum exponere aggreditur, partim propter rerum ſeriem, partim ut jucundiorem redderet narrationem ſuam. Perſequens autem & exponens res geſtas Græcorum & barbarorum, quæ ducentis & viginti annis geſtæ ſunt in tribus continentibus, & fugam Xerxis deſcribens, non divellit orationem: ſed accidit huic quidem, ut uno ſumpto argumento, unum corpus multas in partes diducat: ille vero, ut multis & variis argumentis aſſumptis, unum corpus ſibi conſentiens faciat. Unum * autem genus hiſtoriæ negocioſæ commemorabo, quod non minus quàm quæ recenſuimus in hiſtoriis requirimus, animum inquam ſcribentis quo in rebus conſcribendis utitur. HERODOTI quidem animus in omnibus lenis & manſuetus eſt, & qui bonis quidem collætatur, malis vero condolet. Thucydidis vero animus, natura ſua quadam rigidus & acerbus eſt, ac patriæ exſilii recordatione offenſus. peccata n. accuratiſſimè perſequitur: eorum vero quæ ex animi ſententia geſta ſunt, omnino non meminit, aut velut invitus. Atq; ob hanc in ea parte quæ ad res pertinet,

* Unam adhuc notam in rebus poſitam com.

κόρον δ' ἔχει, φησὶν ὁ Πίνδαρος, καὶ μέλι καὶ "τὰ τερπνὰ ἀφροδίσια. ἤδη ὧν ἐγὼ καὶ εἶνο ἐνεθυμήθην, ὡς ἡδὺ χρῆμα ἐν ἱστορίας, γραφῆς· μεταβολὴ, καὶ ποικίλον· καὶ τοῦτο ἐν δύο ἢ τρισὶ τόποις ἐποίησεν, ὅτι τε τὴν Ὀδρυσῶν ἀρχῆς, δι' ἃς αἰτίας ἐγένετο μεγάλη, καὶ ὅτι τὰ ἐν Σικελίᾳ πόλεων.

Μετὰ τοῦτο, ἔργον ἐστὶν ἱστορικοῦ, διελέσθαι τε καὶ τάξαι τὰ δηλωμένων ἕκαστον ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ. πῶς οὖν ἑκάτερος; Θουκυδίδης μὲν, τοῖς χρόνοις ἀκολουθῶν, Ἡρόδοτος δὲ, τὰ περιοχὰς τῶν πραγμάτων. καὶ γίνεται Θουκυδίδης μὲν, ἀσαφὴς καὶ δυσπαρακολούθητος· πολλῶν γὰρ κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος καὶ χειμῶνα γιγνομένων ἐν διαφόροις ὡς εἰκὸς τόποις, ἡμιτελεῖς τὰς πρώτας πράξεις καταλιπών, ἑτέρων ἅπτεται τῷ κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος ἢ χειμῶνα γιγνομένων. πλανώμεθα δὴ, καθάπερ εἰκὸς, καὶ δυσκόλως τοῖς δηλωμένοις παρακολουθοῦμεν, παρατιθεμένης τὰ διανοίας. Ἡρόδοτος δὲ, ἀπὸ τῆς Λυδῶν βασιλείας ἀρξάμενος, καὶ μέχρι τῆς Κροίσου καταβάς, ὅτι Κῦρον εὐθέως τὰ καταλύσαντα τὰ Κροίσου ἀρχὴν μεταβαίνει· Αἰγυπτίων τε ἀρχαῖα διηγημάτων καὶ Σκυθικῶν καὶ Λιβυκῶν, τὰ μὲν ὡς ἀκήκοεν δηλῶν, τὰ δὲ ὡς χαριεστέραν ποιήσοντα τὴν διήγησιν, ἐπεισάγων. διεξελθών τε πράξεις Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἔτεσιν ὁμοῦ διακοσίοις καὶ εἴκοσι μυθολογίας ἐν τρισὶν ἠπείροις, καὶ διαγεφύρας τῆς Ξέρξου φυγῆς τὰ ἱστορίαν οὐ διέστασε τὴν διήγησιν, ἀλλὰ συμβέβηκε, τῷ μὲν, μίαν κατόδησιν λαβόντι πολλὰς ποιῆσαι μέρη τὸ ἐν σῶμα· τῷ δὲ, τὰς πολλὰς καὶ ἀδὲν οἰκείας καταδέσεις περιελομένῳ, σύμφωνον ἓν σῶμα πεποιηκέναι. μιᾶς δ' ἰδέας [1] ὑπομνηθήσομαι πραγματικῆς, ἣν ἐδεόμεθα τῶν εἰρημένων ἥτιον ἐν ἁπάσαις ἱστορίαις ζητοῦμεν, τὰ αὐτῇ τῇ συγγραφέως διαθέσιν, ἢ κέχρηται πρὸς τὰ πράγματα ᾗ ὧν γράφει. ἡ μὲν Ἡροδότου διάθεσις, ἐν ἅπασιν ὑπεικὴς, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς συμπονουμένη, τοῖς δὲ κακοῖς συναλγοῦσα· ἡ δὲ Θουκυδίδου διάθεσις, αὐθάδης τις καὶ πικρὰ, καὶ τῇ παλαιᾷ τὰ φυγῆς μνησικακοῦσα. τὰ μὲν γὰρ ἁμαρτήματα ἐπεξέρχεται καὶ μάλα ἀκριβῶς, τὰ δὲ κατὰ νοῦν κεχωρηκότων κατόπαξ οὐ μέμνηται, ἢ ὥσπερ ἠναγκασμένως. καὶ κατὰ μὲν τὰ πραγματικὸν [2] τύπον

1 Poſſis etiam legere ὑπομνησθήσομαι. 2 in exemplari eſt τῶτον. perperam. τύπον vero in hoc loquendi genere ſupra quoque habuimus aliquoties, & infra. pro eodem χαρακτῆρα dicit mox ubi Xenophontem confert, & infra; & alibi. Reperitur tamen τόπος vocabulum in ead. ſignificatione; ut ſupra prolixius adnotavi ad initium T. II. Halicarnaſſei. F. S.

ἥττων ἐστὶν Ἡροδότου διὰ ταῦτα Θουκυδίδης· κτῆ
μα δὲ λεκτικὸν, τὰ μὲν ἥττων, τὰ δὲ κρείττων, τὰ δ' ἴσος. ἐρῶ δὲ καὶ περὶ τούτων ὡς ὑπειλήφα.

Πρώτη πασῶν ἀρετῶν ἡμῖν ἂν, ἧς χωρὶς οὐδὲν πρὸς ἄλλων πρὸς τοὺς λόγους ὄφελος τίς; ἡ καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὸ Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σώζουσα διάλεκτος. ταύτῃ ἀκριβοῦσιν ἀμφότεροι. 1 Ἡρόδοτός τε γὰρ, τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών. Θουκυδίδης τε τῆς Ἀττικῆς. τρίτῃ ἔχει χώραν ἡ καλουμένη συντομία. ἣν ταύτῃ δοκεῖ προέχειν Ἡροδότου Θουκυδίδης. καίτοι λέγοι τις ἂν ὡς μετὰ τοῦ σαφοῦς ἐξεταζόμενον, ἥδιον φανεῖται τὸ βραχύ· εἰ δὲ ἀπολείποιτο τούτου, πικρόν. ἀλλὰ μηδὲν ἔστω τοιοῦτο. ἐναργείᾳ μετὰ ταῦτα τετάχθαι πρώτῃ μετὰ τὰς ἐπιθέτους ἀρετῶν. ἱκανῶς ἐν ταύτῃ κατορθοῦσιν ἀμφότεροι. μετὰ ταύτην συνίστασθαι τὴν ἀρετὴν, τὴν ἠθῶν τε καὶ παθῶν μίμησις. διηρθρῶσθαι τὴν ἀρετὴν ταύτην οἱ συγγραφεῖς. Θουκυδίδης μὲν γὰρ, τοῦ παθεῖν δηλῶσαι κρείττων· Ἡρόδοτος δὲ, τοῦ ἤθη ποιῆσαι δεινότερος, μετὰ ταῦτα αἱ τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐκφαίνουσαι τῆς κατασκευῆς ἀρεταί. ἴσοι κἀν ταύταις οἱ συγγραφεῖς. ἔπονται ταύταις αἱ τὴν ἰσχνὴν καὶ τὴν τόνον καὶ τὰς ὁμοιοτρόπους δυνάμεις τῆς φράσεως ἀρεταὶ περιέχουσαι. κρείττων ἐν ταύταις Ἡροδότου Θουκυδίδης. ἡδονὴν δὲ καὶ πειθὼ καὶ τέρψιν καὶ τὰς ὁμοιογενεῖς ἀρετὰς εἰσφέρεται μακρῷ Θουκυδίδου κρείττονας Ἡρόδοτος. τῆς δὲ φράσεως πρὸς ὀνομάτων τὸ μὲν κατὰ φύσιν Ἡρόδοτος ἐζήλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης, ὁμοειδὴς πᾶς ὢν ἐν λόγοις. ἀρετῶν ἡ κυριωτάτη τὸ πρέπον. ταύτῃ ὁ Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θουκυδίδης. ὁμοειδὴς γὰρ ὅτος ἐν πᾶσι, κἀν ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ ἐν διηγήσεσιν. ἐμοὶ μὲν τοι καὶ τῷ φιλτάτῳ Καικιλίῳ δοκεῖ τὸ ἐνθυμήματα αὐτῷ μάλιστά γε καὶ ζηλῶσαι Δημοσθένης. ἵνα δὲ σαφελῶν εἴπω, καλαὶ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· οὐ γὰρ ἂν αἰσχυθείην ποιήσεις αὐτὰς λέγων· διαφέρουσι δὲ κἀν τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου καλλος ἱλαρόν ἐστι, φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου. ἀπόχρη ταῦτα εἰρῆσθαι περὶ τούτων τῶν συγγραφέων, πολλῶν καὶ ἄλλων ἐνόντων λέγεσθαι, περὶ ὧν καὶ ἕτερος ἔσται καιρός.

vincitur ab HERODOTO Thucydides. In ea vero parte quæ continet elocutionem, alias superior interdum inferior: in nonnullis etiam æquas partes tenet. Dicam vero etiam de iis quemadmodum sentio.

Virtus omnium prima est, sine qua nulla alia est orationis utilitas. Quænam illa est? Sermo purus, proprietatem linguæ Græcæ retinens. hanc ambo studiose conservant. HERODOTUS enim, Ionicæ linguæ optima regula est; Thucydides vero, Atticæ. Tertium locum habet brevitas, in qua videtur Thucydides HERODOTUM antecelluisse. quamquam dicere aliquis posset, brevitatem jucundam videri, si cum perspicuitate conjuncta & elaborata fuerit: sin ea caruerit, acerbam & austeram. verum nihil esto prætera. Post hæc perspicuitas collocata est; quæ cum virtutibus adjunctis primas tenet: in qua satis diligenter ambo elaborarunt. Post hanc virtutem constituitur lenium & vehementium affectuum imitatio: quam inter se partiti sunt scriptores. Thucydides enim, in gravioribus affectibus exprimendis melior; HERODOTUS, in lenioribus effingendis præstantior. Secundum hæc statuuntur illæ virtutes, quæ summum & admirandum studium & apparatum ostendunt: in quibus historici pares sunt. Succedunt iis aliæ, quæ orationis vim & vehementiam & similes facultates complectuntur: quibus HERODOTUM Thucydides superat. Suavitatem autem, persuasionem, delectationem, & alias virtutes cognatas, longe præstantiores HERODOTUS Thucydide inducit. In verborum elocutione, proprietatem naturæ HERODOTUS secutus est; gravitatem Thucydides, qui & in verbis sui similis est totus. Virtutum omnium maxima & quasi princeps est Decorum: quam diligentius Thucydide HERODOTUS servavit. similis n. hic in omnibus ac in concionibus magis quam in narrationibus. Mihi quidem, & carissimo Cæcilio, Demosthenes ejus enthymemata vel maxime expressisse & imitatus esse videtur. Ut autem uno verbo omnia complectar, elegantissimæ sunt utriusque poeses: (non n. verebor poeses eas appellare) sed hoc vel maxime à se invicem differunt, quod constructio HERODOTI hilaris est, horribilis vero Thucydidis. Sed de his historicis hæc dixisse sufficiat, cum multa nobis alia dicenda sint, de quibus alius erit differendi locus.

1 Secunda dicendi virtus hic omissa est, τὸ κυρίαις καὶ κοιναῖς λέξεσι χρῆσθαι. ut ex Lysia videre licet supra, & ex Isocrate. F. S.

Sequitur

TESTIMONIA.

Sequitur in eodem Dionyſio, de Xenophonte κρίσις· ubi inter alia:

Xenophon enim, HERODOTUM in utroque genere, tum in eo quod in materia cernitur, tum quod in elocutione, imitatur. &c. Non ſolum vero ob materiam in cœlum ferendus eſt, (in qua HERODOTUM ſequitur) ſed etiam propter diſpoſitionem ſuſpiciendus, &c. Atque hæc quidem eſt forma rei & argumenti ejus. Forma vero elocutionis, partim ſimilis HERODOTO, partim non adeo redundans & fluens. Purus quidem ſatis in verbis, & apertus; quemadmodum & HERODOTUS: deſ.git autem verba uſitata, & rebus ipſis à natura inſita: quæ omnino non minus ſuaviter & jucundè quàm HERODOTUS ipſe componit. Excellentiam vero & ſplendorem, amplitudinem jucundam, & ſuavem conformationem hiſtoricam, quemadmodum HERODOTUS, non habet. non modo enim hoc ab ipſo mutuari non potuit, ſed etiam ſi aliquando voluit ſuam excitare elocutionem, paululum inſpirans, veluti * terrena aura extemplo langueſcit & exſtinguitur. In multis enim plus æquo longior fit; nec adeo feliciter ut HERODOTUS perſonarum dignitatem attingit & exprimit: ſed in multis, ſiquis rectè conſideret & perpendat, eum negligentiorem reperiet.

Subterranea aura, id eſt, quæ à terra conſurgens, per altum pergit: quos altanos ventos Latine nominari docet. *Plin.* l. 2. c. 43.

Ξενοφῶν μὲν γὰρ, Ἡροδότου ζηλωτὴς ἐγένετο κατ' ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας, τόν τε πραγματικὸν καὶ τὸ λεκτικόν. &c. οὐ μόνον ὃ τῆς ὑποθέσεων χάριν ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, ζηλωτὴς Ἡροδότου γενόμενος, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκονομίας. &c. καὶ ὁ μὲν πραγματικὸς τύπος αὐτῷ τοιοῦτος. ὁ δὲ λεκτικὸς, πῇ μὲν ὅμοιος Ἡροδότου, πῇ δὲ ἐνδεέστερος. καθαρὸς μὲν γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ἱκανῶς, καὶ σαφὴς, καθάπερ ἐκεῖνος· ὀλέγοις δ' ὀνόμασι σαφήνειά τε καὶ πρόσφυῆ τοῖς πράγμασι, καὶ συντιθέσιν αὐτῶν ἡδέως πάνυ καὶ κεχαρισμένως, οὐχ ἧττον Ἡροδότου. ὕψος δὲ καὶ κάλλος καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ τὸ λεγόμενον ἰδίως πλάσμα ἱστορικὸν Ἡροδότου ἔχει. οὐ γὰρ μόνον ἐκ ἴσχυσε τοῦτο παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ἀλλὰ κἂν ποτε διεγεῖραι βουληθεὶς τὴν φράσιν, ὀλίγον ἐμπνεύσας ὥσπερ ἀπόγειον αὔρα ταχέως σβέννυται. μακρότερος γὰρ γίνεται τοῦ δέοντος ἐν πολλοῖς καὶ τοῦ πρέποντος, καὶ οὐχ ὡς Ἡρόδοτος ἐφάπτεται τῆς προσώπων εὐτυχῶς, ἀλλ' ἐν πολλοῖς ὀλιγωρός ἐστιν, ἄνδρὸς ὁρᾶσθαι σκοπήν.

EX EJUSDEM DIONYSII CAPITE

περὶ τῆς λόγων ἐξεργασίας ſive *παλαιῶν χαρακτῆρας*, vel *ἀρχαίων κρίσιν* cum Sylburgio nominare placet.

HERODOTUS & THUCYDIDES.

Interp. Staniſl. Ilovio.

EX iis qui res geſtas literarum monumentis mandarunt, HERODOTUS optime omnium eam partem hiſtoriæ quæ res continet, elaboravit atq; expreſſit: ea vero parte quæ elocutionem continet, nonnunquam ſuperior Thucydides, nonnunquam è diverſo HERODOTUS. Eſt etiam ubi pares inveniuntur. Accurata enim verborum electione in his ſermocinationibus, in quibus ambo tractandis occupantur, uterq; ſuam quandam proprietatem ſervat. cæterum perſpicuitatis laudem omnes ſine controverſia HERODOTO deferunt. Ac brevitas quidem familiaris & propria eſt Thucydidi: evidentia autem & illuſtratio, utrique communis. In moribus exprimendis primas fert HERODOTUS; in affectibus autem, Thucydides. Rurſum dictionis elegantia ac magnificentia nihil alter ab altero differt; ſed in his & hujuſmodi virtutibus ambo excellunt.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ καὶ Θουκυδίδης.

ΤΩΝ μὲν συγγραφέων Ἡρόδοτος μὲν ἐξείργασται τὸ βέλτιον, τὸ [1] πραγματικὸν εἶδος· τῆς δὲ λεκτικῆς ποτὲ μὲν πλεονεκτεῖ Θουκυδίδης, ποτὲ δ' ἐμπαλίν· ἔστι δ' ἐν οἷς ἐξισοῦνται. τῇ μὲν ἀκριβείᾳ τῆς ὀνομάτων, ἐν οἷς ἑκάτεροι προῄρηνται διαλόγοις, ἀποσώζουσι τὸ ἴδιον· τῆς δὲ σαφηνείας ἀναμφισβήτητος Ἡροδότῳ τὸ κατόρθωμα δέδοται. καὶ τὸ μὲν συντομὸν ἔστι καθ' Θουκυδίδην, τὸ δὲ ἐναργὲς παρ' ἀμφοτέροις. ἐν μὲν τοῖς ἠθικοῖς κρατεῖ Ἡρόδοτος, ἐν δὲ τοῖς παθητικοῖς ὁ Θουκυδίδης. πάλιν καλλιλογίᾳ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ διαφέρουσιν οὐδὲν ἀλλήλων, ἀλλ' ἑκάτερι τούτων τε καὶ τῶν τοιούτων ἀρετῶν κρατοῦσι.

1 Stephano videtur legendum Ἡροδότου ἐν ἔχει· vel δοκεῖ Ἡρόδοτος ἐν ἔχειν. niſi mavis, inquit, particulam. quæ ex adverſo reſpondeat τῷ ἧττον, reponere. Sed ſive hoc, ſive illo modo legas, deſideratur negatio. F.S. 2 Pro γὰρ aptius fortaſſis legeris δὲ. F.S. 1 ms. Pompil. Amaſæi πραγματικήν. F.S.

ῥώμῃ

ῥώμῃ ᾗ καὶ ἰσχύϊ καὶ τόνῳ καὶ τῇ ἀρχαιοτάτῃ καὶ πολυσχηματίστῳ παρηυδτκίωσε Θουκυδίδης· ἡδονῇ δὲ καὶ πειθοῖ καὶ χάριτι καὶ τῇ ἀφελεῖ αὐτοφυεῖ ἀβασανίστῳ, μακρῷ διενεγκόντα τὸν Ἡρόδοτον εὑρίσκομεν· καὶ μετὰ τοῦτον τὸ τρόπον, πραγματείαν καὶ προσωποποιΐαν μᾶλλον οὐ τετήρηκε.

Viribus, robore, nervis, & orationis gravitate, ac figurarum varietate, Thucydides HERODOTUM ſuperavit: ſuavitate verò, ac perſuadendi facultate, jucunditate, & ſponte nata ſimplicitate, non elaborata, longe præſtare HERODOTUM invenimus. atq; nullam compoſitionem & perſonarum conficionem minus ſervavit, quam hanc morum & ingenii ſimplicitatem.

Quæ ſequitur Philiſti & Xenophontis comparatio, paria plane inſperſa habet de noſtro cum iis quæ ante retulimus ex epiſtola ad Pompeium.

Ὁ αὐτὸς Διονύσιος περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος.

Idem Dionyſius in judicio de Thucydidis hiſtoria.

Ὅδ' Ἁλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος, ἡμῶν ὀλίγῳ πρότερον τῶν Περσικῶν, παρεκτείνας δὲ μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν, τὴν τε πραγματικὴν προαίρεσιν ὅτι τὸ μεῖζον ἐξήνεγκε καὶ λαμπρότερον, ἔτε πόλεως μιᾶς, ἔτ' ἔθνους ἑνὸς ἱστορίαν προελόμενος ἀναγράψαι· πολλὰς δὲ καὶ διαφόρους πράξεις ἔκ τε τῆς Εὐρώπης, ἔκ τε τῆς Ἀσίας, εἰς μίαν συγγραφὴν πραγματείας ἀγαγεῖν. ἀρξάμενος ἔν ἀπὸ τῆς τῶν Λυδῶν δυναστείας, μέχρι τοῦ Περσικοῦ πολέμου καταβίβασε τὴν ἱστορίαν, πάσας τὰς ἐν τοῖς πεντακοσίοις καὶ διακοσίοις ἔτεσι γενομένας πράξεις ὑπερφανεῖς Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, μιᾷ συντάξει περιλαβών· καὶ τῇ λέξει προσεπέδωκε τὰς [1] διαληφθείσας ὑπὸ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων ἀρετάς.

HERODOTUS autem Halicarnaſſeus, qui ad Peloponneſiaca tempora vitam perduxit, cum paulo ante Perſica natus eſſet, tum materiam hiſtoriæ paulo altius extulit, atque illuſtravit; neque unius urbis, aut unius gentis, ſed Europæ Aſiæque res geſtas, & multas & varias, uno libro complexus eſt: (nam à Lydorum imperio exorſus, ad uſq; bellum Perſicum opere perducto, quæcumque per annos CCXL geſta à Græcis & à barbaris erant, ex iis illuſtriora quæque delegit, & in unum quaſi corpus hiſtoriæ contulit) tum omiſſas à ſuperioribus dicendi virtutes ad ſuam orationem adjunxit. Interp. A. Dudithio.

His ſubjicit de Thucydidis hiſtoria, ejuſque conſilio in rebus, quas deſcriberet, deligendis, inter alia quod nihil fabuloſi inſerat, nec deos deaſq; mixtas narrat, & portentoſa alia: quæ tamen ſe non adferre ut noſtro ideo impingat dictum vel aliis antiquioribus, qui ejuſmodi hiſtoriæ ſuæ inſperſere. eorum enim facti rationem conſtare, quam ipſe eleganter exponit: ταῦτα δ' εἰπεῖν περὶχθω, ἐκ ὀφθαλμῶν ἐκείνοις τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἔχων συγγνώμην, εἰ καὶ τῶν μυθικῶν ἤφανίο πλασμάτων, ἐθνικὰς καὶ τοπικὰς ἐκφέρουσες ἱστορίας. ἐν ἅπασι γὰρ ἀνθρώποις, καὶ κοινῇ καὶ τόποις, καὶ κατὰ πόλεις ἰδίᾳ, μνῆμαί τινες ἐσώζοντο καὶ τῶν τοιούτων ἀκουσμάτων, ὥσπερ ἔφην. ἃς παραδεχόμενοι παῖδες παρὰ πατέρων, ὀφθαλμοὶ ἐπιῤῥέοντο παραδιδόναι τοῖς ἐκγόνοις· καὶ τὰς βουλομένους αὐτὰς εἰς τὸ κοινὸν ἐκφέρειν, ὅτως ἤξιον συγγράφειν, ὡς παρὰ τῶν ἀρχαίων ἐδέξαντο. ἐκείνοις μὲν ἦν τοῖς ἀνδράσιν ἀναγκαῖον ἦν ποικίλλειν τοῖς μυθώδεσιν ἐπεισοδίοις τὰς τοπικὰς ἀναγραφάς. *i. interprete A. Dudithio,* Neq; vero ut hæc dicerem, eo ſum adductus, quod illos viros accuſem; quibus etiam veniæ multum tribuo, ſi, cum in explicanda nationum & locorum hiſtoria verſarentur, fabuloſa figmenta recepere: quandoquidem apud omnes homines, tum communiter de locis, tum proprie de urbibus, monumenta quædam ſervabantur hujuſmodi, quas dixi, rerum, auditione perceptarum: quas filii à patribus acceptas ſuis deinde poſteris ut traderent, elaborarunt. Quod ſiqui literis eas conſignare vellent, ab his ut ita plane exponerentur quo modo de veteribus acceperant, dignum putabant: quapropter illos viros, ut locorum deſcriptiones fabuloſis additamentis variarent, atq; diſtinguerent, neceſſitas compulit.

1 Dudithius mavult παραλειφθείσας, *omiſſas.* videtur tamen & hæc ferri poſſe lectio: ſicut ſcilicet infra dicit auctor συνιδὼν ἃς ἕκαστος αὐτῶν ἴσχυν εἰχεδάς. F. S.

Et

TESTIMONIA.

Et iterum eodem libro.

Scriptores autem qui ante Peloponneſiacum bellum fuerunt, atq; ad Thucydidis uſq; ætatem pervenerunt, omnes propemodum idem conſilium ſecuti ſunt. quos quidem aut Ionica lingua, ut quæ illis temporibus maximè omnium floreret, aut Attica illa vetus, non admodum ei diſſimilis, oblectavit. Hi ſane omnes, ut eſt ante dictum, ſermonis proprietatem magis, quam dicendi tropos adamaverunt; tropos vero velut condimenta orationi inſpſerunt: verborum autem compoſitionem omnes eandem ferè affectarunt, ſimplicem, miniméq; affectatam. Neq; vero in ſententiis figura aliqua exornandis tantum diligentiæ poſuerunt, ut ſupra communem vulgoq; tritam, atq; ab omnibus uſurpatam dicendi rationem efferrent. Itaq; eas virtutes quas neceſſarias vocavimus, illorum omnium habet dictio. eſt enim & pura, & perſpicua, & brevis, ſatis proprium cujuſq; dialecti characterem ſervans. eas autem dicendi virtutes quas adjectitias nominavimus, quibus omnis oratoria vis maxime fit perſpicua, neq; omnes, neq; ſummas adhibuerunt, ſed paucas, ac modicè: ſublimitatem videlicet, elegantiam, gravitatem, magnificentiam: neque τόνον item, neq; βάρος; quæ nos nervorum contentionem, & pondus poſſumus appellare; neq; πάθος ullum, quo animi affectiones excitarentur; neq; ſpiritus illos magnos & certaminibus aptos, ex quibus illa dicendi ſpecies conformatur, quæ Græcæ δεινότης dicitur; Latinè vim in dicendo poſſis nominare. Unum HERODOTUM excipio. is enim & in verborum delectu, & compoſitione, atque in ipſa figurarum varietate, longè cæteris antecelluit, & ita ſuam orationem inſtituit, ut vel optimæ poeſi ſolutam orationem ſimilem faciat, propter ſuadelam illam & venuſtatem, ac ad ſummum uſque perductam voluptatem. qui ne illas quidem maximas, quas diximus, & præclariſſimas dicendi virtutes omiſit, præter genus illud certaminibus aptum: idque ſive quod natura ab eo dicendi genere abhorrebat, ſive quod ſuis quibuſdam rationibus adductus, ſponte illud, tamquam hiſtoriis minimè accommodatum, contempſit. is enim, neque concionibus multis, neque aliis ad contentionem accommodatis orationibus utitur; neque ullam ad concitandos animorum motus, & res augendas amplificandaſque vim habet.

Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

Οἱ ὖ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ γενόμενοι πολέμου, καὶ μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας, ὁμοίας ἔσχον ἅπαντες ὡς ὀλίγου τὸ πολὺ προαιρέσεις· οἵ τε τῇ Ἰάδι προσελόμενοι διάλεκτον, τῇ τε τοῖς τότε χρόνοις μάλιστα ἀνθοῦσαν, καὶ οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀττικίδα, μικράς τινας ἔχουσι διαφορὰς πρὸς τὴν Ἰάδα. πάντες γὰρ ἦσαν, καθάπερ ἔφην, πρὸς τὴν κυρίαν λέξιν μᾶλλον ἐσπουδακότες, ἢ πρὸς τὴν τροπικήν· ταύτῃ ὃ ὥσπερ ἡδύσματα παρελάμβανον. σωφρόσυνόν τε ὀνομάσαν ὁμοίαν ἅπαντες ἐπετήδευσαν, τῇ ἀφελεῖ καὶ ἀνεπιτηδεύτῳ, καὶ οὐδ' ἐν τῷ σχηματίζειν τὰς λέξεις, τὰς νοήσεις ἐξενεγκεῖν ἐπὶ πολὺ τῆς πεπιεσμένης καὶ ἰσχνῆς καὶ σωφρόνως ἅπασι διαλέκτου τὰς μὴ οὐκ ἀναγκαίας ἀρετὰς ἡ λέξις αὐτῶν πάντων ἔχει· καὶ γὰρ καθαρὰ, καὶ σαφὴς, καὶ συντομός ἐστιν, ἀποχρώντως σώζουσα τὸ ἴδιον ἑκάστης διαλέκτου χαρακτῆρα· τὰς δ' ὀνομένας, ἐξ ὧν μάλιστα διάδηλον ἡ τοῦ ῥήτορος γίνεται δύναμις, οὔτε ἀπάσας, οὔτε εἰς ἄκρον ἠκούσας, ἀλλ' ὀλίγας καὶ ἐπὶ βραχύ· ὕψος λέγω, καὶ καλλιρρημοσύνην, καὶ εὐμενολογίαν, καὶ μεγαλοπρέπειαν· οὐδὲ δὴ τόνον, οὐδὲ βάρος, οὐδὲ πάθος, διεγείροντα τὴν· οὐδὲ τὸ ἐρρωμένον καὶ ἀναγώνιον πνεῦμα, ἐξ ὧν ἡ καλουμένη γίνεται δεινότης, πλὴν ἑνὸς Ἡροδότου. οὗτος ὖ καὶ τῇ ἐκλογῇ τῶν ὀνομάτων, καὶ τῇ συνθέσει, καὶ κατὰ τὴν τῶν σχημάτων ποικιλίαν, μακρῷ δή τινι τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλετο, καὶ παρεσκεύασε τῇ κρατίστῃ ποιήσει τὴν ἡδίστην ὁμοίαν γενέσθαι, πειθοῦς τε καὶ χαρίτων, καὶ τοῦ εἰς ἄκρον ἡδονῆς ἥκούσης ἕνεκα· ἀρετάς τε τὰς μεγίστας καὶ λαμπροτάτας ἔξω τῶν ἀναγωνίων οὐδὲν ταύταις ὑπέλιπεν· εἴτε ὑπ' εὐφυΐας πρὸς αὐτὰς, εἴτε κατὰ λογισμόν τινα ἐκουσίως ὑφ' ἑαυτῶν, ὡς ὐκ ἁρμοττουσῶν ἰσοτιμίας. οὐδὲ γὰρ δημηγορίαις πολλαῖς ὁ ἀνὴρ, οὐδ' ἀναγωνίοις, κέχρηται λόγοις, οὐδ' ἐν τῷ παθαίνειν, καὶ δεινοποιεῖν τὰ πράγματα, τῇ ἀληθείᾳ ἔχει.

---

1 τε post articulum τῇ rectius expungetur. 2 ſcriptus cod. h. καλιρρημοσύνῃ uno λ. contra morem. F. S.

DE HEROD. EJUSQUE SCRIPTIS

Ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

Οὔτε τοῖς τόποις, ἐν οἷς αἱ πράξεις ἐπετελέσθησαν ἀκριβῶν ἐμέρισε τὰς διηγήσεις, ὡς Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑλλάνικος, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων ἐποίησε.

Eodem libro.

Narrationes enim ita disposuit (*Thucydides*) ut neq; loca persequeretur, ubi gestæ res erant; quod HERODOTUS, Hellanicusq; & alii nonnulli ante illius ætatem historici fecerant.

Ὁ αὐτὸς Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς, ἐν τῷ περὶ συνθέσ. ὀνομ.

Idem Dionysius Halicarnasseus de vocum structura.

Ἡδέ τοι Θουκυδίδου λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, καλῶς μὲ σύγκειται νὴ Δία, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλαι, οὐ μὴν ἡδέως γε πάνυ· ἡ δέ γε τοῦ Κνιδίου συγγραφέως Κτησίου, καὶ ἡ τοῦ Σωκρατικοῦ Ξενοφῶντος, ἡδέως μὲν ὡς ἔνι μάλιστα, οὐ μὴν καλῶς γε ἐφ' ὅσον ἔδει. λέγω δὲ κοινότερον, ἀλλ' οὐχὶ καθάπαξ· ἐπεὶ καὶ παρ' ἐκείνοις ἥρμοσταί τινα ἡδέως, καὶ ὡσαύτως τούτοις καλῶς. ἡ δὲ Ἡροδότου σύνθεσις, ἀμφότερα ταῦτα ἔχει· καὶ γὰρ ἡδεῖά ἐστι καὶ καλή.

DIctio autem Thucydidis, & Antiphontis Rhamnusii, quod ad compositionem attinet, meherclè pulcra est, si ullæ etiam aliæ, non tamen ubiq; suavis: Ctesiæ autem historici Cnidii, & Xenophontis Socratici, suavis quidem est quam maximè, sed non quantum oportebat etiam pulcra. In commune autem ita pronuncio, non quod prorsus ita se res habeat. quippe & apud illos quædam suaviter composita inveniuntur, & apud hos pulcrè. HERODOTI autem compositio utrumque obtinet. Non jucunda enim solùm est, sed & pulcra.

Καὶ μετὰ πολλά.

Et longè post.

Τῶν δ' ἄλλων ὅσοι τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ (Ὁμήρῳ) μεσότητα ἐπετήδευσε, [1] ὕστερον μὲν ἐκείνοι μακρῷ παρ' Ὅμηρον ἐξεταζόμενοι φαίνοιντ' ἂν· καθ' ἑαυτοὺς δὲ εἴ τις θεωροίη τοὺς αὐτούς, ἀξιοθέατοι· μελοποιῶν μὲν, Στησίχορός τε καὶ Ἀλκαῖος· τραγῳδοποιῶν δὲ, Σοφοκλῆς· συγγραφέων δὲ, Ἡρόδοτος· ῥητόρων δὲ, Δημοσθένης.

Cæteri quicumq; eundem quem ille (Homerus) medium characterem in compositione fuere sectati, si cum Homero eos compares, longo illum sequuntur intervallo: singulos vero si consideret quis seorsim, eximii hi: inter melicos quidem, Stesichorus & Alcæus: inter tragicos autem Sophocles: inter historicos autem HERODOTUS: inter oratores Demosthenes.

Τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ μετὰ τὸν ἀρχὸν φησί.

Eodem modo & ibidem post initium libri ait.

Λαμβανέσθω δὲ ποιητοῦ μὲν, Ὁμήρου· συγγραφέων δὲ, Ἡροδότου· ἀπὸ χρὴ γὰρ ἐκ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἰκάσαι.

Sumatur è poëtis Homerus, ex historicis vero HERODOTUS. Satis enim ex his conjicere de aliis possumus.

Καὶ πάλιν μετὰ πολλά.

Et iterum post multa.

Ὅτι γὰρ ἥδιστόν τε καὶ κάλλιστον ἐν λόγοις ἡ μεταβολὴ, πάντας εἰδέναι οἶμαι. ὧν δὲ δεῖγμα δὲ αὐτῆς ποιοῦμαι πᾶσαν μὲν τὸν Ἡροδότου λέξιν, πᾶσαν δὲ τὸν Πλάτωνος, πᾶσαν δὲ τὸν Δημοσθένους. ἀμήχανον γὰρ εὑρεῖν τούτων ἑτέρους ἐπεισοδίοις τε πλείοσι, καὶ ποικιλίαις [2] εὐροωτέραις, καὶ χρήμασι πολυειδεστέροις χρησαμένους· λέγω δὲ, τὸν μὲν ὡς ἐν ἰσοδείας σχηματισμῷ· τὸν δὲ, ὡς ἐν ἀγαλόγων χάριτι· τὸν δὲ, ὡς ἐν λόγων ἀγωνίων χρείᾳ.

Quod verò res suavissima & pulcerrima in dicendo vicissitudo sit, credo ignorare neminem. ejus exemplum vero propono totam HERODOTI dictionem, totam Platonis, totamq; Demosthenis. Non possibile enim est invenire alios qui crebrioribus episodiis, & variationibus quæ pulcrius fluant, figuriſq; magis diversis fuerint usi. Hunc dico, velut in historiæ cultu: illum, velut in dialogorum venustate: istum vero, ut in sermonis forensis usu.

1 Fortasse rectius ὕστεροι, *posteriores, inferiores.* F. Sylb. 2 εὐροωτέραις ferri potest. potest tamen admitti etiam εὐχροωτέραις· illud pulchrius fluentes, hoc elegantius coloratas significat. F. S.

Idem

TESTIMONIA.

Idem Dionyſius Halicarnaſſeus de Demoſthenis in dicendo vehementia: ſi modo hic libri titulus.

Ὁ αὐτὸς Διονύσιος Ἁλικαρνασσεὺς περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος· εἴγε αὕτη τούτου τοῦ βιβλίου ἐπιγραφή.

Quod ad tertium vero compoſitionis in oratione genus attinet, quod dixi miſtum ex ambobus eſſe (αὐστηρᾶς nimirum & γλαφυρᾶς) & commodiſſima ab utroq; excerpere, hujus nullus proprius eſt character: ſed ut illis, qui eum ſibi proponunt, lubet, utve poſſunt iſta quidem vitare, hæc vero conſequi, ita miſcere ſolent, non ſecus ac in arte pingendi mixturæ ſolent. Hujus ſtructuræ norma optima exſtitit Homerus poëtarum eximius, nec aliquis proferat dictionem concinniorem quod ad utrumque iſtorum attinet: ſuavitatem dico, & gravitatem. Et æmuli ejus exſtitere poëtarum complures tam epici quam melici; præterea tragici & comici, ac hiſtorici etiam priſci, philoſophi atq; oratores. Quorum omnium mentionem facere infinitus foret labor. Satis erit illorum qui in dicendo exſtiterunt principes, quos eſſe præſtantiſſimos mihi perſuadeo, proponere duos: ex hiſtoricis nimirum HERODOTUM; è philoſophis verò, Platonem. dignitas enim & gratia in ipſorum compoſitionibus ubique occurrit. An vero ego re examinata rectè utq; par eſt de iis ſtatuam, conſiderare poteſt quicunque voluerit. Age igitur quis negabit inter horridiorem & jucundiorem compoſitionem hanc mediam eſſe dictionem, & optima quæque deſumpſiſſe ex utraque iſta, hanc qua utitur HERODOTUS ubi Xerxi attribuit ſermonem quum deliberaret de expeditione contra Græcos ſuſcipienda: tranſlata vero eſt oratio in Atticam dialectum: Viri Perſæ, &c.

Τῆς δὲ τρίτης ἁρμονίας, ἣν ἔφαμεν [1] μικτὴν ἐξ ἀμφοῖν εἶναι, τὰ χρησιμώτατα ἐκλέγειν ἀφ' ἑκατέρας, ἐδεὶς ἔστι χαρακτὴρ ἴδιος· ἀλλ' ὡς ἂν οἱ μετιόντες [2] αὐτῶν προαιρέσεως ἔχωσιν ἢ δυνάμεως, τὰ μὲν φυγεῖν, τὰ δ' λαβεῖν, ἵνως κίρναντες, καθάπερ ἐν τῇ ζωγραφίᾳ τὰ μίγματα. ταύτης δ' ἁρμονίας κεφάλαιος μὲν ἐγένετο κανὼν ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, καὶ ἐκ ἂν τις εἴποι λέξιν ἄμεινον ἡρμοσμένην οὐδὲ ἐκείνης πρὸς ἄμφω ταῦτα. λέγω δὲ τήν τε ἡδυνὴν καὶ τὸ σεμνόν. ἐζήλωκε δ' αὐτὸν ἐκῶν τε πολλοὶ ποιηταὶ καὶ μελῶν, ἔτι δὲ τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας· συγγραφεῖς τε ἀρχαῖοι καὶ φιλόσοφοι καὶ ῥήτορες· ὧν ἁπάντων μεμνῆσθαι πολὺ ἂν ἔργον εἴη. ἀρκέσει δὲ τῶν ἐν λόγοις δυοῖν δυοῖν, οὓς ἐγὼ κρατίστους εἶναι πείθομαι, δύο προχειρίσασθαι μόνους· συγγραφέων μὲν Ἡρόδοτον, φιλοσόφων δέ, Πλάτωνα· καὶ γὰρ ἀξίωμα καὶ χάριες αὐτοῖν [3] ἐμπρέπει ταῖς ἁρμονίαις. εἰ δὲ ὀρθῶς ἐγὼ καὶ εἰκότα ἔγνωκα περὶ αὐτοῖν ἐξετάσας, τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν ἔστι. φέρε δή τις ἐκ ἂν ὁμολογήσειε τὴν τε αὐστηρᾶς καὶ τὴν [4] ἡδείας ἁρμονίας μέσην εἶναι τήνδε τὴν λέξιν, καὶ τὰ κεφάλαια εἰληφέναι παρ' ἑκατέρας, ἢ κέχρηται Ἡρόδοτος. Ξέρξῃ πεισθεὶς τὸν λόγον ὅτε [5] ἐβουλεύετο περὶ τῆς πρὸς τοὺς Ἕλληνας στρατείας; μελανομμάτῳ δ' εἰς τὴν Ἀττικὴν διάλεκτον ἡ λέξις· Ἄνδρες Πέρσαι, &c.

Apud Dionyſium Longinum de ſublimi genere dicendi.

Παρὰ Διονυσίῳ τῷ Λογγίνῳ ἐν τῷ περὶ ὕψους.

Solus HERODOTUS proximè ad Homeri exemplar acceſſit.

Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο.

---

1 μικτὴν ſubſtantivè accipiendum pro μικτόν τι, ſeu μίγμα, ut ſupra vocat, niſi μικτὴν communi genere uſurpatum hic velis, ut Antiq. Rom. l. 3. συμφορητὸς πόλις. communis enim loquendi ratio poſtulat fœminino fine μικτήν. F. S. 2 Pro αὐτῶν ſenſus & ſtructura poſtulant αὐτὴν, vel αὐτὸν vel ſaltem αὐτῷ. F. S. 3 Poſt αὐτῷ perperam in exemplari ex præcedentibus repetitum τῷ Πλάτωνα. F. S. 4 Pro ἡδείας perperam habet exemplar ἰδίας. F. S. 5 In exemplari eſt ἐβούλευε· parum congruenter. ego Stephanicam Herodoti edit. ſequi malui. F. S.

DE HEROD. EJUSQUE SCRIPTIS

Ἐκ τῆς Ἑρμογένους περὶ ἰδεῶν τόμ. β.

ΠΕΡΙ ΗΡΟΔΟΤΟΥ.

ΕΝ τοίνυν τοῖς καθ' ἱστορίαν παντηγυρικοῖς παντηγυρικώτατός ἐστιν ὁ Ἡρόδοτος. τὸ δ' αἴτιον ὅτι μὴ τῷ καθαρῷ, καὶ εὐκρινεῖ, πολύς ἐστι ταῖς ἡδοναῖς. καὶ γὰρ ἐν ἐννοίαις μυθικαῖς πεδὸν ἅπασαις, καὶ τῇ λέξει ποιητικῇ κέχρηται διόλου. μέγεθος δὲ πολλαχοῦ μὲν ἔχει καὶ τὸ κατ' ἔννοιαν, καὶ μάλιστα ἐπιμέλειαν καὶ τὸ πολὺ τοῦ κόσμου τὸ σωματοφόρον, καὶ τῷ ἡδονῷ ἔχει, καὶ τὸ μέγεθος. οἱ γὰρ πλεῖστοι τῶν ῥυθμῶν αὐτοῦ καλά τε τὰς σωμάτας, καὶ τὰς βάσεις, δακτυλικοί τέ εἰσι καὶ ἀναπαιστικοί, σπονδειακοί τε καὶ ὅλως σεμνοί. ἤδη δὲ καὶ πρόσωπον, εἴπερ τις ἄλλος, κάλλιστα καὶ ποιητικώτατα μεμίμηται. διὰ δὲ τούτων καὶ πλείονι τῷ μεγέθει πολλαχοῦ κέχρηται, ὡς ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν ἱστοριῶν κατὰ τὸν Ξέρξου πρὸς Ἀρτάβανον, κἀκείνου πρὸς Ξέρξην περὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων λόγους. τοσαῦτα καὶ περὶ Ἡροδότου.

Ex Hermogenis opere quod inscribitur περὶ ἰδεῶν *parte* II.

DE HERODOTO.

IN panegyricis itaq; quæ in historia usuveniunt, omnium maximè excellit Herodotus. Causa est: præter quod purus juxta ac disertus est, multum & in delectando occupatur. Etenim notionibus fabulosis propemodum omnibus, dictioneque poëtica utitur ubique. Amplitudinem verò sæpe habet & quod circa sententias versatur. certè accuratione sua & ornatus apparatu utrumq; consequitur tam voluptatem quam amplitudinem in dictione. Plerique enim numeri ipsius in compositionibus & pedibus dactylici sunt & anapæstici, & spondaici, prorsusq; graves. Mores verò & affectus personarum, si ullus alius, pulcherrimè & poëtico more quàm maximè imitatur. Ob eas vero & majori amplitudine sæpissimè utitur, ut alibi, & septimo historiarum, in Xerxis ad Artabanum, & illius ad Xerxem de rebus humanis sermonibus. Et hæc de HERODOTO dicta sint.

Ἐκ τῆς Μαρκελλίνου περὶ τοῦ Θουκυδίδου βίου.

Τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ (Θουκυδίδου) συγγραφέων τε καὶ ἱστορικῶν ἀψύχους ὥσπερ εἰσαγόντων τὰς συγγραφάς, καὶ ψιλῇ μόνῃ χρησαμένων ἁπλοτητὶ διηγήσει, προσώποις δὲ οὐ πεπλασμένους λόγους τινὰς, οὐδὲ ποικίλους δημηγορίας, ἀλλ' Ἡροδότου μὲν ὀλιγοστιχήσαντος, οὐ μὴν ἐξισχύσαντος (δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε λόγων, ὡς προσωποποιίας μᾶλλον ἢ περ δημηγορίας) μόνος ὁ συγγραφεὺς ἐξεῦρέ τε δημηγορίας, καὶ τελείως ἐποίησε μετὰ κεφαλαίων καὶ ἀναμίξεως, ὥστε καὶ σάσει ὑποπίπτειν τὰς δημηγορίας.

Ex Marcellino, de Thucydidis vita.

Cum autem scriptores, ac historici, qui eum (*Thucydidem*) ætate præcesserunt, historias anima (ut ita loquar) carentes conscripserint, & nuda, simplicique rerum narratione ubique sint usi, nec ullis personis ullam orationem attribuant, nec ullas conciones fecerint, cumque HERODOTUS rem tentarit, nec voti compos fieri potuerit (HERODOTUS enim conciones paucis verbis expressas fecit, personarum fictionibus similiores, quam concionibus) unus hic historiæ conditor conciones & invenit, & perfectè composuit, ita ut earum unaquæque sua capita, & partitiones habeat, & ad certum statum revocari possit.

Καὶ πάλιν.

Ἵνα δὲ μηδὲ τὰς ἄλλας ἀγνοῇς χαρακτῆρας, ἴσθι ὅτι μέσῳ μὲν Ἡροδότῳ ἐχρήσατο (ὃς ἔστε ὑψηλός ἐστιν, ἔστε ἰσχνός) ἰσχνῷ δὲ ὁ Ξενοφῶν. διὰ γὲ τὸ ὑψηλὸν ὁ Θουκυδίδης καὶ ποιητικαῖς πολλάκις ἐχρήσατο λέξεσι, καὶ μεταφοραῖς τισί.

Et iterum.

Sed ut reliquas dicendi formas cognoscas, scias HERODOTUM quidem media esse usum (quæ neq; sublimis, neq; tenuis est) Xenophontem verò tenui. Thucydides igitur, ut sublimem faceret orationem, sæpe & poëticis dictionibus, & quibusdam translationibus est usus.

Sed

TESTIMONIA

Sed abrumpere cogimur hanc telam: exstant alias hinc inde alia ejusmodi, ut apud eundem Hermogenem, Phalereum Demetrium, alios. Sic & elogia alia, quale illud vel ab inimico, quem se scripto contra Herodotum professus est, Plutarcho: γεφυρὸς, ait de Herodoto, ἀνὴρ, καὶ ἡδὺς ὁ λόγος, καὶ χάρις ἔπεστι, καὶ δεινότης καὶ ὥρα τοῖς διηγήμασι. Herodotus autem, ait Diodorus Siculus, ὁ πολυπράγμων, εἰ καί τις ἄλλος, γεγονὼς, καὶ πολλῆς ἱστορίας ἔμπειρος. Aristides vocat κάλλιστον λογοποιῶν. Θαυμασιώτατον καὶ μελίγηρυν, Athenaeus. Ἡρόδοτος ὁ σοφώτατος, inquit Cedrenus: ὁ γλυκὺς Ἡρόδοτος, Eustathius. Alia ejusmodi, quae sibi quis notaverit plenius & melius. Nos, quod unum adhuc possumus, è Cicerone & Quinctiliano testimoniis aliquot praeclaris additis, subjiciemus dein aliquot epigrammata in Herodoti laudem à veteribus scripta, & plura nova H. Stephani, contra eos qui Herodoti historiam fabulositatis accusant.

Ex Cicerone lib. II. *De orat.*

Apud Græcos autem eloquentissimi homines remoti à causis forensibus, cùm ad cæteras res illustres, tum ad scribendam historiam maximè se applicaverunt. Nanque & HERODOTUM illum qui princeps genus hoc ornavit, in causis nihil omnino versatum esse accepimus. Atqui tanta est eloquentia ut me (quantum ego Græcè scripta intelligere possum) magnopere delectet.

Ex eodem in Orat.

Quo magis sunt HERODOTUS Thucydidesque mirabiles; quorum ætas quum in eorum tempora quos nominavi accidisset, longissimè tamen ipsi à talibus deliciis vel potius ineptiis abfuerunt. Alter enim sine ullis salebris, quasi sedatus amnis, fluit: alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. primisque ab his (ut ait Theophrastus) historia commota est, ut auderet uberius quam superiores & ornatius dicere.

Ex eodem in Hortensio, apud Nonium.

Quid enim aut HERODOTO dulcius, aut Thucydide gravius? *&c.*

Idem libro de legibus I.

Patrem historiæ *eundem vocat: atque hoc referendum videtur ad illa verba quæ ex secundo de oratore libro allata paulo antè fuerunt*, HERODOTUM illum qui princeps genus hoc ornavit. *nam de historiæ scriptione loquitur.* H. Steph.

Ex M. Fabio Quinctil. lib. IX.

Ubi de compositione loquitur.

Itaque ut confiteor, pænè ultimam oratoribus artem compositionis quæ perfecta sit, contigisse: ita illis priscis habitam inter curas, in quantum adhuc profecerant, puto. Neque enim mihi quamlibet magnus autor Cicero persuaserit, Lysiam, HERODOTUM, Thucydidem, parum studiosos ejus fuisse.

DE HEROD. EJUSQUE SCRIPTIS

Aliquanto pòſt.

In HERODOTO verò cùm omnia (ut ego quidem ſentio) leniter fluunt, tum ipſa διάλεκτος habet eam jucunditatem ut latentes etiam numeros complexa videatur.

Idem lib. X.

Hiſtoriam multi ſcripſere præclarè: ſed nemo dubitat duos longè cæteris præferendos: quorum diverſa virtus laudem pænè eſt parem conſequuta. Denſus & brevis, & ſemper inſtans ſibi Thucydides: dulcis & candidus & fuſus HERODOTUS. Ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior: ille concionibus, hic ſermonibus: ille vi, hic voluptate.

Addamus & hoc ex A. Gellii Noct. Attic. lib. XV. *cap.* XXIII.

Hellanicus, HERODOTUS, Thucydides, hiſtoriæ ſcriptores in iiſdem temporibus ferè laude ingenti floruerunt; & non nimis longè diſtantibus fuerunt ætatibus: nam Hellanicus initio belli Peloponneſiaci fuiſſe quinque & ſexaginta annos natus videtur, HERODOTUS tres & quinquaginta, Thucydides quadraginta, ſcriptum hoc eſt in libro undecimo Pamphilæ.

EPI-

EPIGRAMMATA
IN
HERODOTUM,

Quorum prima tria veterum sunt, reliqua
H. STEPHANI.

ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ ποιητοῦ Θηβαίου Κοπίτου.

Οὐδ' Ἁλικαρναοσσῷ με παρίδεα μελπόμενος ἀοιδὸς
Ἡρόδοτ' Θ. πολύιδρις, ὃς Ἰωνίων κλέα φωτῶν
Ὁσσά περ ἠπείρων δυὰς ἤγαγεν, ὁσσά περ αἰὼν
Ἐξέφερεν ἑρπύζων, ἐνάτοις ἀνεδήσατο Μούσαις
Μίξας εὐεπίῃσιν Ἰωνιδ Θ. ἄνδρα φωνῆς.

Anthol. lib. V.

CHRISTODORI POETÆ THEBANI COPTITÆ.

Interprete Cl. SALMASIO.

Nec te Alicarnaſſo vates divine ſilebo
HERODOTE *ô ſapiens, quo fortia facta virorum,*
Quidquid in Europa atque Aſia labentibus annis
Tempora priſca tulere, novem ſacrante Camœnis
Juncta Iadi certat florens facundia linguæ.

ΑΔΗΛΟΥ.

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἰδ Θ. ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν,
Δωρείων πάτρης βλασθὼν ἄπο. τῷ γὰρ ἄπλητον
Μώμων ἐστὶ πεφυγών, θέλον ἔχε πάτρην.

Apud Steph. voce Θύριοι.

INCERTI.

Eodem interprete.

Lyxidæ HERODOTI *cineres humus iſta recondit*
Hiſtoriæ antiquæ patris Ioniacæ.
Quem Doris patria extulerat, patria altera poſthæc
Thurias excepit, dum fugit invidiam.

Fuit

EPIGRAMMATA IN HERODOTUM.

Fuit hoc epigramma & ſupra allatum ab avo meo, cum ejuſdem interpretatione, pag. 8. Monuit me etiam SALMASIUS noſter ὁ πάνυ, in tertio verſu, ubi vulgò habetur Δωριέων πάτρης, Palatinos codices habere Δωρίδ☉ ὀπὶ πάτρης, quod ipſum tamen vulgato melius non eſſe cenſet.

Ἄλλο.

Ἡρόδ☉ Μούσας ξεινίσατο· τῷ δ' ἄρ ἑκάστη
Ἀντὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίαν.

Ἐρρ'ικοῦ τοῦ Στεφάνου εἰς τὸν Ἡρόδοτον.

Ἡρόδ☉ λιγυρῶν ὅπι μέσσον ἄξια Μουσῶν,
Τῇδε βίβλοις σφετέρας δῶκαν ἐπωνυμίας.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἡρόδοτε τίς φθέγμα μελιγαγὲς εἶπεν ἀκούσας,
Οὐ δεῖ Μουσάων, ἦν λαλῇ Ἡρόδ☉.

Ἦ ἔτω, Καλλιόπη σίγα, ἰῶ λ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἡροδότε λαλέοντ☉ ἀκὴν ἔσο Μοῦσα σιωπῇ,
Ὄφρα σὲ μὴ εἴπω Μοῦσαν ἄμουσον ἔμεν.

Ἦ ἔτω, Μὴ πρὸς τόνδε δοκῇ Μοῦσα ἄμουσ☉ ἔμεν.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐχ Ἑλικωνιάδων τάδε ἦν, ἀλλ' Ἡροδότοιο,
Φοίβ☉ ἅτ', ἐν μέσῳ τῷ Ἑλικωνιάδων.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἡροδότε λεγόμεσθα πόν☉ θ' ἅμα ἐννέα Μουσῶν·
Κλέιμμα ἓν Μουσάων χίλιον ἄμμε λέγειν.
Εἰ δέκα δ' ἦν γεγεαφώς, δεκάπλω τις ἂν ἔπλασε Μοῦσαν,
Ὄφρα μὴ ἡ δεκάτη βίβλ☉ ἄμουσ☉ ἔοι.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἓν μὲν, ἔσιν Ἰὰς λιγυρὴ διάλεκτ☉ ἁπασῶν
Ἕξοχα, κ' μαλακὲς ἐξαφιεῖσα ῥόους·
Ἀλλὰ γὰ ὅσσον Ἰὰς πασῶν προφερεστάτη ἐξί,
Τόσσον Ἰαζόνίων Ἡρόδ☉ φερφέρει.

EPIGRAMMATA IN HERODOTUM.

ALIA EJUSDEM *H. STEPHANI* EPIGRAMMATA, PARTIM GRÆCA, PARTIM LATINA. Quæ iis qui *HERODOTUM* accuſant fabuloſitatis, reſpondent: è quibus primum quod incipit Ἄφρων omiſimus hîc, quum id ſupra jam pag. 34. habueris.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΗΡΟΔΟΤΟΝ, ὡς ἀπ' ἀυτῦ.

Θαύμαζα πολλὰ λέγων, δοκέω πολλοῖσιν ἄπιστος·
Σοὶ δ' ἄπιστος ἔη ὃς μὲ ἄπιστον ἐρεῖ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ὡς ἀπ' ἀυτῦ.

Μυθικὴ ἱστορίη φθονερῶν ἀνδρῶν τάδε καλεῦμαι.
Φεῦ πόσον ἰοβόλον τὸ σόμα τῶν φθονερῶν.
Ἀλλὰ γελᾶσιν ἀνδρες πολλοὶ μὲ λέγυσι καὶ ἄλλοι.
Ἦ ἀνδρες γελᾶσιν, μυθικὰ δὴ γελᾶσιν;
Ἱστορικοὶ πολέες ἀνδρες γελῶσι καὶ ἄλλοι,
Καὶ τῶνδ' οὐ λήθεται μυθικὴ ἱστορίη.
Ὅσ' ἐνίοις ἀνδρες δοκεῖ, δοκεῖ ἔπιπε πᾶσι.
Καὶ τὴν ἄπιστα δοκεῖ σήμερον, αὔριον οὔ.
Ἡ ἐμὴ ἱστορίη, ἀνδρες γελῶσα, καλείσθω
Ἡ ἀνδροξογράφος, μήτι δὲ μυθογράφος.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ, ΩΣ ἀπ' ἀυτῦ.

Ἔκλυον ἐν ἀίδεω ὅτι πολλοὶ πολλάκι ἄνδρες
Ἱστορίης κατ' ἐμῆς πολλὰ κακηγόρεον.
Γλύταρχος, Βοιωτὸς ἀνὴρ, πρώταρχος ἀπάντων,
Καὶ κακόηθες ἐμῦ φησὶ τὸ ἱστορικόν.
Ἀλλ' εἰ κ' εἰν ἀίδεω παῤῥησίη ἔξι μοι οἴκῳ,
Ἠθὸς οἱ εὔηθες, κ' οὐ κακόηθες ἐμοί.

SEQUUNTUR LATINA, IN EJUSDEM *HERODOTI* PERSONA SCRIPTA.

I.

MENDACEM *hiſtoricum, quonam me teſte probabis,*
Qui noſtros libros non reverenter habes?
Dicere non ſatis eſt, Nimis hæc mihi mira videntur.
Mira nimis ſeclis haud ea viſa ſuis.
Illa hoc in ſeclum ſecla ut revocentur oportet,
Si mendacem aliquo teſte probare voles.
Non revocare potes? peto tantum quod potes, ut non
Me, quæ viſa mihi, viſa negare velis.

EPIGRAMMATA IN HERODOTUM.

II.

Quisquis is est, vel quisquis erit, quo judice mendax
Dicar, vel nimium vel nihil ille sapit.
Nil sapit, hoc vulgo qui dicere credulus audet,
Atque levi famæ pondus inesse putat:
At si quis lectis hoc ausit dicere musis,
Quum sapit has ultra, plus satis ille sapit.

III.

Quod mihi narranti non credis, fabula dici
Protinus hoc dignum est, livide, judice te.
Quod quis non credit, si sic vocitare licebit,
Historicos multos fama siniſtra manet.
Credulus haud volo sis, incredulus & volo non sis:
Hic volo tu discas posse tenere modum.

ΛΕΞΕΩΝ ΙΑΔΩΝ ΣΥΛΛΟΓΗ.

Α

Ἄβιος, ὁ πολύβιος. ὡς ἄξυλος, ὁ πολύξυλος.
Ἀβελτήρ, καλόν, αὔθαδες, τρυφερόν.
Ἀγαθυεργοί, οἱ ἐκ τῆς ἱππέων ἐξιόντες, πέντε ἐκάστην ὄντες.
Ἀγαλλατίειν, διώκειν, φυλαθύειν, ὁπλάτλειν, ὑβρίζειν.
Ἄγαυρος, ἄπορος.
Ἀγλαΐον, ἀγλεῖον.
Ἄγη, βασκανία.
Ἀγγά, μαπρεὰ α.
Ἄγγα, βραχεῖα α.
Ἀδελφεός, ἀδελφός.
Ἀδελφυόμενον, ὁμοιώμενον.
Ἀθενία, ἀλθένεια.
Αἰγὶς, ἰὼ Λίβυες φορῦσι δορέων.
Αἰμασιά, Ἄνευ πηλῦ τειχίον.
Αἰνός, δεινός.
Αἶσα, Ἄλσος.
Αἰψηρός, λαψηρός.
Αἰωρηθέντες, μετεωριθέντες.
Ἀκαυδοπλήξ, ὁ πλανώμενος.
Ἀκάνθιον, ἀκάνθιον.
Ἄλαστος, ἄλης.
Ἁλίεες, συνηθροισμέναι.
Ἀλεξομένους, ἀμυνομένους.
Ἀλη, πλάνη.
Ἀληθία, ἀλήθεια.
Ἀμβοβάδλω, καθ' ὑπερβολήν.
Ἀμύσσειν, ταφάσσειν, ἑλκῶν, ξέειν.
Ἀναιρεόμενον, τὸ ἐν γαστρὶ συλλαμβανόμενον.
Ἀναισιμῶν, δαπανᾶν, ἀναλίσκειν.
Ἀνακῶς, ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς, φρονιστικῶς.
Ἀναραιρηκώς, ἠρηκώς.
Ἀναξυρίδας, τὰ βαθέα, καὶ βασιλικὰ τῆς ὑποδημάτων.
Ἀνδρόγυνος, ἑρμαφρόδιτος.
Ἀνδρόσφιγξ, σύνθετον ἄνθρωπος καὶ σφίγξ δημιούργημα.
Ἀνέγνωσεν, ἀνέπεισεν, ἐδίδαξεν.
Ἀνέλη, χρίση. ἀνελεῖν, μανθάνειν.
Ἀνθέρικας, τὰς καύλους τῆς ἀσφοδέλου.
Ἀντίξοον, τὸ ἐναντίωμενον.
Ἀντιάζειν, πολεμεῖν.
Ἀπεπλέξατο, ἀπέφυγεν.
Ἀπλικέστερον, πρεσβύτερον.
μὲν ταῦτα ἐπειρώτεον. τῷ δὲ μαντηίων ἀμφοτέρων ἐς τωὐτὸ αἱ γνῶμαι συνέβησαν, προλέγουσαι Κροίσῳ, ὡς στρατευόμενος ἐπὶ Πέρσας, μεγάλην ἀρχὴν μὲν καταλύσει. τοὺς δὲ Ἑλλήνων δυνατωτάτους σφι ἐβούλοντο οἱ ἐξευρόντα, φίλους προσθέσθαι. 40
Ἐπεὶ τε δὲ ἀνενειχθέντα τὰ θεοπρόπια ἐπύθετο ὁ Κροῖσος, ὑπερήσθη τε τοῖσι χρηστηρίοισι· πάγχυ τε ἐλπίσας καταλύσειν τὴν Κύρου βασιληίην, πέμψας αὖτις ἐς Πυθὼ Δελφοὺς, δαρείκεσι, πυθόμενος αὐτῶν τὸ πλῆθος, καὶ ἄνδρα, δύο στατῆρσι ἕκαστον χρυσοῦ. Δελφοὶ δὲ ἀντὶ τούτων ἔδοσαν Κροίσῳ καὶ Λυδοῖσι προμαντηίην καὶ ἀγελείην καὶ προεδρίην, καὶ ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ αὐτέων γενέσθαι Δελφῶν ἐς τὸν ἀεὶ χρόνον. Δωρησάμενος δὲ τοὺς Δελφοὺς ὁ Κροῖσος, ἐχρηστηριάζετο τοσόνδε. ἐπεί τε δὴ παρέλαβε τὸ μαντήιον ἀληθήιον, ἐσεφορέετο αὐτό.

& hoc Crœſi eſt. Sed quidam Delphorum gratificari Lacedæmoniis volens, hoc inſcripſit: cujus nomen ego cognitum habens, non tamen promam. Verum puer per cujus manus fluit aqua, Lacedæmoniorum eſt: ſed eorum neutrum aquiminare. Alia quoq; cum his permulta Crœſus dona miſit non inſignia: item fuſilia ex argento orbiculata: nec non mulieris ſimulacrum tricubitale, quod Delphi narrant eſſe effigiem piſtricis Crœſi. Super hoc donavit uxoris ſuæ monilia à collo pendentia, ac Zonas, 1 quæ Delphos Crœſus tranſmiſit. Amphiarao inſuper, cujus & LII virtutem audierat & cladem, donavit clypeum ex auro totum, totamque ex auro ſolido haſtam, & 2 xyſtum cum ſuis jaculis aureum. quæ ambo ad meam uſque memoriam apud Thebas repoſita fuerunt in Iſmenii Apollinis templo. Hæc dona LIII Lydis portaturis ad oracula Crœſus injunxit ut interrogarent an adverſus Perſas Crœſus ſumeret expeditionem, & aliquorum hominum auxilia adſciſceret. Lydi ubi eò quò dimittebantur pervenerunt, donariis oblatis, oracula conſuluerunt his verbis, Crœſus Lydorum aliarumque nationum Rex, 3 iſta in hominibus ſola eſſe vaticinia ſentiens, idcirco qualia debita ſunt dona dat, voſque percontatur an adverſus Perſas ſit profecturus in expeditionem, & ſocialem aliquem exercitum ſibi adjuncturus. Atque hi quidem hæc interrogarunt. Oraculi autem utriuſque in idem concurrebant ſententiæ, prædicentes Crœſo fore ut ſi arma Perſis inferret, magnum imperium everteret. Conſulebant etiam ut potentiſſimos Græcorum ad comparandos ſibi ſocios exquireret. His reſponſis relatis atque auditis, LIV Crœſus ita elatus animo eſt ut omnino conciperet ſpem ſe everſurum eſſe imperium Cyri: ac rurſus mitteret Delphos ad Pythiam dona, in ſingulos viros, quos illic multos eſſe audiebat, binos auri ſtateres. Ob quæ munera Delphi viciſſim Crœſo Lydiſque donarunt primas in conſulendo 4 oraculo partes, primumq; in ſedendo locum, & jus perpetuum cuique volenti adſcribi in numerum Delphorum. Cæterum donis Crœſus proſequutus Delphos, LV tertio vaticinium conſuluit, 5 quod videlicet illud verax ſibi eſſe comperiſſet.

1 Et hæc quidem Delphos Crœſ. 2 Haſtile cum ſuis ſpiculis. 3. Exiſtimans ſola hæc eſſe inter homines oracula, mittit vobis dona veſtris inuentis convenientia. 4 Et renuntiando orac. *Valla legit ἀπαλὴν pro ἀγελὴν.* 5 Poſtquam enim oracullum illud verax eſſe comperiſſet, eo ad ſatietatem uſque abutebatur. *Q. d. eo ſe ad ſaturitatem uſque implebat.*

Quæ

Quærebat autem an diuturnum ſibi foret imperium. Cui Pythia in hæc verba reſpondit,

Regis apud Medos mulo jam ſede potito,
Lyde fugam mollis ſcrupoſum corripe ad Hermum,
Neve mane: ignavus poſito ſis Lyde pudore.

LVI. His ex verſibus, quum allati eſſent, multo magis quam ex ceteris voluptatem Cræſus accepit, ſperans fore ut nunquam apud Medos mulus pro viro regnaret: & proinde nec ipſe nec poſteri ſui principatu abrogarentur. Poſt hæc putavit ſibi curandum ut potentiſſimos Græcorum ſibi conciliaret. Idque veſtigando, comperit Lacedæmonios atque Athenienſes, eos eſſe: quod alteri in Dorico genere, alteri in Ionico antecellerent. 1 Nam de his ita antea judicabatur, quum ab initio altera gens foret Pelaſgica, altera Hellenica, *hæc eſt Græca*: quarum hæc nunquam ſolum mutavit, illa aſſidue multumque eſt peruagata. Etenim ſub Deucalione Rege oram Phthiotidem incoluit, ſub Doro Hellenis filio regionem quæ ad Oſſam & Olympum jacet, nomine Iſtiæotim: unde à Cadmæis ejecta, coluit in Pindo locum quem vocant Macednum. Inde rurſus in Dryopidem commigravit, atque ita in Peloponneſum venit, Doricæque cognominata

LVII eſt. Cæterum qua lingua Pelaſgi ſint uſi, pro certo affirmare non poſſum: 2 ſed conjectura ſignorum licet dicere eandem qua nunc Pelaſgi utuntur qui ſupra Tyrrhenos urbem Creſtonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum qui nunc Dores vocantur, tunc incolentes regionem quæ nunc Theſſalia nominatur, & Placiam, & Scylacem: quum Pelaſgi habitarent ad Helleſpontum, qui contermini Athenienſium erant: aliaque omnia Pelaſgica oppida nomen immutarunt. Quibus ſignis conjectantes oportet dicere, Pelaſgos barbara lingua fuiſſe: & ſi tota gens Pelaſgica talis erat, gentem Atticam utpote Pelaſgicam, quum in Hellenes, *id eſt Græcos*, tranſiit, linguam ſimul iſtorum perdidiſſe. Etenim neque Creſtoniatarum loquela cum ullo circà populorum conſentit, & Placianorum ne ſecum quidem ipſa.

ἐπειρώτα ὃ τάδε· χρηστηριαζόμῳ, εἰ οἱ πλυχρόνιος ἔσαι ἡ μοναρχίη. ἡ δ' Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε,

Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
Καὶ τότε Λυδὲ πόδαβρὲ πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον
Φεύγειν μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

Τούτοισι ἐλθοῦσι τοῖσι ἔπεσι ὁ Κροῖσος πολλόν τι μάλιστα πάντων ἥσθη, ἐλπίζων ἡμίονον οὐδαμὰ αὐτὸν ἀνδρὸς βασιλεύειν Μήδων· οὐδ' ὧν οὗτος, οὐδὲ οἱ ὀπίσω, παύσεσθαί κοτε τῆς ἀρχῆς. μετὰ δὲ ταῦτα, ἐφρόντιζεν ἱστορέων τοὺς ἂν Ἑλλήνων δυνατωτάτους ἐόντας προσκτήσαιτο φίλους. ἱστορέων δὲ, εὕρισκε Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους προέχοντας· τοὺς μὲν, τῆς Δωρικῆς γένεος, τοὺς δὲ, τῆς Ἰωνικῆς. ταῦτα γὰρ ἦν τὰ πρωτεύοντα ἔθνεα τὸ ἀρχαῖον· τὸ μὲν, Πελασγικόν, τὸ δὲ, Ἑλληνικὸν ἔθνος· καὶ τὸ μὲν, οὐδαμῇ κω ἐξεχώρησε· τὸ δὲ, πυλυπλάνητον κάρτα. ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλεύοντος οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν· ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος, τὴν ὑπὸ τὴν Ὄσσην τε καὶ τὸν Ὄλυμπον χώρην, καλεομένην δὲ Ἱσταιῶτιν. ἐκ δὲ τῆς Ἱσταιώτιδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, οἴκεε ἐν Πίνδῳ Μακεδνὸν καλεόμενον. ἐνθεῦτεν δὲ αὖτις ἐς τὴν Δρυοπίδα μετέβη, καὶ ἐκ τῆς Δρυοπίδος ἥκων ἐς Πελοπόννησον ἐλθὼν, Δωρικὴν ἐκλήθη. Ἥν τινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοί, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν· εἰ δὲ χρεὼν ἐστὶ τεκμαιρόμενον λέγειν τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν τῶν ὑπὲρ Τυρσηνῶν Κρηστῶνα πόλιν οἰκεόντων, οἵ ὁμουροι ἦσαν τοῖσι νῦν Δωριεῦσι καλεομένοισι· οἴκεον δὲ τηνικαῦτα γὰρ τὴν νῦν Θεσσαλιῶτιν καλεομένην, καὶ τὴν Πλακίην τε καὶ Σκυλάκην, Πελασγῶν οἰκησάντων· ὃν Ἑλλησπόντου, οἵ σφίσι οἰκοι ἐγένοντο Ἀθηναίοισι· καὶ ὅσα ἄλλα Πελασγικὰ ἔθνεα πολίσματα, τὸ οὔνομα μετέβαλε· εἰ τούτοισι τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν τοιοῦτον τὸ Πελασγικὸν, τὸ Ἀττικὸν ἔθνος ἐὸν Πελασγικὸν, ἅμα τῇ μεταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας, καὶ τὴν γλῶσσαν μετέμαθε. καὶ γὰρ δὴ ὅτε οἱ Κρηστωνιῆται ἐδαμοῖσι τὸν νῦν σφέας περιοικεόντων εἰσὶν ὁμόγλωσσοι, ἔτε οἱ Πλακιηνοὶ, σφίσι ὁμόγλωσσοι.

1 Nam hæ duæ gentes antiquitus præcellere judicabantur, una videlicet Pelaſgica, altera vero Hellenica: quarum iſta quidem nunquam alio demigrarit, illa vero valde multumque ſit vagata. 2 *Totum hunc locum ſic interpretor, qui in Græco etiam exemplari prorſus eſt perturbatus.* Sed ex conjectura licet dicere, ejus linguæ fuiſſe cujus ſunt hodie ii ex Pelaſgis qui ſupra Tyrrhenos Crotona civitatem incolunt, & olim finitimi erant iis quos nunc Dores vocant: tum videlicet quum eam quam nunc appellant Theſſaliam Regionem incolebant: & ii quoque Pelaſgi qui Placiam & Scylacen condiderunt, & Athenienſium contubernales fuerunt. Ex his, inquam, conjectura facta, dicere licet, Pelaſgos olim barbare fuiſſe loquutos. Nam & Crotoniatæ & Placieni lingua quidem diſſident à ſuis vicinis, inter ſe vero conveniunt: ——

14 δηλῶσί τε ὅτι τὸν εἰνείκαντο γλῶσσαν χρεωκτῇσι μεταβαίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία, τοῦτον ἔχουσιν ἐν φυλακῇ. Τὸ δὲ Ἑλληνικὸν γλώσσῃ μὲν, ἐπεί τε ἐγένετο, ἀεὶ κατὰ τὠυτὸ χρέεται, ὡς ἐμοὶ καταφαίνεται εἶναι· ἀπεκριθὲν μέν τοι ἀπὸ τοῦ Πελασγικοῦ, ἐὸν ἀδενὲς, ἀπὸ σμικροῦ τέως τὴν ἀρχὴν ὁρμεώμενον, αὐξηθὲν ἐς πλῆθος, πρὸς ἐθνέων πολλῶν μάλιστα περικεχωρηκότων αὐτῷ, καὶ ἀλλων ἐθνέων βαρβάρων συχνῶν. ὡς δὲ οὐκ ἐμοί τε δοκέει, οὐδὲ τὸ Πελασγικὸν ἔθνος ἐὸν βάρβαρον, οὐδαμᾷ μεγάλως αὐξηθῆναι.

Τότων δὴ ὦν τῶν ἐθνέων τὸ μὲν Ἀττικὸν, κατεχόμενόν τε καὶ διεπασμένον ἐπωδῇσι ἐνέλεο ὁ Κροῖσος ὑπὸ Πεισιστράτου τοῦ Ἱππακείδεω, τύραννον τότε Ἀθηναίων. Ἱππακείδῃ γὰρ, ἐόντι ἰδιώτῃ, καὶ θεωρέοντι τὰ ὀλύμπια, τέρας ἐγένετο μέγα. θύσαντι γὰρ αὐτῷ τὰ ἱρὰ, οἱ λέβητες ἐπεζεῶτες, καὶ κρεῶν ἐόντες ἔμπλεοι καὶ ὕδατος, ἀνέδραμόν τε καὶ ὑπερέβαλον. Χείλων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος τυγχάνων παρεὼν, καὶ θεησάμενος τὸ τέρας, συνεβούλευε Ἱππακείδῃ, πρῶτα μὲν γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία· εἰ δὲ τυγχάνει ἔχων, δεύτερα τῇ γυναῖκα ἐκπέμπειν· καὶ εἴ τις οἱ τυγχάνει ἐὼν παῖς, τοῦτον ἀπειπασθαι. ἔπειτα ταῦτα παραινήσαντος Χείλωνος πείθεσθαι ἔλεγον τὸν Ἱππακείδεα· γενέσθαι οἱ μετὰ ταῦτα τὸν Πεισίστρατον τοῦτον, ὃς, στασιαζόντων τῶν παραλίων καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου Ἀθηναίων, καὶ τῶν μὲν περεσεώτων Μεγακλέος τοῦ Ἀλκμαίωνος, τῶν δὲ ἐκ τοῦ πεδίου, Λυκούργου Ἀριστολαΐδεω, καταφρόνησαι τὴν τυραννίδα, ἤγειρε τρίτην στάσιν. συλλέξας δὲ " στασιώτας, καὶ τῷ λόγῳ τῶν Ὑπερακρίων προστὰς, μηχανᾶται " τοιάδε· τρωματίσας ἑωυτόν τε καὶ ἡμιόνους, ἤλασε ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος, ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθρούς, οἱ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἤθελον ἀπολέσαι δῆθεν. ἐδέετο τε τοῦ δήμου φυλακῆς τινὸς πρὸς ἑωυτοῦ κυρήσαι, πρότερον δοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας στρατηλίῃ, Νίσαιάν τε ἑλὼν, καὶ ἄλλα ἀποδεξάμενος μεγάλα ἔργα. ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων, ἐξαπατηθεὶς, ἐδώκέν οἱ τῶν ἀστῶν καταλέξαι ἄνδρας τινὰς, οἳ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνηφόροι δέ. ξύλων γὰρ κορυναι ἕποντο ἅπαντες ἐξεργασμένοι ὄπισθεν. συνεπαραστάντες δὲ ἅμα Πεισιστράτῳ, ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. ἔνθα δὲ ὁ Πεισίστρατος ἄρχων Ἀ-

Per quod declarant, quam linguæ figuram obtinebant quum in hæc loca tranſierunt, eandem ſe nunc conſervare. At natio Hellenica, *id eſt Græca*, ex quo exiſtit, eadem lingua ſemper eſt uſa, ut mihi videtur: ideo imbecillis, quod ex Pelaſgica fuit abſciſſa, & ab exiguo initio profecta, mox in multas gentes augeſcens, tum aliarum, tum præcipue barbararum frequentia ſe ad illam conferente. Quæ cauſſa mihi videtur fuiſſe cur gens Pelaſgica, quodGræca eſſet, nequaquam magnos profectus fecerit. ¶ Ex his igitur gentibus, Atticam quidem Crœſus audiebat obtineri,oppreſſamque eſſe à Piſiſtrato Hippocratis filio. Hic enim ea tempeſtate tyrannus Athenis erat. Cujus patri, quum privatus ſpectaret olympia, ingens contigit portentum. Nam quum hoſtiam immolaſſet, ahena (ut impoſita erant) plena & carne & aqua, abſque igne efferbuerunt, ita ut aqua redundaret. Quod portentum conſpicatus Chilon Lacedæmonius, qui forte aderat, ſuaſit ei primum, ne uxorem fecundam duceret domum: ſecundo loco, ſi uxorem haberet, ejiceret: & ſiquidem ex ea filium ſuſtuliſſet, abdicaret. Hujus conſilio non perſuaſus Hippocrates, hunc poſtea Piſiſtratum filium ſuſtulit, qui in ſeditione litoralium, quibus præerat Megacles Alcmæonis filius: & campeſtrium, quibus præerat Lycurgus Ariſtolaidis filius, tertiam ſeditionem excitavit, tyrannidem affectans: contractiſque ſeditioſis, per cauſſam tutandi montanos, hujuscemodi rem machinatur: Seipſum ac mulos quum vulneraſſet, agitavit vehiculum in forum, tanquam elapſus ex hoſtibus, quem rus proficiſcentem illi prorſus interimere voluiſſent: & populum precatus eſt ut aliquid cuſtodiæ circa ſe obtineret, quum prius ſpecimen ſui edidiſſet in expeditione contra Megarenſes, cui præfuerat, capta Niſæa, aliiſque præclaris operibus editis. Populus igitur Athenienſis, ita deceptus, dedit ei quoſdam è civibus delectos pro ſatellitibus, non qui haſtas ſed clavas ferrent,Piſiſtrati m ſectantes. Cum quibus ille impetu facto arcem occupavit: & inde Athenienſium imperio potitus,

LVIII

LIX

1 & ſatis oſtendunt ſe eam ipſam linguæ formam conſervaſſe quam habebant quum in eas regiones migrarent. Itaque ſi tota gens Pelaſgica talis erat, Atticæ regionis incolæ Pelaſgi: & quæcunque aliæ Pelaſgicæ civitates nomen mutarunt, quum in Hellenas mutarentur, ſuam etiam linguam dedidicerunt. Gens autem Hellenica ſemper ex quo extitit, eadem lingua uſa eſt, ut mihi videtur: quumque à Pelaſgis abſciſſa, imbecilla eſſet, a tenuibus quibuſdam principiis progreſſa, valde multis gentibus & frequentibus etiam barbaris cum ea ſeſe conjungentibus, in multitudinem excrevit. Et ſic quoque mihi videtur Pelaſgica gens, quum barbara eſſet, magnopere non creviſſe.

tus, nullis qui tum erant magiſtratibus perturbatis, néq; legibus mutatis, ſed in præſenti ſtatu manens, urbem bene ac pulchre exornavit. Sed non multo poſt tempore milites Megaclis & Lycurgi con-
LX. cordibus animis eum ejecerunt. Hunc igitur in modum Piſiſtratus primum obtinuit Athenas, & tyrannidem nondum valde ſtabilitam amiſit: cujus ejectores rurſus inter ſe ſeditiones redintegrarunt. Hac autem ſeditione Megacles fatigatus, Piſiſtratum miſſo caduceatore invitat nunquid velit filiam capere uxorem, addita tyrannidis conditione. Accipiente vero conditionem Piſiſtrato, machinati ſunt ad illum reſtituendum, rem (ut ego comperio) longe ſtultiſſimam: (quandoquidem jamolim dijudicatum eſt Græcam gentem dexteriorem eſſe quam barbaram, & magis ab ineptiis abhorrentem) præſertim ſi iſti ex Athenienſium numero, qui inter Græcos feruntur ſapientia primi, talia machinati ſunt. Erat in tribu Pæanica mulier nomine Phya, tribus digitis minus ſtatura quatuor cubitorum: alioqui formoſa. Hanc mulierem omni armatura quum inſtruxiſſent, in currumque ſuſtuliſſent, compoſitam in eum habitum quo venuſtiſſima videnda eſſet, in urbem agunt, præmiſſis qui præcurrerent præconibus, quique quum in urbem veniſſent, hæc mandata exequerentur, his verbis, Athenienſes bona mente excipite Piſiſtratum, quem Minerva ipſa præcipuo inter homines honore proſequuta, in ſuam reducit arcem. Iſti igitur paſſim euntes talia prædicaverunt: & ſtatim rumor in tribus emanavit, Piſiſtratum à Minerva reduci. Qui vero in urbe erant, perſuaſi hanc mulierem eſſe deam ipſam, feminæ ſupplicarunt pariter,
LXI. & Piſiſtratum acceperunt. Hunc in modum quem diximus, recuperata tyrannide, Piſiſtratus, ex pactione quam inierat cum Megacle, filiam ejus duxit uxorem. Verum quum & filii eſſent ei adoleſcentes, & Alcmæonidæ dicerentur obnoxii eſſe crimini piaculari, nolens ex novo conjugio liberos tollere, 1 haud legitime coibat cum uxore. Quam rem quum inter illicita occultaſſet, poſtea ad matrem retulit, enuntiaret id necnè. Mater viro indicavit. Iſte vero ſiniquo animo ferens ſe à Piſiſtrato contumelia affici, ut erat iratus, 2 milites homini infenſos reddidit.

Ἀθηναίων, ἔτε πυλὰς τὰς ἐσας σιδηρέας ἔξαι, ἔτε θέσμια μέλλαλάξαι· ὅπῃ τε τοῖσι καθεσεῶσι ἔμελε, τὴν πόλιν κοσμέων καλῶς τε καὶ δίκαιος μετ' ὀλίγον τε χρόνον πολλὸν χρήματα τῶυτὸ φρονήσαντες οἵ τε τοῦ Μεγακλέος στρατιῶται καὶ οἱ τοῦ Λυκόργου ἐξελαύνεσί μιν. στρατιῶται

Οὕτω μὲν Πεισίστρατος ἔσχε τοπρῶτον Ἀθήνας, καὶ τὴν τυραννίδα ἔτι κάρτα ἐρριζωμένην ἔσχον, ἀπέβαλον. οἱ δὲ ἐξελάσαντες Πεισίστρατον, αὖτις ἐν νέῳ ἐπ' ἀλλήλοισιν ἐστάσιασαν. ὠθισθέντες δὲ τῇ στάσι ὁ Μεγακλέης, ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστράτῳ, εἰ βούλοιτό οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ὅπῃ τῇ τυραννίδι. ἐνδεξαμένου δὲ τὸν λόγον, καὶ ὁμολογήσαντος ἐπὶ τούτοισι Πεισιστράτου, μηχανῶνται δὴ ἐπὶ τῇ κατόδῳ πρῆγμα δοκησιμώτατον, ὡς ἐγὼ εὑρίσκω, μακρῷ· ἐπεί γε ἀπεκείλη ἐκ παλαιτέρου τὸ βάρβαρον ἔθνεος τὸ Ἑλληνικόν, ἐόν καὶ δεξιώτερον, καὶ δοκησιμώτερον ἀπαλλαγμένον μᾶλλον· εἰ καὶ τότε γε ἦσαν ἐν Ἀθηναίοισι τοῖσι πρώτοισι λεγομένοισι εἶναι Ἑλλήνων σοφίῃ, μηχανῶνται τοιάδε. ἐν τῷ δήμῳ τῷ Παιανιέι ἦν γυνὴ τῇ οὔνομα ἦν Φύη, μέγεθος ἀπὸ πηχέων τεσσάρων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους, καὶ ἄλλως εὐειδής. ταύτην τὴν γυναῖκα σκευάσαντες παντοίῃ, ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαντες, καὶ προδέξαντες οἷόν τι ἔμελλεν εὐπρεπέστατον φανεῦσα ἔχουσα, ἥλαυνον ἐς τὸ ἄστυ, προδρόμους κήρυκας προπέμψαντες, οἳ τὰ συντεταλμένα ἠγόρευον ἐς τὸ ἄστυ ἀπικόμενοι· λέγοντες τοιάδε, Ὦ Ἀθηναῖοι, δέκεσθε ἀγαθῷ νόῳ Πεισίστρατον, τὸν αὐτὴ ἡ Ἀθηναίη τιμήσασα ἀνδρῶν μάλιστα, κατάγει ἐς τὴν ἑωυτῆς ἀκρόπολιν. οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἐφαρτοιεύοντες ἔλεγον· αὐτίκα δὲ ἐς τε τοὺς δήμους φάτις ἀπίκετο ὡς Ἀθηναίη Πεισίστρατον κατάγει· καὶ ὃν τῷ ἄστει πειθόμενοι τὴν θεὸν, προσεύχοντό τε τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, καὶ ἐδέκοντο τὸν Πεισίστρατον. Ἀπολαβὼν δὲ τὴν τυραννίδα τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ὁ Πεισίστρατος, καὶ τὴν ὁμολογίην τὴν πρὸς Μεγακλέα γενομένην, γαμέει τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. οἷα δὲ παίδων τε οἱ ὑπαρχόντων ἡνιέων, καὶ λογισμῶν ἐναγέων εἶναι τῷ Ἀλκμαιωνιδέων, ἐὼν βουλόμενος οἱ γενέσθαι ἐκ τῆς νεογάμου γυναικὸς τέκνα, ἐμίσγετό οἱ κατὰ νόμον. τὰ μέν νυν πρῶτα ἐκρυπτε ταῦτα ἡ γυνὴ μήτε ὅτε ἰσοροδίη, εἴτε καὶ ἄλλο τι φράζεται τῇ ἑωυτῆς ὑπολείπουσα ἢ ὡς τῷ ἀνδρὶ τοῦτο δεινὸν ποιέηται· ὕστερον δὲ ἀναμάζεως πρὸς Πεισιστράτου. ὀργὴ δὲ ὡς εἶχε καταλλάσσεται τῇ ἐχθρὴν τοῖσι πρασιώτῃσι. πρασιώτῃσι.

1 Non coibat cum uxore ut moris eſt. Et illa quidem initio hoc tegebat, poſtea vero matri, ſive percontanti, ſive minus, expoſuit: & iſta rurſus marito. 2 Poſitis inimicitiis in gratiam rediit cum ſeditioſis.

μαθὼν δὲ ὁ Πεισίστρατος τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ, ἀπαλλάσσετο ἐκ τῆς χώρης τὸ παράπαν. ἀπικόμενος δὲ ἐς Ἐρέτριαν, ἐβουλεύετο ἅμα τοῖσι παισίν. Ἱππίεω δὲ γνώμην νικησάντων, ἀναλαβὼν ὁπίσω τὴν τυραννίδα, ἐνδαῦτα ἤγειρον δωτίνας ἐκ τῶν πολίων, αἱ τινὲς σφι προεδέατο καὶ πολλῶν δὲ μεγάλα χρημάτων συνενειχθέντων χρήματα, Θηβαῖοι ὑπερεβάλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων. μετὰ δὲ, οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν, χρόνου διέφυ, καὶ πάντα σφι ἐξήρτυτο ἐς τὴν κάτοδον. καὶ γὰρ Ἀργεῖοι μισθωτοὶ ἀπίκοντο ἐκ Πελοποννήσου· καὶ Νάξιός σφι ἀνὴρ ἀπρομύθου ἐθελοντὴς, τῷ ἔνομα ἦν Λύγδαμις, προθυμίην πλείστην παρεῖχετο, χρήματά τε καὶ ἄνδρας. Ἐξ Ἐρετρίης δὲ ὁρμηθέντες, ἅμα ἐνδεκάτῳ ἔτεϊ ἀπίκοντο ὀπίσω· καὶ πρῶτον τῆς Ἀττικῆς ἔσχον Μαραθῶνα· ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ σφι στρατοπεδευομένοισιν, οἵ τε ἐκ τοῦ ἄστεος σφασι συνῆσαν ἀπίκοντο, ἄλλοι τε ἐκ τῶν δήμων προσέρρεον, οἵσιν ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλαυνομένης ἦν ἀστικωτέρη. οὕτω μὲν δὴ συνελίζοντο. Ἀθηναίων δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεος, ἕως μὲν Πεισίστρατος τὰ χρήματα ἤγειρε, καὶ μεταῦτις ὡς ἔσχε Μαραθῶνα, λόγον οὐδένα εἶχον· ἐπεὶ τε δὲ ἐπύθοντο ἐκ τοῦ Μαραθῶνος αὐτὸν ἐπὶ σφέας στρατιὴν ἄγοντα, οὕτω δὴ βοηθέοντες ἐπ' αὐτὸν. καὶ οὕτοί τε παντοστὶ ἦσαν ἐπὶ τοὺς καταντίους καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ὡς ὁρμηθέντες ἐκ Μαραθῶνος ἦσαν ἐπὶ τὸ ἄστυ ἐς ταὐτὸ συμβάλλοντες, ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδα Ἀθηναίης ἱρόν, καὶ ἀντία ἐστρατοῦντο τὰ ὅπλα. ἐνδαῦτα θείῃ πομπῇ χρεώμενος παρίσταται Πεισιστράτῳ Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνάν, χρησμολόγος ἀνὴρ, ὃς οἱ προσιὼν χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ, τάδε λέγων,

Ἐρρίπται δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασται·
Θυννοὶ δ' οἰμήσουσι σελαναίης ἅμα νυκτός.

Ὁ μὲν δὴ οἱ ἐπιθεάζων χρᾷ τάδε· Πεισίστρατος δέ, συλλαβὼν τὸ χρηστήριον, καὶ φὰς δέκεσθαι τὸ χρησθὲν, ἐπῆγε τῇ στρατιῇ. Ἀθηναίων δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεος περὶ ἄριστον τετραμμένοι ἦσαν δὴ τηνικαῦτα· καὶ μετὰ τὸ ἄριστον μετεξέτεροι αὐτῶν, οἱ μὲν, πρὸς κύβους, οἱ δὲ, πρὸς ὕπνον. οἱ δὲ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ἐσπεσόντες,

Quæ fieri Piſiſtratus contra ſe animadvertens, regione prorſus abſcedit: & ubi Eretriam pervenit, una cum filiis deliberat. Quum autem ſententia Hippiæ prævaluiſſet, de tyrannide rurſus recuperanda, 1 aliquot civitates excitaverunt, quæ ipſis nonnihil benevolæ erant. Et cum aliæ complures contulerunt pecuniæ multum, tum vero Thebani plurimum. 2 Poſt hæc non ita multo interjecto tempore, omnia ad reditum eis in expedito fuerunt. Nam & ex Peloponneſo Argivi aderant mercede conducti, & Naxius quidam, nomine Lygdamis, ultro adveniens, multum alacritatis addidit, allatis & pecuniis & copiis. Profecti autem Eretria, LXII anno undecimo vertente redierunt, & primum in Attica Marathonem occuparunt. Ad quos interea ibi caſtra habentes cum ſeditioſi ex urbe ſe conferebant, tum alii ex tribubus confluebant, quibus erat tyrannis quam libertas jucundior: atque ita congregabantur. Cæterum Piſiſtratus, quandiu pecuniam cogebat, & poſtea Marathonem tenebat, Athenienſes qui intra urbem degebant, rem nihili fecerunt: ſed ubi acceperunt eum ex Marathone urbem verſus movere, ita domum ad ſe defendendos obviam tendunt. Iſti igitur cum omnibus copiis infeſti in illos redeuntes tendebant. Quum autem qui cum Piſiſtrato erant è Marathone digreſſi, ſimul contra urbem irent, & in eundem locum conveniſſent, perrexerunt ad Minervæ Pallenidis fanum, 3 altrinſecuſque arma poſuerunt. Hîc divina pompa fungens Amphilytus Acarnan ariolus, 4 Piſiſtratum cui aſſiſtebat adiit, & hexametro carmine vaticinatus eſt, inquiens,

5 *Eſt nummus projectus, item ſunt retia tenta:*
Nocte meant thynni claro ſub ſidere lunæ.

Hoc ille oraculum divino afflatus ſpi- LXIII ritu reddidit. Piſiſtratus vero, eo percepto, & ſe illud accipere affirmavit, & in Athenienſes urbe egreſſos copias duxit. At illi tunc ad prandium ſe converterant, & ſecundum prandium partim ad talos, partim ad ſomnum. In hos igitur impetu facto, qui cum Piſiſtrato erant,

1 Munera collegerunt ex urbibus antea ſibi utcunque cognitis. 2 Poſtea vero (ut paucis abſoluam) tempus emerſit, & omnia ad reditum fuerunt ipſis parata. 3 pervenit, & arma ex adverſo poſuit. Ibi vero divino impetu fretus Amph. 4 Piſiſtrato adfuit, & ad eum accedens, hex. 5 Verriculum jactum eſt, expanſaque retia, nocte Mox aderunt thynni cl.

eos in fugam vertunt. Ipsis autem fugientibus solertissimum consilium Pisistratus excogitavit [1] ut Athenienses nec amplius caperentur, & tamen dissiparentur: Pueros, jussos conscendere equos, præmisit, qui assequendo fugientes, mandata Pisistrati dicerent, juberentque eos bono animo esse, & ad sua quemque abLXIV ire. Ita audientibus dicto Atheniensibus, Pisistratus tertio potitus Athenis, tyrannidem stabilivit, tum auxiliariorum copiis, tum pecuniarum proventibus, partim indidem, partim à flumine Strymone comparatis. Filios quoque eorum Athenienſium qui perstiterant, nec è vestigio fugam fecerant, pro obsidibus sumptos, in Naxum transtulit. Hanc enim insulam bello subegerat, Lygdamidique permiserat, quum antehac etiam Delum insulam ex oraculis expiasset. Expiavit autem, quatenus prospectus à templo ferebatur, eatenus ex omni loco cadaveribus effossis, & in alium ejusdem insulæ locum translatis. Itaque Pisistratus tyrannide potitus est, Athenienſium aliis in prœlio cæsis, aliis una cum Alcmæonidis LXV domo profugis. ¶ [2] Hunc ita Athenienſibus imperantem ea tempestate Crœsus audiebat: Lacedæmonios quoque magnis è cladibus ereptos, & jam Tegeatibus bello superiores esse. Quippe sub Leonte & Hegesicle Spartæ regnantibus, Lacedæmonii quum cætera bella prospere gessissent, adversus solos Tegeates cladem acceperant. Et antea fere ex omnibus Græcis pessime morati fuerant, [3] tam circa se quam circa hospites nullo consuetudinis conversationisque commercio. Quæ instituta in melius mutavere, Lycurgo, viro inter Spartiatas probato, Delphos ad oraculum profecto: cui, simulatque in ædem ingressus est, Pythia hæc inquit,

Ad mea venisti præpinguia templa Lycurge,
Grate Jovi & cunctis qui tecta tuentur Olympi.
Ambigo vaticiner sis utrum, virne deusne:
Sed multo magis esse deum te credo Lycurge.

Nonnulli præter hæc aiunt Pythiam ei exposuisse instituta quæ nunc à Spartiatis servantur. Ipsi tamen Lacedæmonii volunt, Lycurgum, quum esset tutor & idem patruus Leobotæ Spartiatarum regis

τὰς Ἀθηναίους τρέπουσι. Φθεγγόντων δὲ τούτων, βουλὴν συνδαῦτα σοφωτάτην Πεισίστρατος ἐπιτεχνᾶται, ὅκως μήτε ἀλισθείεν ἔτι οἱ Ἀθηναῖοι, διεσκεδασμένοί τε εἶεν. Ἀναβιβάσας τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους, προέπεμπεν· οἱ δὲ, καταλαμβάνοντες τοὺς φεύγοντας, ἔλεγον τὰ ἐντεταλμένα ὑπὸ Πεισιστράτου, θαρσέειν τε κελεύοντες, καὶ ἀπιέναι ἕκαστον ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ. Πειθομένων δὲ τῷ Ἀθηναίων, οὕτω δὴ Πεισίστρατος τοτείτην ἔχων Ἀθήνας, ἐρρίζωσε τὴν τυραννίδα, ἐπικούροισί τε πολλοῖσι, καὶ χρημάτων συρρύδισι· τῶν μὲν, αὐτόθεν, τῶν δὲ, ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ συνιόντων· ὁμήρους τε τῶν προκαταμεινάντων Ἀθηναίων καὶ μὴ αὐτίκα φυγόντων παῖδας λαβών, καὶ καταστήσας ἐς Νάξον. Καὶ γὰρ ταύτην ὁ Πεισίστρατος καπετρέψατο πολέμῳ, καὶ ἐπέτρεψε Λυγδάμει. Πρός γε ἔτι τούτοισι, τὴν νῆσον Δῆλον καθήρας ἐκ τῶν λογίων. Καθήρας δὲ ὧδε ἐτύγχανε· ὅσον ἔποψις τοῦ ἱροῦ εἶχεν, ἐκ τούτου τοῦ χώρου πανδημεὶ ἐξορύξας τοὺς νεκρούς, μετοφόρεεν ἐς ἄλλον χῶρον τῆς Δήλου. Καὶ Πεισίστρατος μὲν ἐτυράννευσε Ἀθηναίων· Ἀθηναίων δὲ οἱ μὲν ἐν τῇ μάχῃ ἐπεπτώκεσαν, οἱ δὲ αὐτῶν μετὰ Ἀλκμαιωνιδέων ἔφυγον ἐκ τῆς οἰκίης. Τοὺς μὲν νυν Ἀθηναίους τιαῦτα τὸν χρόνον τοῦτον ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖσος κατέχοντας· τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους ἐκ κακῶν τε μεγάλων πεφυγότας, καὶ ἐόντας ἤδη τῷ πολέμῳ κατυπερτέρους Τεγεητέων. Ἐπὶ γὰρ Λεοντος βασιλεύοντος καὶ Ἡγησικλέος ἐν Σπάρτῃ, τοὺς ἄλλους πολέμους δυστυχέοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρὸς Τεγεήτας μόνους προσέπαιον. Τὸ δὲ ἔτι πρότερον τούτων, καὶ κακονομώτατοι πᾶσι κατὰ πάντων Ἑλλήνων, κατά τε σφέας αὐτοὺς, καὶ ξείνοισιν ἀπρόσμικτοι. Μεθέβαλον δὲ ὧδε ἐς εὐνομίην· Λυκοῦργος Σπαρτιητέων δικαίου ἀνδρὸς ἐλθόντος ἐς Δελφοὺς ἔτι τὸ χρηστήριον, ὡς ἐσῆλθε ἐς τὸ μέγαρον, εὐθὺς ἡ Πυθίη λέγει τάδε,

Ἥκεις ὦ Λυκόεργε ἐμὸν πότι πίονα νηὸν,
Ζηνὶ φίλος, καὶ πᾶσιν ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Δίζω ἦ σε θεὸν μαντεύσομαι ἦε καὶ ἄνδρα.
Ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαί σ' ὦ Λυκόεργε.

Οἱ μὲν δή τινες πρὸς τούτοισι λέγουσι καὶ φαίσας αὖτις τῷ Πυθίῳ τὸν νῶν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσιν· ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκοῦργον ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτεω, ἀδελφιδέος μὲν ἑωυτοῦ, βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων,

[1] Ne dispersi Athenienses, amplius conglobarentur. [2] Crœsus igitur per id temptus Athenienses eò redactos esse intellexit: Lacedæmonios autem mag. [3] Nullo neque inter se neque cum peregrinis commercio, sed ad æquam & honestis legibus institutam gubernationem sic transierunt.

ἐκ Κρήτης ἀγαγόντας ταῦτα. Ὡς γὰρ ἐπεῖδε τάχιστα ἐπιτροπεύσας, πάντα μετέστησε τὰ νόμιμα πάντα, καὶ ἐφύλαξε ταῦτα μὴ παραβαίνειν. Μετὰ δὲ, τὰ ἐς πόλεμον ἔχοντα, ἐνωμοτίας, καὶ τριηκάδας καὶ συσσίτια· πρός τε τούτοισι, τοὺς ἐφόρους καὶ γερουσίας ἔστησε. Οὕτω μὲν μεταβαλόντες εὐνομήθησαν. Τῷ δὲ Λυκούργῳ τελευτήσαντι ἱρὸν ἐσάμενοι, σέβονται μεγάλως. Οἷα δὲ ἔν τε χώρῃ ἀγαθῇ, καὶ πλήθεϊ οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν, ἅμα τε εὐθενήσαντες αὐτίκα, καὶ ‖ διϊθυμήθησαν. Καὶ δή σφιν οὐκέτι ἀπέχρη ἡσυχίην ἄγειν, ἀλλὰ καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι, ἐχρηστηριάζοντο ἐν Δελφοῖσι ἐπὶ πάσῃ τῇ Ἀρκάδων χώρῃ. Ἡ δὲ Πυθίη σφι χρᾷ τάδε,

Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς· οὐ τοι δώσω.
Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν,
Οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν. ἐγὼ δέ τοι οὐκέτι μεγαίρω.
Δώσω τοι Τεγέην σὺν ποσσὶ κροτοῦσαν ὀρχηστύν,
Καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, Ἀρκάδων μὲν τῶν ἄλλων ἀπέσχοντο· οἱ δὲ, πέδας φερόμενοι, ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο, χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι, ὡς δὴ ἐξανδραποδισμένους τοὺς Τεγεήτας. Ἐσσωθέντες δὲ τῇ συμβολῇ, ὅσοι αὐτέων ἐζωγρήθησαν, πέδας τε ἔχοντες τὰς ἐφέροντο αὐτοὶ, καὶ σχοίνῳ διαμετρησάμενοι τὸ πεδίον τὸ Τεγεητέων, ἐργάζοντο. αἱ δὲ πέδαι αὗται ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἔτι καὶ ἐς ‖ ἐμὲ ἦσαν σῶαι ἐν Τεγέῃ, πρὸς τὸν νηὸν τῆς Ἀλαίης Ἀθηναίης κρεμάμεναι. Κατὰ μὲν δὴ τὸν πρότερον πόλεμον σφι ἐχόμενα αἰεὶ κακῶς ἀέθλεον πρὸς τοὺς Τεγεήτας. Κατὰ δὲ τὸν 17 τῦ Κροίσου χρόνον, καὶ τῦ Ἀναξανδρίδεω τε καὶ Ἀρίστωνος βασιλεύοντος, ἐν Λακεδαίμονι ἤδη οἱ Σπαρτιῆται κατυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγεγόνεσαν, τρόπῳ τοιῷδε ηὑρόμενοι· ἐπειδὴ αἰεὶ τῷ πολέμῳ ἐσσοῦντο πρὸς Τεγεήτας, πέμψαντες θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς, ἐπηρώτεον τίνα ἂν θεῶν ἱλασάμενοι, κατύπερθε τῷ πολέμῳ Τεγεητέων γένοιατο. Ἡ δὲ Πυθίη σφι ἔχρησε, τὰ Ὀρέστεω τῦ Ἀγαμέμνονος ὀστέα ἐπαγαγομένους. Ὡς δὲ ἀνευρεῖν οὐκ οἷοί τε ἐγίνοντο τῷ θείῳ τῦ Ὀρέστεω,

è Creta hæc attuliſſe. Siquidem quum primum tutor factus eſt, omnia jura immutavit: deditque operam nequis ea tranſgrederetur: deinde vero quæ ad bellum pertinent, 1 enomotias, triacadas, & ſyſſitia: ſuper hæc inſtituit *tribunoſplebis*, ephoros ac ſenatores. Ita LXVI illi ad rectum vitæ genus tranſlati ſunt à Lycurgo: quem vita defunctum, delubro ædificato egregie colunt. 2 Ex quo, cum bonitate ſoli, tum non exigua hominum copia, diſcurrerunt ſtatim, ac benigne rem geſſerunt. Nec amplius contenti otio frui, quum ſe Arcadibus præſtantiores eſſe arbitrarentur, de omni illorum terra *occupanda* oraculum Delphicum conſuluerunt. Quibus Pythia reſpondit,

Me petis Arcadiam? multum petis: haud tibi tradam.
Multi apud Arcadiam veſcentes glande viri ſunt,
Qui te rejicient. Tibi ego haud invidero quicquam,
Saltandum Tegeam planta plaudente daturus:
Vicque queis campum metiri fune feracem.

Hæc reſponſa ubi accepere Lacedæmonii, à cæteris Arcadibus abſtinentes bellum intulere Tegeatibus, ferentes ſecum compedes: videlicet captioſo freti oraculo, tanquam eſſent ipſi redacturi Tegeatas in captivitatem. Verum congreſſi prœlio ac fugati, quicunque eorum vivi ſunt capti, eiſdem quas ipſi attulerunt compedibus induti, campum Tegeatem metiti fune coluerunt. Compedes autem quibus vincti fuerant, ad noſtram uſque memoriam incolumes fuere circa templum Minervæ Alææ *apud Tegeam* ſuſpenſæ. Atque ſuperiore LXVII quidem bello Lacedæmonii adverſus Tegeatas aſſidue ſemper male pugnaverant: Crœſi tamen ætate & Anaxandridæ Ariſtoniſque, regum ſuorum, longe ſuperiores contra eoſdem extiterunt, hunc in modum tales effecti: Quum ſemper in bello à Tegeatibus ſuperarentur, miſſis Delphos conſultoribus, oraculum ſunt ſciſcitati quemnam deorum placarent ut Tegeatum victores exiſterent. His Pythia reſpondit, id fore ſi oſſa Oreſtis filii Agamemnonis referrent. Cujus umam quum nequirent invenire,

1 *Enomotiæ erant viginti quinque virorum collegia, & ſecundum alios plurium: eratque hic ſextus à rege magiſtratus. Triacades, triginta virorum collegia. Syſſitia, cœtus in quos diſtributi cives, cibum communiter capiebant.* 2 Quumque in fertili & populoſa regione verſarentur, excurrerunt ſtatim, ac proſpere rem geſſ. *vel*, ſecunda fortuna uſi ſunt. *Sed ἅμα τε εὐθενήσαντες exponitur etiam* ſuccreverunt, *ex Suida quem vide.*

rursus ad deum mittunt de loco scisci-
tatum in quo situs Orestes esset. Hæc
nunciis interrogantibus, ita Pythia in-
quit,

Est quædam Arcadiæ Tegea, in regione patenti:
Hic duo flant venti vi pervehemente coacti,
1 *Forma hostis formæ, & plagæ superindita plaga,*
Hic Agamemnonides terra omniparente tenetur,
Quo tu sublato Tegeæ sperabere victor.

Ubi hæc audierunt Lacedæmonii, ni-
hilo tamen minus 2 inventione frustra-
bantur, etsi omnia disquirentes: do-
nec Liches, unus Spartiatarum, eorum
qui benemeriti vocantur, comperit.
3 Sunt autem benemeriti, ex civibus sem-
per militia equestri perfunctis, qui-
ni quotannis, qui quo anno ex equiti-
bus Spartiatis exeunt, ne torpescant, a-
LXVIII lii aliò mittuntur. Ex his Liches quum
esset, rem illam apud Tegeam adinve-
nit, fortuna pariter atque solertia usus.
4 nam cum Tegeates à Lacedæmoniis
hoc anno commercio mutuo adeun-
di essent, & iste in ærariam officinam ve-
nisset, intuebatur ferrum dum procu-
debatur. Quo in spectaculo admira-
bundum animadvertens faber ferrarius,
intermisso opere, Quanto magis Lacon
hospes, inquit, admirarere, si idem quod
ego tu nosses, qui tantopere admiraris
ferrarium opificium. In hac enim corte
puteum facere quum vellem, incidi in
loculum septem cubitorum: & quia
incredulus eram omnino fuisse majores
quàm nunc sunt homines, aperui eum,
& inveni cadaver æquali cum loculo
longitudine: quam ubi mensus sum, iter-
um obrui. Hæc illo referente quæ vi-
derat, Liches considerans, conjectavit
hunc ex oraculo esse Orestem, hac vi-
delicet conjectura: duos quidem quos
cernebat fabri ferrarii folles, totidem
comperit esse ventos: incudem vero &
malleum, 5 formam formæ hostem: fer-
rum vero quod procuderetur, 6 plagam
superinditam plagæ: hac ratione id con-
jectans, quod in plagam hominis ferrum
inventum sit. Hæc itaque secum agitans,
Spartam regressus, rem omnem Lacedæ-
moniis refert. Illi 7 excomposito hominem

ἔπεμπον αὖτις ἐς τ' Δτὸς ἐπερησομβίους τ' χώ-
ρον ἐν τῷ κέοιτο ὁ Ὀρέστης. Εἰρωτῶσι δ' ταῦ-
τα τοῖσι θεοπρόποισι λέγει ἡ Πυθίη τάδε,

"Εστι τις Ἀρκαδίης Τεγέη" λόφῳ ἐνὶ χώρῳ, λόφῳ
"Ενθ' ἄνεμοι πνείουσι δύο κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης,
Καὶ τύπος ἀντίτυπος, καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται· πήμασι
"Ενθ' Ἀγαμεμνονίδην κατέχει φυσίζοος αἶα·
Τὸν σὺ κομισσάμενος, Τεγέης ὑπερφέρτερος ἔσῃ.

Ὡς δ' ἀκ ταῦτα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἀπεῖχον τῆς ἐξευρέσιος ὐδὲν ἔλασσον, πάντα διζήμενοι· ἐς δὲ δὴ Λίχης τῶν ἀγαθοεργῶν καλεομένων Σπαρτιητέων ἀνεῦρε. Οἱ δ' ἀγαθοεργοί εἰσι τῶν ἀστῶν, ἐξιόντες ἐκ τῶν ἱππέων αἰεὶ οἱ πρεσβύτατοι, πέντε ἔτεα ἑκάστου. Τοῖσι δὴ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἂν ἐξίωσιν ἐκ τῶν ἱππέων, Σπαρτιητέων τῷ κοινῷ ἁλαπερπομένοισι, μὴ ἐλινύειν ἄλλοσε ἄλλη. Τοιούτων δὴ τῶν ἀνδρῶν, Λίχης ἀνεύρε ἐν Τε- Λίχης
γέῃ, καὶ σωτυχίῃ χρησάμενος καὶ σοφίῃ. Ἐόντος γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον ὁμιλίης πρὸς τοὺς Τεγήτας, ἐλθὼν ἐς χαλκήιον, ἐθηεῖτο σίδηρον ἐξελαυνόμενον· καὶ ἐνθυμέεται ἰών, ὁρέων τὸ ποιεόμενον. Μαθὼν δέ μιν ὁ χαλκεὺς ἀποθωϋ- παυσα-
μάζοντα, εἶπε παυσάμενος τῆς ἔργου, μένου
Ἦκε ἂν ὦ ξεῖνε Λάκων, εἴπερ εἶδες τό- "
περ ἐγὼ, κάρτα ἂν ἐθαύμαζες, ὅκου νῦν "
ὕστω τυγχάνεις θωϋμα ποιεόμενος τοῦ "
ἐργασίου τοῦ σιδήρου. Ἐγὼ γὰρ ἐν τῇδε θέ- "
λων τὴ αὐλὴ φρέαρ ποιήσασθαι, ὀρύσσων, "
ἐπέτυχον σοροῦ ἑπταπήχεϊ. Ὑπὸ δὲ ἀπιστί- "
ης μὴ μὲ γλεύῃς μηδαμῶς μέζονας ἀνθρώ- "
που τοῦ νῦν, ἀνῴξα αὐτὸν, καὶ εἶδον τὸν "
νεκρὸν * μήκεϊ ἴσον ἐόντα τῇ σορῷ· μετρή- "
σας δὲ, συνέχωσα ὀπίσω. Ὁ μὲν δὴ ἔλεγε "
ταῦτα περ ὁπώπεε· ὁ δὲ, ἐννώσας τὰ λεγό- "
μενα, συνεβάλλετο τὸν Ὀρέστεα κατὰ τὸ
θεοπρόπιον τοῦτον εἶναι, τῇδε συμβαλλεό-
μενος· τοὺς χαλκεῦ δύο ὁρέων φύσας,
τοὺς ἀνέμους δοκέειν εἶναι· τὸν δὲ ἄκμονα
καὶ τὸν σφῦραν, τόν τε τύπον καὶ τὸν ἀν-
τίτυπον τὸν δὲ ἐξελαυνόμενον σίδηρον, τὸ πήμασι
πῆμα ἐπὶ πήμασι κείμενον· καὶ τοιόνδε τι
εἰκάζων, ὡς δὴ νικῴη ἀνδρώπου σίδηρος ἀν-
δρὶ ληϊ. Συμβαλλεόμενος δὲ ταῦτα, καὶ ἀπελ-
θὼν ἐς Σπάρτην, ἔφραζε Λακεδαιμονίοισι πᾶν τὸ πρῆγμα. Οἱ δὲ, ἐκ λόγου πλαστοῦ ἐπε-

1 Hic typus antitypus, noxæ & superindita noxa. *Quid autem hoc sibi velit, paulo post exponetur.* 2 Ab inventione aberant. 3 Benemeriti autem isti (seu benefici) sunt quini cives ex equitibus ætate maxime provecti, qui singulis annis exeunt. Quos oportet eo anno quo egrediuntur, communi consilio ex equitibus Spartanis alios aliò dimissos, nusquam moram trahere. 4 Nam quum Lacedæmoniis Tegeatas adeundi facultas hoc tempore esset. 5 Typum esse & antitypum. *Typum vocat malleum ictum incudi imoingentem: quem quum vicissim repellat incus, antitypus vocatur, quasi vicissim feriens.* 6 Noxam superinditam noxæ: hac rat. id con. quod in damnum hominis fer. 7 Per simulationem hominem crimine intentato, exil.
* de proceritate Gigantum *A. Gellius* lib. 3. c. 10. & *Hieronymus Magius* lib. 1. Miscellan. c. 4.

ἐδίωκον. νείκαντες οἱ αἰτίλιν, " ἐδίωξαν. ὁ δὲ, ἀπικόμενος ἐς Τεγέην, καὶ φράζων τὴν ἑωυτοῦ συμφορὴν πρὸς τὸν χαλκέα, ἐμαθοῦτο παρ' ἐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλίν. χρόνῳ δὲ ὡς ἀνέγνωσαν, ἐνοικίζετο. ἀνορύξας δὲ τὸν τάφον, καὶ τὰ ὀστέα συλλέξας, οἴχετο φέρων ἐς Σπάρτην. καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου, ὁκόσα ἐπειρῶντο ἀλλήλων, πολλῷ κατυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγίνοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι· ἤδη δὲ σφι καὶ ἡ πολλὴ τῆς Πελοποννήσου ἦν κατεστραμμένη. Ταῦτα δὴ ὦν πάντα πυθανόμενος ὁ Κροῖσος, ἔπεμπε ἐς Σπάρτην ἀγγέλους δῶρά τε φερουσας, καὶ δεησομένους συμμαχίης· ἐντειλάμενός τε τὰ λέγειν " χρῆν. οἱ δή, ἐλθόντες ἔλεγον, Ἔπεμψε ἡμέας Κροῖσος ὁ Λυδῶν τε καὶ ἄλλων ἐθνέων βασιλεύς, λέγων τάδε, Ὦ Λακεδαιμόνιοι, χρήσαντος τοῦ θεοῦ τὸν Ἕλληνα φίλον προσθέσθαι, (ὑμέας δὲ πυθόμενος πρεσβεύσασθαι τῆς Ἑλλάδος) ὑμέας ὧν καὶ τὸ χρηστήριον προσκαλέομαι, φίλος τε θέλων γενέσθαι καὶ σύμμαχος, ἄνευ 18 τε δόλου καὶ ἀπάτης. Κροῖσος μὲν δὴ ταῦτα δι' ἀγγέλων ἐπεκηρυκεύετο. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ἀκηκοότες καὶ αὐτοὶ τὸ θεοπρόπιον τὸ Κροίσῳ γενόμενον, ἥδοντό τε τῇ ἀφίξει τοῦ Λυδῶν, καὶ ἐποιήσαντο ὅρκια ξεινίης πέρι καὶ συμμαχίης. καὶ γὰρ τινες αὐτοὺς διεργασίαι εἶχον ἐκ Κροίσου πρότερον ἐπιγενόμεναι. πέμψαντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς Σάρδις, χρυσὸν ὠνέοντο, ἐς ἄγαλμα βουλόμενοι χρήσασθαι τούτῳ, τὸ νῦν ἵδρυται Ἀπόλλωνος ἐν Θόρνακι τῆς Λακωνικῆς· Κροῖσος δὲ σφι ὠνεομένοισι ἔδωκε δοκίνην. Τιμέων τε ὦν εἵνεκα οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν συμμαχίην ἐδέξαντο, καὶ ὅτι ἐκ πάντων σφέας προκεῖναι Ἑλλήνων, αἱρέετο φίλους. καὶ τοῦτο μὲν, αὐτοὶ ἦσαν ἕτοιμοι ἐπαγγειλάντι· τοῦτο δὲ, ποιησάμενοι κρητῆρα χάλκεον, ζωδίων τε ἐξωθεν πλησάντες περὶ τὸ χεῖλος, καὶ μεγαθεῖ τεσσερακοσίους ἀμφορέας χωρέοντα, ἦγον, δῶρον βουλόμενοι ἀντιδοῦναι Κροίσῳ. ἐπὶ ὁ κρητὴρ ἐκ ἀπίκετο ἐς Σάρδις, δι' αἰτίας διφασίας λεγομένας τάσδε· οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι λέγουσι ὡς ἐπεί τε ἀπῆρε ἐς τὰς Σάρδις ὁ κρητὴρ ἐγίνετο καὶ τὴν Σαμίην, πυνθόμενοι Σάμιοι " ἀπεληίσαντο αὐτὸν, ναυσὶ μακρῇσι ἐπιπλώσαντες· αὐτοὶ δὲ Σάμιοι λέγουσι ὡς ἐπεί τε ὑστέρησαν οἱ ἄγοντες τὸν Λακεδαιμονίων τὸν κρητῆρα, ἐπυνθάνοντο δὴ Σάρδις τε καὶ Κροῖσον ἁλωκέναι, ἀπέδοντο τὸν κρητῆρα ἐν Σάμῳ· ἰδιῶται δὲ ἄνδρες περιαμῴσιοι

ἀπελοίατο

criminis convictum exilio damnant. Qui in Tegeam profectus, & calamitatem ſuam referens fabro ferrario, 1 conducit ab eo nolente vendere cortem. Ibique aliquandiu habitans, ubi rem cognovit, effoſſo ſepulchro oſſa collegit, eaque portans Spartam rediit. Quo ex tempore Lacedæmonii quoties cum Tegeatibus congreſſi ſunt, ſuperiores extiteré: præterea vero magna etiam pars Peloponneſi jam eis parebat. Hæc i- LXIX taque omnia Crœſus audiens, miſit nuncios Spartam cum muneribus; ad rogandam belli ſocietatem, juſſos dicere quæ oporteret. Ii poſtquam pervenerunt, Nos (aiunt) Crœſus miſit, Lydorum aliarumque gentium rex, ita inquiens, Lacedæmonii, quoniam deus oraculum reddidit ut Græcam mihi ſocietatem adſciſcerem, & vos inter Græcos antecellere audio, ſtatui vos mihi in ſocietatem ex oraculo provocandos ad ineundam mecum quam cupio amicitiam atque ſocietatem, citra dolum fraudemque. Crœſus hæc per legatos nunciavit, Quorum adventu Lacedæmonii, qui & ipſi oraculum audierant, gaviſi, fœdus cum eis hoſpitii ſocietatiſque inierunt. Etenim jam antea intercedebant nonnulla Crœſi in Lacedæmonios beneficia. Nam quum illi miſiſſent Sardis ad aurum coemendum, quo uſuri erant in id ſimulacrum Apollinis quod nunc poſitum eſt 2 apud Laconicam in Thornace, eo auro ſunt à Crœſo donati, Qua de re Lacedæmonii, quodque ſe LXX amicos ille præ omnibus Græcis delegiſſet, ſocietatem admiſerunt, & hoc denuncianti ſeſe paratos exhibuerunt. Quod ubi fecerunt, pateram aheneam labiorum tenus frequentibus animalibus extrinſecus cælatam, triginta amphorarum capacem, domo afferebant, volentes Crœſum remunerari: ſed eam Sardis non pertulerunt, propter alterutram harum quæ feruntur cauſſarum. Lacedæmonii quidem aiunt hanc pateram dum ferretur Sardis, 3 quum Samum appulſi eſſent, à Samiis fuiſſe interceptam: qui, cognita re, navibus iſtos longis aggreſſi fuere. Ipſi vero Samii aiunt, Lacedæmonios, qui pateram portabant, ſerò venientes, quum audiſſent Crœſum captum eſſe cum Sardibus, illam in Samo vendidiſſe viris privatis, qui eam

1 Conducebat, (*id eſt conducere conabatur*) à non locante (*id eſt, à nolente conducere*) cortem. Ubi vero tandem ei perſuaſit *illam locare*, inhabitare cœpit: ac eff. ſep. 2 Apud Thornacem Laconicæ regionis. Et tum denunc. ſeſe par. exhibuerunt: cum etiam fabricati erat. 3 Quum circa Samum eſſent.

qui eam Junonis templo dedicavere: & illos qui vendidiſſent, Spartam reverſos, forſitan dixiſſe à Samiis ſibi fuiſſe ereptam. Ac de patera ita res ſe habet. ¶ Croeſus autem eluſus oraculo: adverſus Cappadociam exercitus comparabat, ſpe & Cyrum & potentiam Perſicam evertendi. Cui in hac apparanda expeditione occupato, Lydus quidam, nomine Sandanis, & antehac pro circumſpecto habitus, & ob hanc quam dixit ſententiam plus nominis apud Lydos conſequutus, hunc in modum Croeſo conſuluit, Adverſus tales viros expeditionem paras, Rex, qui [1] coriacea ſubligacula, qui è corio reliquam veſtem ferunt: qui non quibus volunt cibis veſcuntur, ſed quos habent, utpote regionem aſperam incolentes. Ad hæc potu non vini utuntur, ſed aquæ: non ficus ad comedendum, nec aliud quicquam boni habentes. Quibus quum nihil ſit quod eripias, ſi viceris: ſin victus fueris, animaduerte quot bona amittes. Ubi guſtaverunt illi noſtra bona, [2] circumſiſtent nos, nec abigi poterunt. Equidem diis habeo gratiam, qui non induxerunt in animum Perſis ut Lydos invaderent. Hæc loquutus, non tamen Croeſum flexit. Etenim Perſis, antequam Lydos ſubigerent, nihil erat neque lautum neque opiparum. Porro Cappadoces à Græcis Syri nominantur: & erant hi Syri, antequam Perſæ imperitarent, ditionis Medorum, tunc autem Cyro parebant. Siquidem imperium Medicum ac Lydum diſterminabat fluvius Halys, qui ex Armeno monte profluens, primum Cilicas, dehinc Matienos qui ſunt ad dexteram, & Phrygas qui ſunt ad lævam: tum boream adverſus tendens, Syros, Cappadoces, Paphlagoneſque interfluit: Cappadoces à dextra, Paphlagones à ſiniſtra perſtringens. Ita flumen Halys cuncta fere ſuperiora Aſiæ, à mari quod Cypro objectum eſt, ad Euxinum uſque Pontum dirimit. Eſt autem dorſum totius hujus regionis, longitudine quinque dierum itineris viri expediti. Itaque adverſus Cappadociam Croeſus cum exercitu profectus eſt, cupidus cum hanc partem ſoli fœcundi ſuo adjiciendi, tum vel magis, fiducia oraculorum, Cyrum ulciſcendi: propter Aſtyagem, Cyaxaris filium, Medorum regem, affinem ſuum, quem Cyrus Cambyſis filius prælio

LXXI

LXXII

LXXIII

ἀναθεῖναί μιν ἐς τὸ Ἡραῖον· τάχα δ' ἂν καὶ οἱ ἀποδόμενοι λέγοιεν ἀπιγμένοι ἐς Σπάρτην, ὡς ἀπαιρεθείησαν ὑπὸ Σαμίων. κτλ. μὲν νυν τὸν κρητῆρα ὕστερον ἔσχε. Κροῖσος δὲ ἀμαρτὼν τοῦ χρησμοῦ, ἐπιστέλλετο στρατιὴν ἐς Καππαδοκίην, ἐλπίσας καταιρήσειν Κῦρόν τε καὶ τὴν Περσέων δύναμιν. ὡς δὲ σκυδαζομένην Κροίσου στρατιὴν ἐπὶ Πέρσας, τὸν μὲν τις Λυδῶν, νομίζομενος καὶ πρόσθεν εἶναι σοφὸς, ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς γνώμης καὶ τὸ κάρτα ἔνομα ἐν Λυδοῖσι ἔσχον, συμβάλλουσι Κροίσῳ τάδε, (ἔνομα οἱ ἦν Σάνδανις) Ὦ βασιλεῦ, ἐπ' ἄνδρας "στρατεύεσθε σκυδαίζοντες, οἳ "σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτίνην δὲ τὴν "ἄλλην ἐσθῆτα φορέουσι· σιτέονται δὲ οὐκ ὅσα "ἐθέλουσι, ἀλλ' ὅσα ἔχουσι, χώρην ἐργόμενοι "τρηχείην. πρὸς δὲ, οὐκ οἴνῳ ἀλλὰ ξηρέῃ λαχάνῳ, "ἀλλὰ ὑδροποτέουσι. οὐ σῦκα δὲ ἔχουσι τρώ- "γειν, οὐκ ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν. τοῦτον μὲν δὴ, "εἰ νικήσεις, τί σφέας ἀπαιρήσεαι, " τοῖσί " ἔστι μηδὲν; τοῦτο δὲ, ἢν νικηθῇς, μάθε "ὅσα ἀγαθὰ ἀπιβαλέεις. γλυσάμενοι γὰρ "ἡμετέρων ἀγαθῶν, ἀφιξόνται, οὐδὲ ἀπω- "σοὶ ἔσονται. ἐγὼ μὲν νυν θεοῖσι ἔχω χάριν, "οἳ οὐκ ἔδωκαν πρόσθεν Πέρσῃσι στρατεύεσθαι "ἐπὶ Λυδούς. ταῦτα λέγων, οὐκ ἔπεισε τὸν "Κροῖσον. Πέρσῃσι γὰρ, πρὶν Λυδοὺς καταστρέψασθαι, ἦν οὔτε ἀβρὸν οὔτε ἀγαθὸν οὐδέν. Οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπ' Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται. ἔσαν δὲ οἱ Σύριοι ὅτοι, τὸ μὲν πρότερον μὲν Πέρσαι ἄρξαι, Μήδων κατήκοοι, τότε δὲ, Κύρου. ὁ μὲν οὖρος τῆς τε Μηδικῆς ἀρχῆς καὶ τῆς Λυδικῆς, ὁ Ἅλυς ποταμός, ὃς ῥέει διὰ Ἀρμενίου ὄρεος. ἁλὸς Κιλίκων. μετὰ δὲ, Ματιηνοὶ μὲν ἐν δεξιῇ ἔχει ῥέων· ἐν δὲ τῇ ἑτέρῃ, Φρύγας. παραμειβόμενος δὲ τούτους, καὶ ῥέων ἄνω πρὸς βορέην ἄνεμον, ἔνθεν μὲν Συρίους Καππαδόκας ἀπέργει, ἐξ δυσνύμου δὲ Παφλαγόνας. οὕτω ὁ Ἅλυς πύλαμος ἀπιτέμνει σχεδὸν πάντα τῆς Ἀσίης τὰ κάτω ἐκ θαλάσσης τῆς ἀντίον Κύπρου ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον· ἔστι δὲ αὐχὴν ἔσσω τῆς χώρης ταύτης ἀπάσης, μάκος ὁδοῦ διζώνῳ ἀνδρὶ, πέντε ἡμέρῃσι ἀναστιμῶντι. Ἐστρατεύετο δὲ ὁ Κροῖσος ἐπὶ τὴν Καππαδοκίην τῆς δὲ εἵνεκα, καὶ γῆς ἱμέρῳ, προσκτήσασθαι πρὸς τὴν ἑωυτοῦ μοῖραν βουλόμενος, καὶ μάλιστα τῷ χρηστηρίῳ πίσυνος. ἐόντα Κροίσου μὲν γαμβρὸν, Μήδων δὲ βασιλέα, Κῦρος ὁ Καμβύσεω κατα-

[1] *Vel*, Coriacea femoralia, *Intelligere autem videtur quæ & braccæ dicuntur.* [2] Pertinaciter ea retinebunt.

19.

ψάμμῳ. εἶχε, γενόμενον γαμβρὸν Κροίσῳ ὧδε. Σκυθέων τῷ νομάδων ἴλη ἀνδρῶν στασιάσασα, ὑπεξῆλθε ἐς γῆν τὴν Μηδικήν· ἐτυγχάνοντε δὲ τὸν χρόνον τοῦτον Μήδων Κυαξάρης ὁ Φραόρτεω τοῦ Δηϊόκεω, ὃς τοὺς Σκύθας τούτους τὸ μὲν πρῶτον ἐσεποιήσατο δι', ὡς ἱκέτας· ὥστε δὲ πολλῷ ποιεόμενος αὐτοὺς, παῖδά σφι παρέδωκε τὴν γλῶσσάν τε διδασκέειν, καὶ τὴν τέχνην τοῦ τόξου. χρόνου δὲ γενομένου, καὶ αἰεὶ φοιτεόντων τῶν Σκυθέων ἐπ' ἄγρην, καὶ ἀεί τι φερόντων, καὶ ποτε συμβαίνειν ἐλεῖν σφέας μηδέν· νοσήσαντας δὲ αὐτοὺς [1] κενῇσι χερσὶ, ὁ Κυαξάρης, (ἦν γὰρ, ὡς δίδεξε, ὀργῆς οὐκ ἄκερος) τρηχέως κάρτα προσέσχε ἀεικείῃ. οἱ δὲ, ταῦτα πρὸς Κυαξάρεω παθόντες, ὥσπερ ἀνάξιά σφεων ἐωυτέων πεπονθότες, ἐβουλεύσαντο τῷ προσκτᾶσθαι διδασκομένων παίδων ἕνα κρεοπαφαι. σκευάσαντες δὲ αὐτὸν ὥσπερ εἰώθεσαν καὶ τὰ θηρία σκευάζειν, Κυαξάρεϊ δῶρα φέροντας, ὡς ἄγρην δῆθεν· δόντες δὲ, τὴν ταχίστην κομίζεσθαι πρὸς Ἀλυάττεα τὸν Σαδυάττεω ἐς Σάρδις. ταῦτα καὶ δὴ ἐγένετο. καὶ γὰρ Κυαξάρης καὶ οἱ παρεόντες δαιτυμόνες τοῦ κρεῶν τετέων ἐπάσαντο· καὶ οἱ Σκύθαι ταῦτα ποιήσαντες, Ἀλυάττεω ἱκέται ἐγένοντο. Μετὰ δὲ ταῦτα (ὁ γὰρ δὴ ὁ Ἀλυάττης ἐξεδίδου τοὺς Σκύθας ἐξαιτέοντι Κυαξάρεϊ) πόλεμος τοῖσι Λυδοῖσι καὶ Μήδοισι ἐγένετο ἐπ' ἔτεα πέντε· ἐν τοῖσι πολλάκις μὲν οἱ Μῆδοι τοὺς Λυδοὺς ἐνίκησαν, πολλάκις δὲ οἱ Λυδοὶ τοὺς Μήδους. ἐν δὲ καὶ νυκτομαχίῃ τινὰ ἐποιήσαντο. διαφέρουσι δέ σφι ἔτι ἴσης τὸν πόλεμον, τῷ ἕκτῳ ἔτεϊ συμβολῆς γενομένης, συνήνεικε ὥστε τ μάχης συνεστεώσης, * τ ἡμέρῃ ἐξαπίνης νὺξ λαβεῖν γενέσθαι. τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύτην τ ἡμέρης Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τοῖσι Ἴωσι προηγόρευσε ἔσεσθαι, ἔτος προθέμενος ἐνιαυτὸν τοῦτον ἐν ᾧ δὴ καὶ ἐγένετο ἡ μεταβολή. οἱ δὲ Λυδοί τε καὶ οἱ Μῆδοι ἐπεί τε εἶδον νύκτα ἀντὶ ἡμέρης γινομένην, τ μάχης τε ἐπαύσαντο, καὶ μᾶλλόν τι ἔσπευσαν καὶ ἀμφότεροι εἰρήνην ἐωυτοῖσι γενέσθαι. οἱ δὲ συμβιβάσαντες αὐτοὺς, ἦσαν οἵδε, Συέννεσίς τε ὁ Κίλιξ, καὶ Λαβυνήτος ὁ Βαβυλώνιος· οὗτοι σφι καὶ τὸ ὅρκιον οἱ [2] ἐπαλλα. σώσαντες γενέσθαι ἔσαν, καὶ γάμων [2] ἐπαλλαγὴν ἐποιήσαν. Ἀλυάττεα γὰρ ἔγνωσαν δῶναι τὴν θυγατέρα Ἀρυήνιν Ἀ- 50

victum ceperat. Erat autem Croeso Astyages hunc in modum affinis: Apud Scythas pecuarios quum esset seditio, caterva quædam eorum [1] secessit in terram Medicam, qua tempestate Medorum tyrannus erat Cyaxares, Phraortæ filius, Deiocis nepos. qui Scythas hos, utpote supplices, initio benigne alloquebatur ac plurimi faciebat, adeo ut [2] pueros eis traderet imbuendos tum lingua Scythica, tum artificio arcus utendi. Interjecto deinde tempore, quum Scythæ venatum assidue irent & semper aliquid afferrent, nonnunquam tamen contingebat ut nihil caperent. Quos ita revertentes manibus inanibus [3] Cyaxares (erat enim, quum ingenti tenebatur ira, peracerbus) probris insectabatur. Id illi, ut se indignum, à Cyaxare pati non ferentes, consilio habito decreverunt ut aliquem eorum puerorum quos docerent, trucidarent: apparatumque ut feras apparare consueverant, Cyaxari offerrent, perinde atque ferinam: idque quum obtulissent, quam celerrime se ad Alyattem Sadyattis filium Sardis conferrent. Quod & factum est. nam & Cyaxares & qui aderant convivæ ex his carnibus gustaverunt: & Scythæ perpetrato hoc, Alyatti se supplices præbuerunt. Quos postea reposcenti Cyaxari (quod Alyattes reddere abnuerat) bellum inter Lydos Medosque quinquennale conflatum est. Quo in bello sæpe Medi, sæpe Lydi victores extiterunt, & nocturnum quoddam prœlium gesserunt. Sexto autem anno signis collatis, quum æquo marte certarent, [4] stante pugna contigit ut repente dies nox efficeretur. Quam immutationem hujus diei futuram Thales Milesius Ionibus prædixerat, hunc ipsum annum præfiniens quo immutatio facta est. Lydi ac Medi ubi diem noctescere viderunt, à pugnando destiterunt: eoque propensius ad pacem inter se constituendam festinaverunt: autoribus conventionis Syenneti Cilice & Labyneto Babylonio: qui ut jusjurandum intercederet & reconciliatio affinitate fieret, [5] properarunt: decementes ab Alyatte Arienam filiam Astyagi Cyaxaris filio nuptum dandam. quoniam sine vehementi necessitudine conventiones stabiles iniri non queunt. Ineunt autem hæ gentes fœdera cum cætera ritu Græcorum,

LXXIV

κυάγεϊ τῷ Κυαξάρεω παιδί. ἄνδρα γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν. ὅρκια δὲ ποιέεται ταῦτα τὰ ἔθνεα τάπερ τε Ἕλληνες·

1 Subduxit se. 2 *Legit παῖδάς σφιν pro. Sic autem sequitur παίδων.* 3 Cyaxares (erat enim, ut re ipsa ostendit, iræ impos) aspere admodum & indigne tractavit. 4 Inter pugnandum. 5 Operam dederunt. * De hac defectione solis consule quæ Scaliger ad Eusebii Chronicon. pag. 89. & Seth. Calvitii opus Chronologicum ad A. M. 3343.

1 tum

1 tum feriendo brachia qua illa humeris connectuntur, ac mutuum sanguinem delingendo. ¶ Hunc igitur Astyagem avum suum maternum Cyrus bello victum tenebat, ob eam quam in sequentibus indicabo caussam. Quo nomine Crœsus ei infensus, nunquid inferret Persis bellum, ad oracula *consulenda* miserat. Et quum responsum reddidisset, 2 haud syncerum, 3 secum facere interpretatus, in expeditionem profectus est 4 adversus quandam Persarum partem. Atque ubi ad Halym flumen pervenit, tunc (ut ego quidem sentio) pontibus ibi sitis copias traduxit: ut autem Græci dictitant, Thales Milesius traductor extitit. Nam quum incertus animi Crœsus foret qua parte fluminis traiiceret exercitum (nullos dum enim ex illis pontibus ea tempestate fuisse) fertur Thales, qui in his castris aderat, fecisse ut fluvius qui ad lævam exercitus fluebat, flueret etiam ad dexteram. Fecisse autem hunc in modum: Fossam peraltam, exorsus supra castra, ductam in speciem lunæ, depressit, quæ castra, ut erant metata, à tergo amplecteretur: in quam quum traduxisset ex pristino alveo fluvium, iterum eum, ubi exercitus trajectus esset, in suum alveum refunderet. Itaq; quum celerrime fluvius divisus esset, utrinque vado meabilis effectus est. Quidam vero aiunt veterem etiam omnino exaruisse alveum. Cui rei equidem non accedo. Quo enim modo qui rursum redierunt, illum transivissent? LXXVI Crœsus igitur exercitu trajecto, venit in Cappadociæ locum qui dicitur Pteria, omnium ejus regionis tutissimum, juxta urbem Sinopem, fere ad pontum Euxinum sitam. Hic stativa habens, prædia Syrorum vastat, & urbem Pteriorum expugnat diripitque. Cepit quoque cunctas circa urbes, Syros nihil commeritos exterminans. Hinc Cyrus coacto suo exercitu, sumptisque omnibus qui in medio incolebant, obviam pergit: missis tamen, antequam exercitum educeret, caduceatoribus ad Iones tentandos ut ad se à Crœso deficerent. Illis abnuentibus, profectus castra contra Crœsum posuit: ibidemq; in regione Pteria pro se uterque alterum lacessere. Commissaque acri pugna, & multis utrinque cadentibus, ad extremum noctis interventu dirimuntur, neutri victores. Atque hunc

LXXV

Quum Medi per vicos passim habitarent, Deioces 1 cum ante apud suos probatus, tum magis studiosiusque æquitatem affectitabat venditabatque, quod videret apud Medos universos magnam quandam licentiam: sat sciens æquitati iniquitatem esse invisam. Medi vero qui eundem habitabant vicum, intuentes hominis mores judicem ipsum controversiarum sibi constituunt. Hic ut qui principatum ambiret, rectum se æquumque præbuit. Quæ quum faceret, laudem apud populares suos obtinuit haudquaquam exiguam: 2 adeo ut hæc intelligentes qui apud cæteros pagos habitabant, nempe Deiocem solum esse qui incorrupte judicaret, læti undique affluerent quotquot prius iniquis sententiis fuerant superati, ad Deiocem, & ipsi lites finiendas tranferrent: postremo nulli alii hanc provinciam permitterent. Quum vero numerus accurrentium creseeret, utpote qui intelligerent XCVII sententias juste terminari, Deioces animadvertens, universa in se unum incumbere, neque amplius illic considere ubi prius jus dicere consueverat, volebat, neque omnino judicare amplius. Siquidem non è re sua esse inquiebat si totos dies rebus suis domi neglectis, dirimendis aliorum litibus operam impenderet. Quum igitur rapinæ sceleraque passim per vicos multo etiam magis quam prius patrarentur, Medi habito concilio, de communi rerum statu colloqui cœperunt. 3 Et quantum mihi videtur, Deiocis amici ex composito in hanc sententiam loquebantur, Nequaquam, inquientes, hisce modis usuri hanc nostram regionem poterimus diu habitare: Agite igitur, constituamus nobisipsis regem, ut videlicet ditio nostra bonis legibus administretur, 4 & nos, ad sua quisq; opera diverentes, nusquam impunitate sceleratorum violemur. Quæ quum sic referrentur, persuasi Medi regibus sese subjiciunt. ¶ Continuo XCVIII consultatum est quemnam regem crearent: Deioces adeo ab omnibus commendatus, productusque in medium ut omnium suffragio rex comprobaretur. At ille jussit ædificia sibi erigi imperio digna, stipatoresq; ad custodiam corporis sui adjungi. 5 Huic Medi hæc præstiterunt,

1 Ipse, quum jam ante apud suos celebris esset, tum vero magis etiam quam antea justitiam sectari aggressus est: quod videret apud Medos universos mag. q. licentiam, & satis sciret juri injuriam adversari. 2 Adeo ut quum in aliis pagis intellexissent Deiocem solum esse qui incorrupte judicaret, qui prius iniqua judicia erant experti, ad Deiocem disceptaturi ultro accurrerent: postremo nulli alii arbitrium deferrent. Quum autem in dies ventitarent plures, utpote q. 3 Hic (ut ego quidem existimo) Deiocis amici bellissimum sermonem sunt exorsi. Enimvero (inquiebant) si pergamus his moribus vivere, hanc nostram regionem diu non poterimus incolere. 4 Et nos res nostras agamus, neque male agendi licentia nostris sedibus pellamur. His verbis persuasi Medi regio imperio se subjicere, statim consultant quemnam regem creent. Tum Deioces ab omnibus nominari & prædicari, adeo ut omnium tandem suffragio rex approbaretur. 5 Hæc in ejus gratiam Medi fecerunt, eique &c.

eique

eique ædificia ingentia probeque munita extruxerunt in ea quam designaverat regione: permiserunt quoque satellites ex universis Medis quos vellet, sibi deligeret. Deioces igitur imperio potitus, Medos compulit unum oppidum condere: ut hoc uno communito exornatoque, aliorum non ita magnam curam haberent. Obsequentibus quoque hac in re Medis, mœnia constituit ampla simul & valida, quæ nunc Ecbatana appellantur, in quibus murus unus alteri veluti confinis erat: sic nimirum constitutis mœnibus, 1 ut ambitus singuli alteris gradatim essent sublimiores, solisque pinnis prominerent. 2 Adjuvabat huc loci ipsius commoditas, ut qui collis instar esset elevatus. Sed accessit etiam majus quiddam data opera factum. Siquidem ambitus isti numero erant septem contigui, in quorum postremo regia est & thesauri. Hæc mœnia quum amplissima sint magnitudine, prorsus illum Athenienſium æquant ambitum. *Atque singulæ quidem pinnæ suis atque hunc in modum distinctis fulgent coloribus.* *Nempe* primi ambitus pinnæ colore sunt albicanti, secundi nigro, tertii purpureo, quarti cæsio, quinti sandaracino: postremi vero duo, alter argentatas, alter inauratas habet
XCIX pinnas. Et his quidem munimentis Deioces se suamque regiam circumsepsit, ac reliquum populum seorsum circumquaque habitare jussit. Cæterum universis hoc ornatu constructis, primus Deioces cavit ne cui ad regem ingredi liceret, sed per internuncios cuncta transigerentur: adeo ut nec conspici regem à quoquam fas esset. 3 Ad hæc nec ridere, nec expuere (propterea quod omnibus factu deformia essent) coram liceret. Hæc ideo faciunt apud regem, ne videlicet eum cementes æquales & una cum eo educati strenui & fortes, indoleant atq; insidientur: quin potius quiddam à reliquis hominibus diversum ipsis esse videatur, si coram ipsum
C non intueantur. Quibus quum sese Deioces jam adornasset, atque in imperio confirmasset, in exercenda justitia valde severum se præbuit. Etenim litigantes causas suas conscriptas intro per internuncios mittebant, quas ille decisas

οἰκοδομέυσί τε ἓδ αὐτῷ οἰκία μεγάλα τε καὶ ἰσχυρὰ, ἵνα αὐτὸς ἔφεδρος τῆς χώρης· καὶ δορυφόρους αὐτῷ ἔπιτρέπουσι ἐκ πάντων Μήδων καταλέξαδαι. Ὁ ἓ, ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν, τὲς Μήδυς ἠνάγκασε ἓν πόλισμα ποιήσαδαι, καὶ τοῦτο μᾶλισά τε ἐπεμέλεδο. Πειδομένων ἓ καὶ ταῦτα τῷ Μήδων, οἰκοδομέει τείχεα Μεγάλα τε καὶ καρτερὰ, ταῦτα τὰ νῦν * Ἐκβάτανα κέκληται, ἕτερον ἑτέρῳ κύκλῳ ἐσεῶντα. Μεμηχάνηται δὲ ὦτω τὸ τεῖχος· ὥσε ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου κύκλος τοῖσι προμαχεῶσι μένοισι ἓξι ὑψηλότερος. Τὸ μὲν πι κυ, καὶ τὸ χωρίον συμμαχέει, κολωνὸς ἐὼν, ὥσε ταὐτὸ εἶναι· τὸ δὲ καὶ μᾶλλόν τι ἐπετηδεύδη, κύκλων ἐόντων τῶν σιωπεόντων ἑπτὰ, ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ τὰ βασιλήια ἔνεσι καὶ οἱ θησαυροί. Τὸ δὲ αὐτῶν μέγιςόν ἐξι τεῖχος, κατὰ τὸν Ἀθηναίων κύκλον μάλισά κη τὸ μέγαθος. Τοῦ μὲν δὴ πρώτυ κύκλυ οἱ προμαχεῶνες εἰσὶ λευκοί· τοῦ δὲ δευτέρυ, μέλανες· τρίτυ δὲ κύκλυ, φοινίκεοι· τεταρτευδέ, κυάνεοι· πέμπτυ δὲ σανδαρακινοί. Οὕτω πάντων τῶν κύκλων οἱ προμαχεῶνες ἠνθισμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι. Δύο ἓ οἱ τελευταῖοί εἰσι, ὁ μὲν καταργυρωμένος, ὁ δὲ κατακεχρυσωμένος ἔχων τὲς προμαχεῶνας. Ταῦτα μὲν δὴ ὁ Δηϊόκης ἑωυτῷ τε ἐτείχεε, καὶ ὡδὶ τὰ ἑωυτοῦ οἰκία. Τὸν ἓ ἄλλον δῆμον πέριξ ἐκέλευε τὸ τεῖχος οἰκέειν. Οἰκοδομημένων ἓ πάντων, νόμον τόνδε Δηϊόκης πρῶτός ἐξι ὁ καταςησάμενος, μήτε ἐσέναι ὧδὰ βασιλέα μηδένα συγχωρέειν, δι' ἀγγέλων δὲ πάντα χρήεσδαί τε βασιλέα τοῦ μηδενός. Πρός τε τούτοισι ἔτι γελᾶν τε καὶ πτύειν ἀντίον, καὶ ἄπασι τοῦτό γε εἶναι αἰσχρόν. Ταῦτα ἓ ὡδὶ ἑωυτὸν ποιέυνται, ὅκως μὴ ὁρέοντες οἱ ὁμήλικες ἐόντες καὶ σύτροφοι, ἀγαθύμως τε καὶ ἄλκιμοι, λυπεοίατο, καὶ ἐπιβυλεύοιεν, ἀλλ' ἑτερηϊὸν σφι δοκέοι εἶναι μὴ ὁρέωσι. Ἐπεί τε ἓ ταῦτα διεκόσμησε, καὶ ἐκράτυνε ἑωυτὸν τῇ τυραννίδι, ἦν τὸ δίκαιον φυλάσσων χαλεπός. Καὶ τὰς τε δίκας γραφόντες, ἔσω παρ' ἐκεῖνον ἐσεπέμπεσκον· καὶ ἐκεῖνος διακρίνων, τὰς ἐσφερομένας

καὶ ἐσμιντον τῷ δὲ ἄρεκεν, ὅκως καὶ σύντεροι ἐκείνῳ καὶ οἱ νεώτεροι, ἐόντες αἰδεσιμώτεροι λειπόμενοι, λυπεοίατο.

---

1 Ita ut ambitus alter alterum amplectatur. 2 Adjuvante ipso loci situ, ut qui collis esset. Sed accessit major etiam ars & industria, factis septem ambitibus inter se contiguis, in quorum postr. regia est & thesauri. Eorum autem amplissimus magnitudine plus minus circuitum Athenarum exæquat. Suntque primi ambitus pinnæ albæ: secundi, nigræ: tertii, puniceæ: quarti, cæruleæ: quinti, sandaracenæ. 3 Præterea ne ridere coram vel excreare in quoquam honestum haberetur. Et hæc à Medis apud regem observantur, ne videlicet, &c. * Plinius verò, Ecbatanam caput Mediæ Seleucus condidit, (i. e.) ut exponit Scaliger, priùs diruta, postea a Seleuco instaurata.

ἐκπέμπεσκε. Ταῦτα μὲν κατ' τὰς δίκας ἐποίεε. Τὰ δ' ἄλλα διεκοσμέατο· οἱ εἴ τινα πυθοίατο ὑβρίζοντα, τοῦτον ὅκως μεταπέμψαιτο κατ' ἀξίην ἐκάστου ἀδικήματος ἐδικαίου. Καὶ οἱ κατάσκοποί τε καὶ κατήκοοι ἦσαν ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώρην καὶ ἦρχε. Δηϊόκης μὲν νυν τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνέστρεψε μοῦνον, καὶ τοῦτο ἦρξε· ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βουσαὶ, Παρητακηνοὶ, Στρούχατες, Ἀριζαντοὶ, Βούδιοι, Μάγοι. Γένεα μὲν Μήδων ὅδε τοσάδε. Δηϊόκεω δὲ παῖς γίνεται Φραόρτης, ὃς, τελευτήσαντος Δηϊόκεω, βασιλεύσαντος τρία καὶ πεντήκοντα ἔτεα, παρεδέξατο τὴν ἀρχήν. Παραδεξάμενος δὲ, οὐκ ἀπέσχετο μόνων ἀρχεῖν τῶν Μήδων· ἀλλὰ στρατευσάμενος ἐπὶ τοὺς Πέρσας, πρώτους τε τούτους ἐπεδήσατο, καὶ πρώτους Μήδων κατηκόους ἐποίησε. Μετὰ δὲ, ἔχων δύο τοσαῦτα ἔθνεα, καὶ ἀμφότερα ἰσχυρὰ, κατεστρέφετο τὴν Ἀσίην, ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλον ἰὼν ἔθνος. Ἐς ὃ στρατευσάμενος ἐπὶ τοὺς Ἀσσυρίους, καὶ Ἀσσυρίων τοὺς οἳ Νῖνον εἶχον, καὶ ἦρχον πρότερον πάντων, τότε δὲ ἦσαν μεμεινωμένοι τῷ συμμάχων, ἀπὸ ἀπεστεώτων, ἄλλως μέντοι εὐδαιμονέοντες· ἐπὶ τούτους δὴ στρατευσάμενος ὁ Φραόρτης, αὐτός τε διεφθάρη, ἀρξας δύο τε καὶ εἴκοσι ἔτεα, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ ὁ πολλός. Φραόρτεω δὲ τελευτήσαντος, ἐδέξατο Κυαξάρης ὁ Φραόρτεω τοῦ Δηϊόκεω παῖς. Οὗτος λέγεται πολλὸν ἔτι ἡμέρης ἀλκιμώτερος τῶν προγόνων· καὶ πρῶτός τε ἐλόχησε κατὰ τέλεα τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ πρῶτος διέταξε χωρὶς ἐκάστους εἶναι, τούς τε αἰχμοφόρους, καὶ τοὺς ἱππέας, καὶ τοὺς τοξοφόρους. Πρότερον δὲ ἀναμὶξ ἦν πάντα ὁμοίως ἀναπεφυρμένα. Οὗτος ὁ τοῖσι Λυδοῖσι δὴ μαχεσάμενος, ὅτε νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετο σφι μαχομένοισι. Καὶ ὁ τὴν Ἅλυος ποταμῷ ἄνω Ἀσίην πᾶσαν συνέσας ἑωυτῷ. Συλλέξας δὲ τοὺς ἐπ' ἑωυτῷ ἀρχομένους πάντας, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὴν Νῖνον, τιμωρέων τε τῷ πατρὶ, καὶ τὴν πόλιν ταύτην θέλων ἐξελεῖν. Καί οἱ, ὡς συμβαλὼν ἐνίκησε τοὺς Ἀσσυρίους, παραταξαμένῳ τὴν Νῖνον, ἐπῆλθε Σκυθέων στρατὸς μέγας. Ἦρχε δὲ αὐτῶν βασιλεὺς ὁ Σκυθέων Μαδύης, Πρωτοθυέω παῖς· οἳ ἐσέβαλον μὲν ἐς τὴν Ἀσίην, Κιμμερίους ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Εὐρώπης, τούτοισι δὲ ὁπισσοπόδηοι φεύγουσι, ἔστω ἐς τὴν Μηδικὴν χώρην ἀπίκηνται. Ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν καὶ ἐς Κόλχους τεσσερακονθήμερον ὁδὸν διζήσιος ὁδός. Ἐκ δὲ τῆς Κολχίδος οὐ πολλὸν διάστημα ἐς τὴν Μηδικὴν, ἀλλὰ διὰ τοῦ μέσου ἔθνεος

remittebat. Et hæc quidem in judiciis factitabat. Cæteris autem in rebus hunc ordinem instituerat: Si quem intellexisset injuriam cuipiam facere, hunc ad se ascitum, indicta pro delecti modo pœna multabat: in quem usum exploratores auscultatoresque per universam suam ditionem disposuerat. Deioces igitur solam Medicam subegit nationem, eique soli imperavit. CI
Cujus nationis tot numero gentes sunt, Busæ, Paretaceni, Struchates, Arizanti, Budii, Magi. Tot sunt in Media gentes. Deioce defuncto, qui annos tres & quinquaginta regnavit, filius ejus *Phraortes* suscepit imperium. CII
Qui solo imperio Medorum non contentus, bellum ante omnes intulit Persis, eosque primos in potestatem Medorum redegit, Quibus nationibus potitus, valida utraque, mox Asiam subegit, aliam deinceps atque aliam invadendo gentem: donec ad Assyrios oppugnandos pervenit, ad eos inquam Assyrios qui Ninum incolebant, quondam omnium principes, sed tunc à sociis per defectionem desertos: alioqui per se bene habentes. Adversus hos expeditione susceptâ *Phraortes*, secundo ac vicesimo quàm regno potitus est anno, cum pleraque exercitus parte periit. Post obitum ejus, *Cyaxares* filius, Deiocis CIII
nepos, successit: qui dicitur multo majoribus suis fortior fuisse, & primus Asiáticos populos [1] in provincias distinxisse, primusque in suum quosque ordinem distribuisse, hastatos, equites, sagittarios: quum prius omnia [2] promiscua fuissent atque implicita. Hic est qui cum Lydis bellum gessit: quo tempore in ipsa pugna dies in noctem est conversus: quique tota supra Halym flumen Asia sibi conciliata, collectis suis omnibus, copias duxit adversus Ninum, simul & patrem ulturus, & civitatem ipse eversurus: Ipsi porro, Assyriis prœlio superatis, Ninum obsidenti ingruit ingens Scytharum exercitus, duce Scytharum rege Madye Prototyæ filio. Qui Cimmeriis ex Europa ejectis in Asiam eruperunt: & dum illos fugientes persequuntur, ita in Mediam penetrarunt. Est autem à lacu Mæotide ad Phasim usque & Colchos, expedito viatori iter triginta dierum: è Colchis vero non ita longo itinere perveniri potest in CIV
Mediam: sed una duntaxat natio inter-

1 In turmas decuriasse. 2 Promiscue fuissent confusa.

jecta

jecta est, Saspires: quos ubi transieris, continuò occurrit Media. Scythæ tamen hâc non irruperunt, sed alia via superiore & multo longiore deflectentes, Caucaso monte ad dextram relicto. Hîc Medi cum Scythis congressi, proelioque fusi, Asiæ imperium amiserunt. CV Porro Scythæ universa Asia potiti, hinc recta in Ægyptum contendunt. Quibus jam Syriam Palæstinam ingressis Psammitichus occurrens Ægypti rex, muneribus precibusque effecit ne ulterius progrederentur. 1 Scythæ, ubi retrocedentes in urbe essent Palæstinæ Ascalone, bonaque parte Scytharum nullam injuriam inferente, pauci aliquot relicti Veneris Uraniæ fanum depecularunt, inter cætera (quantum equidem scio) hujus deæ fana vetustissimum. Siquidem quæ in Cypro est *ejusdem deæ* ædes ex hac prodiit: id quod ipsi etiam Cyprii referuntur. Quinetiam illud apud Cythera delubrum Phœnices ex hac Syriæ regione orti condiderunt. Ac vero dea ipsa templi spoliatoribus eorumque posteris morbum immisit fœmineum: quemadmodum & ipsi fatentur Scythæ, se videlicet illo morbo ob id laborare. 2 Et videre licet apud Scythas hunc morbum curantes, quos Enareas appellant Scy- CVI thæ. Postquam vero jam vigintiocto annis Asiæ imperium Scythæ obtinuissent, omniaque jam pœne ex negligentia licentiaque depopulata essent (nam præter tributum exactionesque, diripiebant, extorquebantque à quibuslibet quæcunque possidebant) tandem horum potiorem partem Cyaxares atque Medi hospitio acceptam inebriatamque interemerunt. Et sic quidem Medi recuperarunt imperium, receptis iis quibus prius potiebantur, & Ninum expugnaverunt: (ut autem ceperint, in aliis mox scriptis indicabo) Assyriosque, excepta Babylonica quapiam portione, subegerunt. Post hæc Cyaxares, ubi quadraginta annis 3 una cum Scythis imperasset, vita functus est. CVII ¶ Cujus regnum suscepit ASTYAGES filius. Hic filiam sustulit, appellavitque eam Mandanen: quæ visa est ei per

ἀυτῆς ὄζει, Σαπειρες· τοῦτο ὦ τῷ Ἀμμιεβο-
μένοισι, ἔξ ἐν τῇ Μηδικῇ. Οὐ μέντοι οἵ-
γε Σκύθαι τοιούτῃ ἐσέβαλον, ἀλλὰ τ κα-
τύπερθεν ὁδὸν πολλῷ μακροτέρην" ἐκ- ℞ ἐπιστρε-
τραπόμενοι, ἐν δεξιῇ ἔχοντες τὸ Καυκάσιον πόμενοι.
ὄρος. Ἐνθαῦτα οἱ μὲν Μῆδοι συμβαλόντες
τοῖσι Σκύθῃσι, ἡττηθέντες τῇ μάχῃ, τῆς
ἀρχῆς κατελύθησαν· οἱ δὲ Σκύθαι τ Ἀσίη-
ν πᾶσαν ἐπέσχον. Ἐνθεῦτεν ὦ ἤισαν ἐπ'
Αἴγυπτον· ἡ ἐπεί τε ἐγένοντο ἐν τῇ Πα-
λαιστίνῃ Συρίῃ. Ψαμμίτιχος σφέας Αἰ-
γύπτου βασιλεὺς ἀντιάσας δώροισί τε καὶ λι-
τῇσι ἀποτρέπει περαιτέρω μὴ προϊέναι.
Οἱ δὲ, ἐπεί τε ἀναχωρέοντες ὀπίσω, ἐγένον-
το τῆς Συρίης ἐν Ἀσκάλωνι πόλει, πλῆ-
θος πλεόνων Σκυθέων παρεξελθόντων ἀσινέως,
ὀλίγοι τινὲς ἀυτῶν ὑπολειφθέντες, ἐσύλη-
σαν τῆς θεοῦ τὸ Ἀφροδίτης τὸ ἱρόν. Ἔστι δὲ
τοῦτο τὸ ἱρὸν, (ὡς ἐγὼ πυνθανόμενος
εὑρίσκω) πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν ὅσα
ταύτης τῆς θεοῦ. Καὶ γὰρ τὸ ἐν Κύπρῳ ἱρὸν
ἐνθεῦτεν ἐγένετο, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Κύπρι-
οι· καὶ τὸ ἐν Κυθήροισι, Φοινικὲς εἰσὶν οἱ
ἱδρυσάμενοι, ἐκ ταύτης τῆς Συρίης ὄντες.
Τοῖσι δὲ τῶν Σκυθέων συλήσασι τὸ ἱρὸν τὸ
ἐν Ἀσκάλωνι, καὶ τοῖσι τουτέων αἰεὶ ἐκγό-
νοισι ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλειαν νοῦσον· ὥστε
ἄμα λέγουσί τε οἱ Σκύθαι ἀφ' τοῦτο σφέ-
ας νοσεῖν, καὶ ὁρᾶν παρ' ἑωυτοῖσι τοὺς ἀπικνε-
ομένους ἐς τὴν Σκυθικὴν χώρην ὡς ἀφαν-
ίζονται, τὸν καλέουσι Ἐναρέας οἱ Σκύθαι.
Ἐπὶ μὲν νυν ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα ἔτεα ἦρχον
τῆς Ἀσίης οἱ Σκύθαι, καὶ πάντα
σφι ἐκ τε ὕβριος καὶ ὀλιγωρίης ἀνάστα
τα ἦν· Χωρὶς μὲν γὰρ φόρων, ἔπρησσον
παρ' ἑκάστων τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον. Χω-
ρὶς δὲ τῦ φόρου, ἥρπαζον περιελαυνόντες τὸ-
τὸ ὅπερ ἔχοιεν ἑκάστοι. Καὶ τούτων μὲν τὸν ℞ ἴ, π
πλεῦνας Κυαξάρης τε καὶ Μῆδοι ξεινίσαντες
καὶ καταμεθύσαντες κατεφόνευσαν. Καὶ ὕτω
ἀνεσώσαντο τὴν ἀρχὴν Μῆδοι, καὶ ἐπεκράτεον
πόλιος περ καὶ πρότερον· καὶ τὴν τε Νῖνον
εἷλον, (ὡς δὲ εἷλον, ἐν ἑτέροισι λόγοισι δη-
λώσω) καὶ τὸν Ἀσσυρίους ὑποχειρίους ἐποιή-
σαντο, πλὴν τῆς Βαβυλωνίης μοίρης. Μετὰ
δὲ ταῦτα, Κυαξάρης μὲν, βασιλεύσας τεσσα-
ράκοντα ἔτεα, σὺν τοῖσι Σκύθῃσι ἦρξαν, τελευτᾷ. Ἐκδέκεται δὲ Ἀσυάγης ὁ Κυαξάρεω παῖς
τὴν βασιληίην. Καὶ οἱ ἐγένετο θυγάτηρ, τῇ ἔνομα ἐγένετο Μανδάνη. Τὴν ἐδόκεε Ἀσυάγης ἐν 29

1 Scythæ vero regredientes, quum in urbem Syriæ Ascalonem pervenissent, plerisque nullo illato damno prætergressis, pauci aliquot rel. Ven. Uraniæ fanum spoliarunt, omnium (quantum quidem intelligo) hujus deæ templorum vetustissimum. 2 Et ab iis qui in Scythiam veniunt, eo morbo affectos conspici: quos Scythæ ipsi enareas, *id est execrabiles, seu execrationi obnoxios*, appellant. Itaque octo & viginti annos Scythæ imperium Asiæ tenuerunt, quo tempore omnia injuriosè & superbe imperitando vastarunt. Siquidem præter tributa, tantum a singulis exigebant quantum iis impositum esset: & tributis non contenti, singulorum etiam bona passim prædabantur. Plerosque igitur ipsorum Cyaxares & Medi hospitio acceptos & inebriatos interemerunt. Et hoc modo recepto imperio, iis quæ prius obtinebant sunt potiti, & Ninum ceperunt. Quomodo autem ceperint, & Assyrios (excepta Babylonia) sibi subjecerint, alibi declarabo. 3 Comprehenso Scythatum imperio, regnasset.

τὰν

τῷ ὕσνῳ ὑρῆσαι τοσοῦτον ὥστε πλῆσαι ἂν τὴν ἑωυτῦ πόλιν, ὥστε κατακλύσαι ἢ καὶ τὴν Ἀσίην πᾶσαν. Ὑποδεδεγμένος δὲ τῶν μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, ἐφοβήθη, καὶ κατ' αὐτῶν αὐτὰ ἕκαστα ἐκμαθών. Μετὰ δὲ, τῷ μὲν Μανδάνῃ ταύτῃ ἐοῦσαν ἤδη ἀνδρὸς ὡραίῃ, Μήδων μὲν τῶν ἑωυτῦ ἀξίων ἐδενὶ δίδοῖ γυναῖκα, δεδιὼς τὸ ὄψιν· ὁ δὲ Πέρσῃ δίδοῖ, τῷ ἔνομα ἦν Καμβύσης· τὸν εὕρισκε οἰκίης μὲν ἐόντα ἀγαθῆς, τρόπου δὲ ἡσυχίου· πολλῷ ἔνερθε ἄνδρα αὐτὸν μέσου ἀνδρὸς Μήδου. Σημοινάμενος δὲ τῷ Καμβύσῃ τὴν Μανδάνην, ὁ Ἀστυάγης τῷ πρώτῳ ἔτεϊ εἶδε ἄλλην ὄψιν· ἐδόκεέ οἱ ἐκ τῶν αἰδοίων τῆς θυγατρὸς ταύτης φῦναι ἄμπελον· τὸν δὲ ἄμπελον ἔπρηξεῖν τὴν Ἀσίην πᾶσαν. Ἰδὼν δὲ τοῦτο, καὶ ὑποθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι, μετεπέμψατο ἐκ τῆς Περσέων τὴν θυγατέρα ἐοῦσαν. ἀπικομένην δὲ ἐφύλασσε βουλόμενος τὸ γινόμενον ἐξ αὐτῆς διαφθεῖραι· ἐκ γὰρ δὴ οἱ τὰ ὄψιος οἱ τῶν μάγων ὀνειροπόλοι ἐσήμαινον ὅτι μέλλει ὁ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ γόνος βασιλεύσειν ἀντ' ἐκείνου. Ταῦτα δὴ ὦν φυλασσόμενος ὁ Ἀστυάγης, ὡς ἐγένετο ὁ Κῦρος, καλέσας Ἅρπαγον, ἄνδρα οἰκήιον, καὶ πιστότατόν τε Μήδων, καὶ πάντων ἐπίτροπον τὰ ἑωυτῦ, ἔλεγέ οἱ τοιάδε, Ἅρπαγε, πρῆγμά τι μὴ παρεὶς ἄλλῳ μηδαμῇ πρόφασιν μηδὲ ἐμέ τε ἀπατήσῃ, καὶ ἄλλως ἐλόμενος, ἐξ ὑστέρης σεωυτῷ ἐπιτρέψεις. Λάβε τὸν ὦν Μανδάνης ἔτεκε παῖδα· φέρων δὲς ἐς ἑωυτῦ, ἀπόκτεινον· μετὰ δὲ θάψων τρόπῳ ὅτεῳ αὐτὸς βούλεαι. Ὁ δὲ ἀμείβεται, Ὦ βασιλεῦ, ἔστε ἄλλοτέ κω παρεῖδες ἀνδρὶ τῷδε ἄχαρι ἐόν, φυλασσόμενός δὲς ἐς σὲ καὶ ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον μηδὲν ἐξαμαρτεῖν· ἀλλ' εἰ τοι φίλον τοῦτο ὕτω γίνεσθαι, χρὴ δὴ τόγε ἐμὸν ὑπηρετέεσθαι πρόθυμον. Τούτοισι ἀμειψάμενος ὁ Ἅρπαγος, ὡς οἱ παρεδόθη τὸ παιδίον κεκοσμημένον τῷ ἐπὶ θανάτῳ, ἦλθε κλαίων ἐς τὰ οἰκία. Παραγενόμενος δὲ ἔφραζε τῇ ἑωυτῦ γυναικὶ τὰ πάντα Ἀστυάγεος ῥηθέντα λόγον. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν λέγει, Νῦν ὦν τί σοι ἐν νόῳ ἔξι ποιέειν; ὁ δὲ ἀμείβεται ἐκ τῆς ἐτέλλετο Ἀστυάγης, Οὐδ' εἰ παραφρονήσει τε καὶ μανείεται κάκιον ἢ νῦν μαίνεται, ἔ οἱ ἑπόμενος προσθήσομαι τῇ γνώμῃ, οὐδὲ ἐς φόνον τοιοῦτον

quietem tantum urinæ fundere ut omnem ipsius urbem oppleret, atque universam Asiam inundaret. Quod somnium quum magis, somniorum interpretibus, exposuisset, conterritus est, singula quæque ab illis edoctus. Ideoque visum hoc reformidans, Mandanen jam viro maturam, nulli Medorum qui ea dignus esset, tradendam statuit, sed Persæ cuidam nomine Cambysi, quem compertum habebat familiæ quidem bona ortum, cæterum ingenio sedato, 1 gerentemque se multo infra mediocris Medi alicujus conditionem. Eodem quo Cambysi collocaverat filiam anno, visionem alteram vidit: videbatur ei ex genitalibus filiæ vitis enasci quæ omnem occuparet Asiam. Quod visum quum retulisset ad interpretes somniorum, filiam jam prægnantem & partui vicinam ex Persis accersit, eique, quum venisset, custodiam apponit, volens quod illa peperisset interimere. Etenim magi somniorum interpretes visionem illam portendere dicebant Astyagi, prolem filiæ pro ipso regnaturam. Hoc igitur observans Astyages, ubi genitus est Cyrus, adscito Harpago familiari suo, & inter Medos fidissimo, atque omnium rerum suarum procuratori, Hæc inquit, Harpage, negotium quod tibi injungo cave prætermittas, aut ullo modo exequi supersedeas: 2 neve committas ut alios præponendo, postea tibiipsi perniciem crees. Capito quem Mandane peperit puerum, in domumque tuam ferto, atque occidito: postmodum quoquo modo voles ipse sepelito. Cui respondit ille, 3 Neque alias unquam rex huic viro rem injunxisti ingratam, & in posterum dabimus operam nequid in te delinquamus. Quod si tibi cordi est hoc ita fieri, 4 mea interest id industrie exequi. Hæc quum respondisset Harpagus, eique 5 puer traditus esset ornatus ad necem, contulit se domum, flens, adiensque uxorem, refert omnem habitum secum ab Astyage sermonem. Ad quem uxor, Quid igitur, inquit, facere tibi in animo est? Ego vero (respondet vir) quanquam Astyages mandavit, etiamsi desipiet, pejusque insaniet quam nunc insanit, non tamen ejus voluntati parebo, neque ad hanc necem

---

1 Et quem ipse infra mediocris conditionis Medos duceret. 2 Neque me decipito, & *ne aliis ad hoc agendum* delectis tandem tibi ipse malum crees. 3 Neque alias unquam animadvertisti in hoc viro quidquam injucundum [*vel* molestum] & in post. ut παρεὶς *eum usum habeat quem antea* μεταδοὺς. *Legit autem in proxime sequentibus hic interpr.* φυλαξόμεθα. 4 Meum est. 5 Puerulus cum ornatu traditus esset ad necem.

obsequar:

obſequar: idque multis de cauſis, tum quod puer ipſi mihi cognatus eſt, tum quod Aſtyages grandis natu eſt, & virili prole orbus: quo defuncto, ſi tyrannis ad ejus perventura eſt filiam, cujus nunc filium per me interimit, quid aliud reſtat hinc mihi quam periculum maximum? Enimvero ſecuritatis meæ cauſa expedit hunc puerum interire, ſed per aliquem ipſius Aſty-
CX agis, non per aliquem meorum. Hæc loquutus, è veſtigio nuncium mittit ad bubulcum Aſtyagis, quem norat 1 paſcuorum maxime idoneorum, & montium feris frequentiſſimorum eſſe gnariſſimum: cui nomen erat Mitradates: cujus contubernalis & eadem conſerva erat, nomine Cyno, Græca lingua, *id eſt canis*, Medica, Spaco. Nam canem Medi ſpaca appellant. Locus ubi boum paſcua ille habebat, montium radices erant, ad ventum boream Ecbatanorum, & ad pontum Euxinum. Hoc enim tractu ad Saſpires vergente, Media valde montoſa eſt & edita, ac nemoribus frequens, reliqua vero tota admodum plana. Hic itaque accerſitus, propere quum veniſſet, inquit ad eum Harpagus, Jubet te Aſtyages hunc capere infantem, quem in deſertiſſimo montium exponas, ut celerrime pereat. Et hæc ut tibi dicerem mihi injunxit: & niſi hunc interemeris, ſed aliquo pacto ſervaveris, 2 peſſimo exitio te occubiturum, cui expoſitioni infantis inſpector ego
CXI præpoſitus ſum. Hæc ubi audivit bubulcus, ſumpto infante, rediit quà venerat 3 ad bovile ſuum. Ei, dum in urbem abiit, uxor ſua, quæ erat prægnans, per totam diem parturiens, è voluntate dæmonis enixa eſt filium. Abſente marito utrique mutua tenebantur ſollicitudine: hic quidem uxori parturienti metuens, illa viciſſim marito timens, propterea quod præter conſuetudinem ab Harpago accerſitus eſſet. Ubi autem reverſus affuit, eum uxor, utpote ex improviſo cernens, prior interrogavit quid ita ſtudioſe ipſum Harpagus accerſiſſet. Cui ille, Uxor, inquit, ubi in urbem veni, & vidi & audivi 4 quod nec viſum oportuit nec agi circa dominos noſtros, Harpagi domus omnis luctu tenebatur: in quam ego perterrefactus ſimulatque introii, video puerulum in medio

ὑπηρετήσω. πολλῶν δὲ εἵνεκα ἐφοβέύσω μιν· ᾗ ὅτι αὐτῷ μοι συγγλμής ἐστιν ὁ παῖς, ᾗ ὅτι Ἀσυάγης μοὶ ἐστι γέρων, ᾗ ἄπαις ἔρσεν. γόνυ· εἰ δὲ ἀτλήσει τούτυ τελευτήσαντ. ἐς τὶν θυγατέρα ταύτην ἀναβιῶναι ἡ τυραννὶς, ἧς νῦν τὸν υἱὸν κτείνει δι' ἐμεῦ, ἄλλο τί ἢ λείπεται τὸ ἀνθεῦτεν ἐμοὶ κινδυνώων ὁ μέγιστ.; ἀλλὰ τῷ μὲν ἀσφαλέ. εἵνεκα ἐμοὶ, δεῖ τοῦτον τελευ-
10 τᾶν τὸν παῖδα· δεῖ μέντοι τινὰ Ἀσυάγ., αὐτὸ φονέα γενέσθ, ᾗ μὴ τὸ ἐμόν. Ταῦτα εἰπὰς, αὐτίκα ἄγγελον ἔπεμπε ἐπὶ τὸν βυκόλον τὸν Ἀσυάγ., τὸν ἥπιστα νομάς τε ἐπιτηδεωτάτας νέμοντα, ᾗ θρέα θηριωδέστατα· τῷ ἔνομα ἦν Μιτραδάτης. Συνοίκεε δὲ τῇ ἐωυτῦ σιναλήκῃ. Οὔνομα δὲ τῇ γυναικὶ ἦν τῇ συνοίκεε, Κυνὼ, κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων γλῶσσαν· κατὰ δὲ τὴν Μηδικὴν, Σπακώ. Τὴν γὰρ κύνα
20 καλέυσι σπάκα Μῆδοι· αἱ δὲ ὑπόρεαι εἰσὶ τῶν ὀρέων ἔνθα τὰς νομὰς τῶν βοῶν εἶχε ἐκεῖνος δὴ ὁ βυκόλ., πρὸς βορέω τε ἀνέμυ τῆ Ἐκβατάνων, ᾗ πρὸς τὸν πόντον τὸν Εὐξείνυ. Ταύτη μὲν γὰρ ἡ Μηδικὴ χώρη πρὸς Σαπτπείρων ὀρεινή ἐστι κάρτα, ᾗ ὑψηλή τε, ᾗ ἴδησι σκιερῆς· ἡ δὲ ἄλλη Μηδικὴ χώρη, ἐστὶ πᾶσα ἄπεδ.· ἐπεὶ ὦν ὁ βυκόλ. σκυδρὴν πολλὴν καλεόμεν. ἀπίκετο, ἔλεγε ὁ Ἅρπαγ. τάδε, Κελεύει σε Ἀσυάγης
30 τὸ παιδίον τοῦτο λαβόντα, θεῖναι ἐς τὸ ἐρημότατον τῶν ὀρέων, ὅκως ἂν τάχιστα ἀπολοφθαρείη· καὶ τάδέ τοι ἐκέλευσε εἰπεῖν, Ἢν μὴ ἀποκτείνῃς αὐτὸ, ἀλλά τεῳ τρόπῳ σκεπτώσῃ, ὀλέθρῳ τῷ κακίστῳ σε ἀπολχρήσεσθ· ἐπορᾶν δ' ἐκκείμενον ἀπατέταγμαι ἐγώ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ βυκόλ., ᾗ ἀναλαβὼν τὸ παιδίον, ἦιε τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδὸν, ᾗ ἀπικνέεται ἐς τὴν ἑπαυλιν· τῷ δ' ἄρα ᾗ αὐτῷ ἡ γυνὴ ἐπίτεξ ἔουσα πᾶ-
40 σαν ἡμέρην, τότε κως κατὰ δαίμονα τίκτει, οἰχομένυ τοῦ βυκόλυ ἐς πόλιν· ἦσαν δὲ ἐν φρενοτίδι ἀμφότεροι ἀλλήλων πέρι· ὁ μὲν, τοῦ τόκυ τῆς γυναικὸς ἀρρωδέων, ἡ δὲ γυνὴ, ὅτι ἐκ ἐωθὼς ὁ Ἅρπαγ. μετεπέμψατο αὐτὸν τὸν ἀνδρα· ἐπείτε δὲ ἀπενοήσησε ἐπέσπ, οἵα δὴ ἀέλπτυ ἰδοῦσα ἡ γυνὴ, εἴρετο πρότερον ὅτι μιν οὕτω περιθύμως Ἅρπαγ. μετεπέμψατο. Ὁ δὲ εἶπε, Ὦ γύναι, εἶδόν τε ἐς πόλιν ἐλθὼν ᾗ ἤκουσα τὸ μήτε ἰδεῖν ὄφελον, μήτε ἡδέως ἐς δεσπότεας ἡμετέρυς. Οἰκ. μὲν πᾶς Ἁρπάγυ κλαυθμῷ κατείχετο· ἐγὼ δὲ ἐκπλαγεὶς, ἧια ἔτω· Ὡς δὲ τάχιστα ἐσῆλθον, ὁρέω παιδίον προκεί-

1 Paſcua & montes feris oppletos quam opportuniſſime incolere. 2 Fore ut peſſimo ſupplicio te interficiat. Expoſitum autem intueri ſum juſſos. 3 Ad caſam ſuam. Huic porro etiam uxor quæ per totum diem parturierat, tunc forte numinis voluntate filium pepererat, dum ipſe in urbem proficiſceretur: erantque alter de altero ſolliciti. 4 Quod utinam neque vidiſſem, neque unquam dominis noſtris eveniat.

μενον

" μῦον, ἀσπαιρόν τε καὶ κραυγανόμῦον, " κεκοσμημένον χρυσῷ τε καὶ ἐσθῆτι ποικί- " λῃ. Ἅρπαγος ὡς εἶδέ με, ἐκέλευε " τοῦτο ταχίστου ἀναλαβόντα τὸ παιδίον, " οἴχεσθαι φέροντα, καὶ φάναι ἑωυτὸν θη- " δέστατον εἶναι τῶν ἐμῶν οἰκετέων. " ἐγὼ ἀναλαβὼν, ἔφερον, δοκέων τε τινος " οἰκετίων ἔσεσθαι. ὑπὸ δὲ ἄρα κατέδεξα " ἔνδοθεν γε ἦν. ἐνθεμένου δὲ ὁρέων " χρυσῷ τε καὶ εἵμασι κεκοσμημένον· τοὺς " τε, καὶ κλαυθμὸν καταστάντα ἐμφανέα ἐν " Ἅρπαγι. καὶ δὴ κατ' ὁδὸν πυνθάνομαι " τὰ πάντα λόγον παρὰ ποιμένος, ὃς ἐμὲ προ- " πέμπων ἔξω πόλιος, ἐνεχείρισε τὸ " βρέφος· ὡς ἄρα Μανδάνης τε εἴη παῖς " τῆς Ἀστυάγεω θυγατρὸς, καὶ Καμβύσεω " τοῦ Κύρου. καί μιν Ἀστυάγης ἐντέλλεται " ἀποκτεῖναι· νῦν τε ὧδε ἔδοξε. Ἅμα δὲ ταῦ- " τα ἔλεγε ὁ βουκόλος, καὶ ἐκκαλύψας ἀπε- " δείκνυε. ἡ δὲ, ὡς εἶδε τὸ παιδίον μέγα τε " καὶ εὐειδὲς ἐὸν, δακρύσασα, καὶ λαβομένη " τῶν γονάτων τοῦ ἀνδρὸς, ἐχρῆζε μηδεμιῇ " τέχνῃ ἐκθεῖναι μιν. ὁ δὲ οὐκ ἔφη οἷός τ' " εἶναι ἄλλως αὐτὰ ποιέειν. Ἐπιφοιτήσειν γὰρ " κατασκόπους ἐξ Ἀρπάγου " κατοψομένους· " ἀπολέεσθαί τε κάκιστα, ἢν μὴ σφέα ποιήσῃ. " ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε ἄρα τὸν ἄνδρα, δεύ- " τερα λέγει ἡ γυνὴ τάδε, Ἐπεὶ τοίνυν " οὐ δύναμαί σε πεῖσαι μὴ ἐκθεῖναι, σὺ δὲ " ὧδε ποίησον, εἰ δὴ πάσῃ γε ἀνάγκη " ὀφθῆναι ἐκκείμενον. τέτοκα γὰρ καὶ ἐγὼ, " τέτοκα δὲ τεθνεός· τοῦτο μὲν φέρων πρό- " σες· τὸν δὲ τῆς Ἀστυάγεος θυγατρὸς " παῖδα ὡς ἐξ ἡμέων εὐπλα τρέφωμεν. καὶ " ὅτω ὕστε σὺ ἀλώσεαι ἀδικέων τὰς δε- " σπότεας, ἔστε ἡμῖν κακῶς βεβουλευμένα " ἔσται. ὅ, τε γὰρ τεθνεὼς βασιλήιος ταφῆς " κυρήσει, καὶ ὁ ζωοποιέων ἐκ ἀπολέσει τὴν " ψυχήν. Κάρτα τε ἔδεξε τῷ βουκόλῳ πρὸς " τὰ παρεόντα οὕ λέγειν ἡ γυνὴ, καὶ αὐτίκα " ἐποίεε ταῦτα. τὸν μὲν ἔφερε θανατώσων " παῖδα, τοῦτον μὲν ὠθιζόμενον τῇ ἑωυτοῦ γυ- " ναικὶ· τὸν δὲ ἑωυτοῦ ἐόντα νεκρὸν λαβὼν " ἔθηκε ἐς τὸ ἄγος. ἐν τῷ ἔφερε τὸν ἕτερον. " κοσμήσας δὲ τῷ κόσμῳ παντὶ τῷ ἑτέρου " παιδὸς, φέρων ἐς τὸ ἐρημότατον τοῦ " ὄρεος τιθεῖ· ὡς δὲ τρίτη ἡμέρη τῷ " παιδίῳ ἐκκειμένῳ ἐγίνετο, ἦιε ἐς πόλιν ὁ βουκόλος τινὰ προβόσκων " φύ- " λακα ἑωυτῷ καταλιπών. ἐλθὼν δὲ ἐς τοῦ Ἀρπάγου, ἀποδεικνύναι ἔφη ἑτοῖμος " εἰ τοῦ παιδίου τὸν νέκυν. πέμψας δὲ ὁ Ἅρπαγος τῶν ἑωυτοῦ δορυφόρων

μου. ἔνδοθεν γε ἦν. ἀποδεικνύναι. φύλακον

posſitum, palpitantem vagientemque, auro ac verſicolori veſte ornatum. Eum Harpagus, ubi me vidit, juſſit celerrime ſumere, atque exponendum aſportare, in montem quammaxime feris abundantem: dicens Aſtyagem eſſe qui hæc mihi injungeret: magnopere minatus, niſi ea facerem. Ego acceptum puerum attuli, ratus alicujus illium domeſticorum eſſe, 1 non autem illius generis. Admirabar tamen quòd viderem auro veſtibuſque ornatum: præterea quod planctus manifeſtus fiebat in Harpagi domo. 2 Atqui inter viam, ex omni oratione famuli qui me extra urbem deduxit, mihique infantem tradidit, percepi eum Mandanes Aſtyagis natæ & Cambyſis Cyro geniti eſſe filium, & ab Aſtyage juſſum interfici: atque is hic eſt. Hæc loquens bubulcus, puerum detectum oſtendit: quem illa intuita procerum ac ſpecioſum, genua viri cum lacrymis amplexa, obſecrat nequa ratione puerum exponat. Hic negare aliter iſta heri poſſe: ſuperventuros enim ab Harpago ſpeculatores ad rem explorandam: ſeque, niſi id exequatur, miſerrime periturum. Mulier ubi id viro non perſuadet, 3 Quandoquidem, inquit, te nequeo inducere, quod ſecundum eſt facito, ſi modo neceſſitas prorſus eſt aſpici puerum dum exponitur. Quoniam ego quoque peperi, peperi autem mortuum: ablatum hunc expone, & iſtum ex Aſtyagis filia, tanquam ex nobis genitum, alamus. Ita neque tu injurius in dominos eſſe deprehenderis, neque nobis male conſuluerimus. Nam & hic qui obiit, regale ſepulchrum nanciſcetur, & iſte qui ſupereſt, animam non amittet. Sane quam commode viſa eſt bubulco mulier loqui pro præſenti conditione: atque ita continuo fecit. Igitur quem necaturus atulerat, eum uxori tradidit: ſuum autem, qui mortuus erat, acceptum, collocavit in eo vaſe in quo alterum portaverat: Omnique alterius pueri cultu ornatum, in deſertiſſimo monte expoſuit. 4 Ideoque poſt pueri expoſitionem, relicto quodam pecuariorum pro ſe illic vicario, in urbem ſe contulit, & ad domum Harpagi: aitque ſeſe paratum illi oſtendere pueri cadaver. Harpagus, miſſis ſuorum ſatellitum fideliſſi-

CXII CXIII

1 Nunquam enim cogitaſſem ex eo genere eſſe. 2 Cæterum in via rem totam ex miniſtro intellexi qui mihi extra urbem deducto puerulum in manus tradidit: filium eſſe videlicet Mandanes Aſtyagis filiæ, & Cambyſis Cyri filii: & Aſtyagem jubere illum interfici. Nunc igitur hic eſt. 3 Secundò hæc dixit, Quandoquidem igitur tibi non poſſum perſuadere ut non exponas, tu ſaltem hoc facito: ſi quidem omnino neceſſe eſt expoſitum cerni. 4 Tertio vero die quàm puer expoſitus fuerat.

fidelissimis, rem per eos inspexit, ac bubulci filium sepelivit. Et hic quidem infans humatus est. Alterum vero, qui postea Cyrus appellatus est, uxor bubulci sibi sumptum, educavit, impositio illi alio quopiam ac non Cyri nomine.

CXIV Qui postea quam decennis fuit, eum res ista quæ illi contigit, palam fecit: Ludebat in pago ubi armenta illa erant, & ludebat cum æqualibus in via: quem inter ludendum cæteri pueri quum pro rege sibi elegissent, cognominatum bubulci filium, 1 ipse eos muniis distinguebat: ut alii domorum structores essent: aliis, ut satellites: alii, ut oculus regis esset: alii, ut mandatorum renunciator, tanquam suum singulis munus assignans. Horum puerorum quidam collusor Artembaris filius erat, viri inter Medos clari, quem Cyrus, quod imperata non fecisset, jussit ab aliis pueris comprehendi: & quum illi paruissent, multis verbibus affecit. Quæ puer tanquam se indigna passus, iniquissimo animo ferens, ubi primum dimissus est, in urbem ad patrem perrexit, & quæ à Cyro pertulisset deploravit: non tamen Cyrum nominans (nondum enim ejus hoc erat nomen,) sed filium bubulci Astyagis. Artembares, ut erat ira percitus, ad Astyagem, ducens filium secum, contendit: & rem intolerandam passum esse inquiens, ejusque humeros ostendens, Siccine indigne (ait) accipimur, rex, 2 à filio bubulci servi tui?

CXV Audiens hæc atque cernens Astyages, volens Artembaris, honoris gratia, ulcisci puerum, jussit accersi bubulcum & filium. Qui quum ambo adfuissent, intuens in Cyrum Astyages, Tune (inquit) hoc tali patre genitus, ausus es hujus filium, viri apud me primarii, tam indignis concidere verberibus? Cui ille, Istud, inquit, here, huic ego jure feci. Pueri enim pagani, quorum hic unus erat, me regem suum ludentes constituerant: quippe qui videbar eis ad hoc maxime esse idoneus. At iste, quum cæteri pueri jussis obtemperarent, audiens dicto esse nolebat, ac me nihili faciebat: propter quod pœnas dedit. Quod si ego propterea ullo malo sum dignus, hîc tibi præsto sum.

CXVI Hæc loquente puero, subiit Astyagi agnitio ejus, visaque est figura oris referre ac repræsentare ipsum, & gestus esse liberalior, & tempus expositionis cum pueri ætate congruere. His perculsus Astyages, aliquandiu sine voce mansit.

τὲς πιστοτάτυς, εἶδέ τε ἅμα τύτων, καὶ ἔθαψε τὸ βυκόλυ τὸ παιδίον. καὶ τὸ μὲ ἐθάπετο· τὸν δ' ὕστερον τύτων Κῦρον ὀνομασθέντα, ἀλαλαβοῦσα ἔτρεφε ἡ γυνὴ τῦ βυκόλυ, ἔνομα ἄλλό κυ τι καὶ ὐ Κῦρον ἐπιθεμένη. Καί ὅτε δὴ ἰὼν δεκαέτης ὁ παῖς, πρῆγμα ἐς αὐτὸν τοιόνδε ἠρόμενον ἐξέφηνέ μιν. ἔπαιζε ἐν τῇ κώμῃ ταύτῃ ἐν τῇ ἦσαν καὶ αἱ βυκολίαι αὗται· ἔπαιζε δὲ μετ' ἄλλων ἡλίκων ἐν ὁδῷ καὶ οἱ παῖδες παίζοντες εἵλοντο ἑωυτῶν βασιλέα εἶναι, τοῦτον δὴ τὸν τῦ βυκόλυ ἐκάλεσαν παῖδα. ὁ δὲ αὐτέων διέταξε τὲς μέν, οἰκίας οἰκοδομέειν, τὲς δέ, δορυφόρυς εἶναι· τὸν δέ κυ τινὰ αὐτέων, ὀφθαλμὸν βασιλῆος εἶναι· τῷ δέ τινι, τὰς ἀγγελίας ἐσφέρειν ἐδίδυ φέρας, ὡς ἐκείνῳ ἔργον πρασσόντων. εἰς δὴ τύτων τῶν παιδίων συμπαίζων, ἐὼν Ἀρτεμβάρεω παῖς, ἀνδρὸς δυνάμει ἐν Μήδοισι (ὁ γὰρ δὴ ἐπίπαν τὸ πρασσόμενον ὑπ' ἐκείνυ ἐπέφερε) ἐκέλευε αὐτὸν τὲς ἄλλυς παῖδας ἀλαλαβέειν. πειθομένων δὲ τῶν παίδων, ὁ Κῦρος τὸν παῖδα τρηχέως κάρτα ἐπιθέσθαι μαστιγέων· ὁ δέ, ἐπεί τε ἐμετέλθη τάχιστα, ὡς γὰρ δὴ ἀναξίως ἑωυτῦ παθὼν, μᾶλλόν τι ἐπεμέκλεε. καταβὰς δὲ ἐς πόλιν, πρὸς τὸν πατέρα ἀπικλίζετο τῷ ἐπὶ Κύρυ, λύπῃσι λέγων ὡς ὁ Κύρυ (οὐ γὰρ κω τοῦτο τὸ ὄνομα) ἀλλὰ πρὸς τὸν Βυκόλυ τὸν Ἀσυάγεος παιδός. ὁ δὲ Ἀρτεμβάρης ὀργῇ ὡς εἶχε, ἐλθὼν παρὰ τὸν Ἀσυάγεα, καὶ ἅμα ἀγόμενος τὸν παῖδα, ἀναβοᾷ πρήγματα ἔφη πεπονθέναι, λέγων, Ὦ βασιλεῦ, ὑπὸ σῦ δούλυ, βυκόλυ δὲ παιδὸς, ὧδε ἀσελγέως ὑβρίσμεθα (δείκνυς τὲς τῦ παιδὸς τὲς ὤμυς.) Ἀκούσας δὲ καὶ ἰδὼν ὁ Ἀσυάγης, θέλων τιμωρῆσαι τῷ παιδὶ τιμῆς τῆς Ἀρτεμβάρεω ἕνεκα, μετεπέμπετο τόν τε βυκόλον καὶ τὸν παῖδα. ἐπεί τε δὲ παρῆσαν ἀμφότεροι, βλέψας πρὸς τὸν Κῦρον ὁ Ἀσυάγης ἔφη, Σὺ δὴ ἐὼν τοῦδε τοιούτυ ἐόντος παῖς, ἐτόλμησας τὸν τοῦδε παῖδα ἐόντος πρώτυ παρ' ἐμοὶ ἀεικίην τοιῇδε ἀσελγείην; ὁ δὲ ἀμείβετο ὧδε, Ὦ δέσποτα, ἐγὼ ταῦτα τοῦτον ἐποίησα σὺν δίκῃ. οἱ γάρ με ἐκ τῆς κώμης παῖδες, τῶν καὶ ὅδε ἦν, παίζοντες, σφέων αὐτῶν ἐξηγεῦντο βασιλέα. ἐδόκεον γάρ σφι εἶναι ἐς τοῦτο ἐπιτηδειότατος· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι παῖδες τὰ ἐπιταχθέντα ἐπετέλεον, οὗτος δὲ ἀνήκεστά τε καὶ λόγου εἴχε ἐδέν· ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην. εἰ ὦν δὴ τοῦδε εἵνεκα ἄξιός του κακῦ εἰμι, ὅδε τοι πάρειμι. Ταῦτα λέγοντος τοῦ παιδὸς, τὸν Ἀσυάγεα ἐσῆλθε ἀνάγνωσις αὐτῦ· καὶ οἱ ὅ, τε χρόνος τῆς ἐκθέσεως τῷ ἡλικίῃ τῦ παιδὸς ἐδόκεε συμβαίνειν, ἐκπλαγεὶς δὲ τύτοισι, ὀπὴ χρόνον ἄφθογγος ἦν.

1 Ipse quibusdam eorum præcipiebat ut domorum str. 2 A servi tui, & quidem bubulci, filio?

μόγις ὦ δή ποτε ἀνενειχθείς, εἶπε (δῆλον
ἐκπέμψαι τ' Ἀρτεμβάρεα, ἵνα τ βυκόλον
" μοῦνον λαβὼν βασανίσῃ) Ἀρτέμβαρες, ἐγὼ
" ταῦτα ποιήσω, ὥστε μὴ παῖδα τὸν σὸν μηδὲν
" δεῖν μεμφεῖς. τ μὲν δὴ Ἀρτεμβάρεα πέμπει·
τ ὦ Κῦρον ἦγεν εἴσω οἱ διὰ πυλέων κελεύσαν-
τος τοῦ Ἀσυάγεος. ἐπεὶ ὦ ὑπελέλειπτο ὁ
βυκόλος μοῦνος, μυχωθέντα τάδε αὐτὸν εἴρε-
το ὁ Ἀσυάγης, πόθεν λάβοι τὸν παῖδα, μὴ τίς
εἴη ὁ φὰς δὲ ὁ ὦ ἐξ ἑωυτοῦ τε φῦναι γεγονέναι, 10
μὴ τὴν τεκοῦσαν αὐτὸν ἔτι ἔι) παρ' ἑωυτῷ.
Ἀσυάγης δέ μιν οὐκ οὗ βυκολίδης ἔφη, ὅπι-
δυμέοντα ἐς ἀνάγκας μεγάλας ἀπικνέεσθαι.
ἅμα τε λέγων ταῦτα, ἐσήμαινε τοῖσι δορυ-
φόροισι λαμβάνειν αὐτόν. ὁ ὦ, ἀγόμενος ἐς
τοὺς ἀνάγκας, ὅτε δὴ ἔφαρε τὸν εὐνέτα λόγον.
ἀρχόμενος δὴ ἀπ' ἀρχῆς διεξῄει, τῇ ἀληθείῃ
χρεώμενος· μὴ κατέδαρε ἐς λιτάς τε, μὴ συγ-
γνώμῃσι ἑωυτῷ κελεύειν ἔχειν αὐτόν. Ἀσυά-
γης ὦ, τ μὲν βυκόλῳ τ ἀληθείῃσι ἐκφήνατο, 20
λόγον ἤδη μὴ ἐλάσσω ἐπισείων· Ἁρπάγῳ ὦ μὴ
μεγάλως μεμφόμενος, καλέειν αὐτὸν τοὺς δο-
ρυφόρους ἐκέλευε. ὡς δέ οἱ παρῆν ὁ Ἅρπαγος,
" εἴρετό μιν ὁ Ἀσυάγης, Ἅρπαγε, τέῳ δὴ
ϗ τρόπῳ " μόρῳ τ παῖδα κατεχρήσαο, τὸν τοι πα-
" έδωκα ἐκ θυγατρὸς γεγονότα τ ἐμῆς; ὁ ὦ
Ἅρπαγος, ὡς εἶδε τ βυκόλον ἔνδον ἐόντα,
ἐ τρέπεται ὅπη ψευδέα ὁδόν, ἵνα μὴ ἐλεγ-
χόμενος ἁλίσκηται· ἀλλὰ λέγει τάδε, Ω
" βασιλεῦ, ἐπεί τε παρέλαβον τὸ παιδίον, 30
" ἐβούλευον σκοπῶν ὅκως σοί τε ποιήσω κατ'
" νόον, μήτε θυγατρὶ τῇ σῇ, μήτε αὐτῷ
" σοὶ εἰλω ἀνδάνοντες. ποιέω δὴ ὧδε· καλέ-
" σας τὸν βυκόλον τόνδε, φονεύσω τὸ
" παιδίον, φὰς σέ τε ἔι) τὸν κελεύοντα
" ἀποκτεῖναι αὐτό. καὶ λέγων ταῦτα, οὐκ
" ἐφυδρόμεον· σὺ γὰρ ἐτετέλεο ὕστερον. φο-
" δίδωμι μηνύσαντος τάδε κατ' παῖδος, ἐντειλά-
32 " μενος θεῖναί μιν ἐς ἔρημον ὄρος, καὶ φυ- 40
" λάσσοντα ἀκριβέως ἐς τελευτήσει·
" ἀπειλήσας παντοῖα τάδε, εἰ μὴ παῖδα
" ὅπως τελέσω ποιήσῃ. ἐπεί τε ὦ ποιήσαντος
" τούτου τὰ κελευόμενα, ἐτελεύτησε τὸ παι-
" δίον, πέμψας τοὺς δυνατωτάτους
" καὶ εἰδον δι' ἐκείνων, καὶ ἔθαψά μιν. ὅτως
" ἔχει, ὦ βασιλεῦ, ὡδὶ τὸ πρῆγμα ἐστί τοῦτο·
" καὶ τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσατο ὁ παῖς. Ἅρπαγος
μὲν δὴ τ ἰθυ ἔφαρε χρόνον. Ἀσυάγης ὦ, κρύ-
ψας τόν οἱ ἐτέχθη λόγον πάλαι τὸ γεγονός, 50
πρῶτα μὲν κατάπερ ἤκουσε πρὸς τοῦ βυκόλου τὸ πρῆγμα, πάλιν ἀπηγέετο τῷ Ἁρ-
πάγῳ· μετὰ ὦ, ὡς οἱ ἐπαλλιλόγετο, κατέδαρε λέγων ὡς ὠφείλεσί τε ὁ παῖς, καὶ τὸ γεγονὸς
" ἔχει καλῶς. Τῷ τε δὴ πεποιημένῳ (ἔφη λέγων) ἐς τὸν παῖδα τοῦτον ἔκαμνον μεγάλως,

vixque tandem ad ſe reverſus, volens à ſe Artembarem dimittere, 1 ut bubulcum ſubmotis arbitris rimaretur, Ego (inquit) Artembares, efficiam ut filius quoque tuus ob hoc nihil conqueri poſſit. Dimiſſo igitur Artembare, & ejus juſſu per famulos Cyro introducto, bubulcum (qui ſolus erat relictus) percontatur unde puerum accepiſſet, quiſve ei tradidiſſet. Ille ex ſe genitum reſpondere, & genitricem ejus apud ſe eſſe. Aſtyages dicere, non bene ſibi illum conſulere qui 2 cuperet ad ingentes devenire neceſſitates. Simulque hæc dicens, ſatellitibus innuit ut caperent ipſum. Hic autem ad neceſſitates redactus, ita demum rem patefecit: ab initioque exorſus, vera referendo, deſcendit ad preces & petendam ſibi veniam. 3 Bubulco veritatem eloquuto, Aſtyages pauciora jam verba fecit: ſed Harpagum, cui valde ſuccenſebat, vocari à ſatellitibus juſſit. Quem, ubi adfuit, percontatur Aſtyages, Harpage, qua nece interemiſti quem tibi tradidi puerum è filia mea genitum? Harpagus (ut vidit paſtorem intereſſe) noluit tergiverſari mendacio, ne argumentis convinceretur: ſed ita reſpondit, Ego, poſteaquam infantem accepi, rex, cogitavi quo pacto ex animi tui ſententia facerem: 4 & tamen, quum apud te innoxius extitiſſem, ne forem aut filiæ tuæ aut tibi ipſi carnifex. Eoque ita ſtatui agendum: Accerſito huic bubulco infantem tradidi, inquiens te eſſe qui juberes illum interfici. In quo dicendo mentitus non ſum. Tu enim ita præceperas. 5 Atque huic, dum puerum trado ex tuo præcepto, juſſi exponeret in deſerto monte, perſtaretque in eo obſervando tantiſper dum expiraſſet: comminatus iſti extrema quæque niſi hæc effecta reddidiſſet. Ubi hic fecit imperata, & infans obiit, miſſis eunuchorum fidiſſimis, rem cognovi, & per eoſdem mortuum ſepelivi. Ita res habet, rex: atque hac morte defunctus eſt puer. Et Harpagus quidem CXVIII 6 directam habuit orationem. Aſtyages autem diſſimulata qua illi infenſus erat cauſa, ob id quod contigerat, primum rem ei enarrat quemadmodum ipſe ex bubulco audierat: deinde ea narrata, eò devenit ut diceret, Quod puer vivit, & quod accidit, bene habet. De eo enim (inquit) quod in hunc puerum factum erat, valde laborabam,

CXVII

1 Ut de bubulco ſeorſum accepto quæſtionem haberet, Ego, &c. 2 Ac ſi ultro vellet in maximas anguſtias ſeſe dare. 3 Aſtyages bubulci veritatem eloquuti non magnam rationem habuit: ſed Harp. 4. Et tamen, quum in te nihil peccaſſem, neque filiæ tuæ, neque tibiipſi eſſem carnifex. 5 Tradidi igitur iſti hoc modo: addito mandato ut eum expon. 6 Simplicem.

& à filia mea insimulatus, haud leviter ferebam. Igitur in bonum conversa fortuna, tum filium tuum mitte ad puerum hunc qui recens venit: tum vero ad cœnam mihi adesto. Siquidem constitui pro recepto filio diis quibus
CXIX honor hic convenit, sacrificare. Harpagus, quum hæc audisset, adorato rege, ac sibi majorem in modum gratulatus quod peccatum suum commode cessisset, & propter sortem prosperam ad convivium vocaretur, domum abiit. Quam ingressus, properanter filium qui ipsi unicus erat, tredecim circiter natum annos, mittit domum Astyagis, jubens exequi quæcunque ille imperaret. Ipse gestiens, quid sibi successisset uxori exponit. Ejus porro filium, ubi advenit, Astyages jugulatum & in frusta concisum partim torruit, partim elixavit, & probe condîtum, paratum habuit. Dehinc sub horam cœnæ, postquam adfuerunt cum cæteri convivæ, tum vero Harpagus, convivis quidem aliis atque ipsi Astyagi mensæ appositæ sunt ovilla refertæ carne: Harpago autem, præter caput & manus extremas ac pedes, reliquis filii sui partibus. Nam illa in canistro operta, separatim reposita erant. Eum autem, postquam satis depastum illo cibo putavit Astyages, interrogat nunquid sit illis oblectatus epulis. Se vero valde oblectatum dicenti Harpago, ii quibus negotium erat datum, adferunt caput filii cum extremis manibus ac pedibus tectum: & adstantes jubent detegere, ac sumere quod vellet ex eis. Harpagus obtemperans, ubi detexit, cernit reliquias filii: non tamen eo spectaculo consternatus est, 1 sed apud seipsum mansit. Et percontanti Astyagi nunquid agnosceret cujus feræ carne pastus esset, se agnoscere respondit: sibique quicquid rex ageret, placere. Hoc reddito responso, receptisque reliquiis carnium, domum abiit, eas (ut ego opinor) illic collectas humaturus.
CXX Et Harpagum quidem hac ultione Astyages prosequutus est. De Cyro autem deliberans, eosdem ex Magis accersivit qui fuerant ipsius somnium sic interpretati. Postquam venerunt, scisciatur eos 2 quid censeant de visione sibi agendum. Illi necessario fore inquiunt ut puer, si superstes esset, nec hactenus periisset, regnaret.

καὶ θυγατρὶ τῇ ἐμῇ ἀξιοβεβλημένῳ, ἐκ ἐν ἐλαφρῷ ἐτιθέμην. ὡς ὦν τῆς τύχης δὺ μετεσεώσης, τοῦτο μὲν, τὸν σεωυτοῦ παῖδα ἀπόπεμψον ὡς τὸν παῖδα τὸν νεήλυδα· τοῦτο δὲ (σοὶ γὰρ τοῦ παιδὸς γὸ μέλλω θύειν τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη ἐστὶ) πάρειδί μοι ἐπὶ δεῖπνον.

Ἅρπαγος μὲν, ὡς ἤκουσε ταῦτα, προσκυνήσας, καὶ μεγάλα ποιησάμενος ὅτι τε ἡ ἁμαρτὰς οἱ ἐς δέον ἐγεγόνεε, καὶ ὅτι ἐπὶ τύχησι χρηστῇσι ἐπὶ δεῖπνον ἐκέκλητο, ἦιε ἐς τὰ οἰκία. ἐσελθὼν δὲ τὴν ταχίστην, ἐὼν γὰρ οἱ παῖς εἷς μοῦνος, ἔτεα τρία καὶ δέκα κου μάλιστα γεγονώς, τοῦτον ἐκπέμπει, ἐναγά τε κελεύων ἐς Ἀστυάγεος, καὶ ποιέειν ὅ, τι ἂν ἐκεῖνος κελεύῃ. αὐτὸς δὲ περιχαρὴς ἐὼν, φεύγει τῇ γυναικὶ τὰ συγκυρήσαντα. Ἀστυάγης δὲ, ὡς οἱ ἀπίκετο ὁ Ἅρπαγος παῖς, σφάξας αὐτὸν, καὶ μελέας διελὼν, τὰ μὲν ὤπτησε, τὰ δὲ ἥψησε τῆσι χρεών. δυτικὰ δὲ ποιησάμενος, εἶχε ἑτοῖμα. ἔπειτα δὲ, τῆς ὥρης γενομένης τοῦ δείπνου, παρῆσαν οἵ τε ἄλλοι ἐστιτυμένοι, καὶ ὁ Ἅρπαγος· τοῖσι μὲν ἄλλοισι καὶ αὐτῷ Ἀστυάγεϊ παρετετάατο τράπεζα ὀπλέων μηλίων κρεῶν· Ἅρπαγος δὲ, τοῦ ἑωυτοῦ παιδὸς, πλὴν τῆς κεφαλῆς τε καὶ ἄκρων χειρῶν τε καὶ ποδῶν, τἄλλα πάντα· ταῦτα δὲ χωρὶς ἦν κείμενα ὀπὴ κάνεφ κατακεκαλυμμένα· ὡς δὲ τῷ Ἅρπάγῳ ἐδόκεε ἄλις ἔχειν τῆς βορῆς, Ἀστυάγης εἴρετό μιν εἰ ἡδείη τι τῇ θοίνῃ. φαμένου δὲ Ἅρπάγου καὶ κάρτα ἡδέσθαι, παρέφερον τοῖσι προσέκειτο τὴν κεφαλὴν τοῦ παιδὸς κατακεκαλυμμένην, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· Ἅρπαγον δὲ ἐκέλευον προσφάντες ἀποκαλύπτειν τε καὶ λαβεῖν τὸ βούλεται αὐτέων. πειθόμενος δὲ ὁ Ἅρπαγος, καὶ ἀποκαλύπτων, ὁρᾷ τοῦ παιδὸς τὰ λείμματα· ἰδὼν δὲ, ἔτε ἐξεπλάγη, ἐντός τε ἑωυτοῦ γίνεται. εἴρετο δὲ αὐτὸν ὁ Ἀστυάγης εἰ γινώσκοι ὅτου θηρίου κρέα βεβρώκει. ὁ δὲ καὶ γινώσκειν ἔφη, καὶ ἀρεστὸν εἶναι πᾶν τὸ ἂν βασιλεὺς ἔρδοι. τοῦτοισι δὲ ἀμειψάμενος, καὶ ἀναλαβὼν τὰ λοιπὰ τοῦ κρεῶν, ἦιε ἐς τὰ οἰκία. ἐνθεῦτεν δὲ ἐμελλε (ὡς ἐγὼ δοκέω) ἁλίσας θάψειν τὰ πάντα. Ἅρπάγῳ μὲν Ἀστυάγης δίκην τοιαύτην ἐπέθηκε. Κύρου δὲ πέρι βουλόμενος, καλέσας τοὺς αὐτοὺς τοῦ Μάγων οἰωνιστὰς τοὺς αὐτοὺς τούτους ἔκρινε· ἀπικομένους δὲ εἴρετο ὁ Ἀστυάγης τῇ ἔκρινάν οἱ τὸν ὄνειρον. Οἱ δὲ κατὰ ταὐτὰ εἶπαν, λέγοντες ὡς βασιλεύσει παῖς ἐὼν, ἐπὶ χρόνον τὸν παῖδα εἰ ἐπέζησε, καὶ μὴ ἀπέθανε πρότερον.

1 Sed mentis compos fuit. 2 Quomodo sibi visum illud essent interpretati. Illi idem responsum reddiderunt *quod antea*, oportere puerum regnare, si superstes esset, nec prius obiisset. Atqui, &c.

" ὁ δὲ ἀμείβεται αὐτὸς τοῖσδε, Ἔστι τε ὁ
" παῖς καὶ ζώει· καί μιν ἐὼν ἀγρῷ διαι-
" τώμενον οἱ ἐκ τῆς κώμης παῖδες ἐπησαν-
" το βασιλέα. ὁ δέ, πάντα ὅσαπερ οἱ ἀλη-
" θεῖ λόγῳ βασιλῆες, ἐτελέωσε ποιήσας.
" καὶ γὰρ δορυφόρους, καὶ θυρωρούς, καὶ ἀγγελιη-
" φόρους, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα διατάξας
" ἦρχε. καὶ νῦν ἐς τί ὑμῖν ταῦτα φαίνεται
" φέρειν; εἶπαν οἱ μάγοι, Εἰ μὴ τεθνήξεται
" τε, καὶ ἐβασίλευσε ὁ παῖς μὴ ἐκ προνοίης 10
" τινός, θάρσει τε τούτου εἵνεκα, καὶ θυμὸν
" ἔχε ἀγαθόν. ὡς γὰρ ἔτι τοιοῦτόν γε ἄρξει·
" καὶ σμικρὰ γὰρ καὶ τῶν ὀνείρων ἡμῖν ἔνια
" κεχώρηκε. καὶ τάγε τῶν ὀνειράτων ἐχό-
μενα, τελέως ἐς ἀσθενὲς ἔρχεται. ἀμείβε-
ται Ἀστυάγης τοῖσδε καὶ αὐτός, Ὦ μάγοι,
καὶ γνώμη " ταύτῃ πλείω. τῇ γνώμῃ εἰμί, βασι-
" λῆι. ὀνομαδείνι τῷ παιδὸς, ἐξήκειν τε
" τὸν ὄνειρον, καί μοι τὸν παῖδα τοῦτον εἶ-
" δεινὸν ἐόδεν ἔτι. ὅμως μύτοι συμβουλεύ- 20
" σατέ μοι, οἳ φοβισκεψάμενοι, τὰ μέλλει
" ἀσφαλέστατα ἔσ) οἴκῳ τε τῷ ἐμῷ καὶ ὑμῖν.
εἶπαν πρὸς ταῦτα οἱ μάγοι, Ὦ βασιλεῦ,
" καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν φόβος πολλῷ ὄζει κατορ-
" θοῦσθαι ἀρχὴν τὴν σήν. κείνως μὲν γὰρ ἀλ-
" λοτρίωται, ἐς τὸν παῖδα τοῦτον φοιτῶσα
" ἐόντα Πέρσην· καὶ ἡμεῖς ἐόντες Μήδοι,
" δουλεμεθά τε καὶ λόγου ἐδενὸς γινόμεθα
" πρὸς Περσέων, ἐόντες ξεῖνοι· σέο δ' ὁκιεσε-
" ῶντος βασιλῆος, ἐόντος πολίτεω, καὶ 30
" ἄρχομεν τὸ μέρος, καὶ τιμὰς πρὸς σέο μεγά-
" λας ἐχόμεν. ὥστε ὦν πάντως ἡμῖν σέο τε καὶ
" τῆς σῆς ἀρχῆς προοπτέον ἐστί. καὶ νῦν εἰ
" φοβερόν τι ἐωρῶμεν, πᾶν ἂν σοι προ-
" εφερέζομεν· νῦν δὲ ἀποσημαίνοντος τοῦ
" ἐνυπνίου ἐς φλαῦρον, αὐτοί τε θαρσέομεν,
" καὶ σοὶ ἕτερα τοιαῦτα διακελευόμεθα.
" τὸν δὲ παῖδα τοῦτον ἐξ ὀφθαλμῶν ἀπό-
" πεμψαι ἐς Πέρσας τε καὶ τοὺς γεναμένους.
Ἀκούσας ταῦτα ὁ Ἀστυάγης, ἐχάρητε· 40
καλέσας τὸν Κῦρον, ἔλεγέ οἱ τοιάδε,
" Ὦ παῖ, σὲ γὰρ ἐγὼ δι' ὄψιν ὀνείρου ἐὼ τε-
" λέλεα ἠδίκεον, τῇ σεωυτοῦ δὲ μοίρῃ σεσῴ-
" σμαι νῦν ὦν ἴθι χάρων ἐς Πέρσας· (πομ-
" πὸς δ' ἐγὼ ἅμα πέμψω) ἐλθὼν δὲ ὄψεαι
καὶ τὴν μητέρα· τὴν λεγομένην, γυναῖκα δ' αὐτῶ.
" πατέρα τε καὶ μητέρα δύρσεις, ἐμὲ κτὶ
" Μιτραδάτεω τε τὸν βουκόλον " καὶ τοῦ
γυναῖκα αὐτῶ. Ταῦτα εἰπὰς ὁ Ἀστυάγης,
ἀπέπεμπε. Κῦρον. νοσήσαντα δέ μιν ἐς τὸ
Καμβύσεω τὰ οἰκία, ἐδέξαντο οἱ γεναμένοι· καὶ δεξάμενοι, ὡς ἐπύθοντο, μεγάλως ἠσπάζοντο, οἷα δὴ δεησάμενοι αὐτίκα τότε τελευτῆσαι· ἰσχύρου τε ὄντος τροπῷ ἐφυλάσσοντο. ὁ δὲ σφι ἔλεγε, φὰς πρότου μὲν

Atqui puer & vivit & incolumis est, (Astyages excepit) & quum ipsum ruri agentem pueri ejus pagi, regem delegissent, quæ faciunt qui revera sunt reges, ea omnia hic fecit. Nam satellitibus, janitoribus, internunciis, ac cæteris muniis institutis, imperium exercuit: quæ vobis quonam videntur spectare? Si supereſt puer (Magi respondent) atque regnavit 1 nulla ex providentia, confidito ob id, ac bono sis animo, jam non eum regnaturum iterum. Nam quædam vaticinationes nostræ in exigua reciderunt, 2 & velut insomnia in imbecillum quiddam tandem redactæ sunt. Ego (inquit Astyages respondens) istius vestræ, magi, fere sum sententiæ, 3 me somnio esse defunctum, puero jam rege nominato, nihilque mihi amplius eum esse reformidandum. Vos tamen probe considerantes, quænam futura sint & meæ domui & vobis tutissima consulite. Ad hæc magi, Nostra etiam, rex, (inquiunt) magni interest, tuum stare principatum: 4 qui si immutetur, & ad hunc puerum qui Persa est transeat, nos quoque qui Medi sumus, in servitutem redigemur apud Persas, & extranei nullius erimus pretii: te vero regnante, cujus populares sumus, tum ex parte imperamus, tum magnos apud te honores obtinemus. Quo magis per nos & tibi & regno tuo prospiciendum est: & nunc, siquid cerneremus quod timendum esset, tibi aperiremus: verum quum in rem frivolam nunc evaserit somnium, & ipsi confidimus, & te itidem confidere jubemus, & hunc ablegare puerum ab oculis tuis in Persidem ad parentes. His auditis Astyages CXXI gavisus est: accitoque Cyro hæc inquit, Fili, quum ego propter quandam haud sanam somnii visionem in te fuissem injurius, tuo tamen ipsius fato superstes es. Nunc itaque lætus ad Persas ito cum iis quos ad te deducendum mittam. Eo perveniens, parentes tuos offendes: patrem, non qualis est Mitradates bubulcus, & matrem, non qualis est uxor ejus. Hæc loquutus Astyages, Cyrum CXXII dimittit. Quem ad domum Cambysis reversum, acceperunt sui parentes, & audita re vehementer amplexati sunt & quem statim mortem obiisse crediderant. Scisitabantur igitur quonam modo superstes esset. Hic se vero ait eos antea

1 Non de industria & absque ullo consilio, confid. 2 Et quæ ex insomniis pendent, prorsus ad leve quidpiam deveniunt. 3 Hunc esse somnii exitum, puero, &c. 4 Alioqui enim alienatus, ad hunc puerum qui Persa est, deveniret: ac tum nos qui Medi sumus, in servitutem redigeremur, nulliusque pretii essemus apud Persas, utpote extranei. At permanente rege, cujus pop.

non

non noviſſe, 1 & ob id maximè erraſſe. Inter viam tamen omne ſuum infortunium audiſſe. credidiſſe enim ſe bubulci Aſtyagis eſſe filium: verum in illo itinere omnem rem geſtam, ab iis qui ipſum deduxerant accepiſſe. Commemorabat autem ſe ab uxore bubulci fuiſſe educatum, ſemper eam laudibus proſequens, ita ut in omni ejus ſermone eſſet Cyno. Quod nomen accipientes ejus parentes, (ut magis divinitus videretur Perſis filius ſuus fuiſſe ſervatus) divulgarunt, à cane Cyrum, quum eſſet expoſitus, fuiſſe educatum.

CXXIII unde hæc fabula emanavit. ¶ Ubi Cyrus in virilem adolevit ætatem, & inter æquales virilisſimus evaſit & idem dilectiſſimus, 2 conſtituit Harpagus ad eum dona mittere, Aſtyagis ulciſcendi cupidus. Nam per ſeſe, qui privatus eſſet, non videbat futuram de Aſtyage vindictam: ſed Cyrum cernens adultum, cujus caſus ſuis aſſimilabat, ſibi ſocium comparabat. Præterea vero hæc ab eo facta erant. Quum eſſet acerbus Aſtyages in Medos, Harpagus ſingulis quibuſque eorum ſe inſinuans primoribus, perſuadebat oportere Aſtyagem à regno ſummoveri, Cyro delecto. Harpagus, his tranſactis ac paratis, ita demum volens Cyro apud Perſas agenti ſuam aperire ſententiam, quum aliter non poſſet, utpote itineribus cuſtoditis, hujuſmodi rem comminiſcitur: 3 Exenterato quem ſolerter obtinuerat lepore, ut nihil omnino reſcinderetur, indidit libellum in quo quæ libuit conſcripſerat: reſutoque ventre, leporem una cum retibus tradidit venatori cuidam ſuorum domeſticorum fidiſſimo: miſitque ad Perſas, 4 præcipiens, ſuo ore, quum daret leporem, Cyro diceret ut ipſe ſuis manibus aperiret,

CXXIV idque ſine arbitris faceret. Hæc exequuto nuncio, Cyrus acceptum leporem aperuit, inventumque libellum qui in eo inerat, legit, in hæc verba: Fili Cambyſis, quem dii reſpiciunt (nam aliter nunquam in tantum fortunæ perveniſſes) ulciſcere nunc Aſtyagem tuæ necis autorem, Quoniam ex hujus tu quidem ſtudio perieras, deorum tamen beneficio & meo ſuperſtes es. Quæ omnia quemadmodum circa te geſta ſunt, opinor te olim jam reſciviſſe: & item, qualia ego ab Aſtyage paſſus ſim quod te non occidiſſem, ſed bubulco tradidiſſem.

ἐκ εἰδέναι, ἀλλὰ ἡμαρτηκέναι πλεῖσον· καὶ ὁδὸν δὲ πυθέσθαι πᾶσαν τὴν ἑωυτῷ πάθλων. Ἐπισασθαι μὲν γὰρ ὡς βουκόλου τοῦ Ἀσυάγεω εἴη παῖς· ἀπὸ δὲ τῆς κείνην ὁδοῦ τὸν πάντα λόγον τῶν πομπῶν πυθέσθαι. τρα-
φῆναι δ' ἔλεγε ὑπὸ τῆς τοῦ βουκόλου γυναικός· οὔνομα δέ τε τυτθὼ αἰνέων διαπαντός· ὥστε οἱ ἐν τῷ λόγῳ τὰ πάντα ἡ Κυνώ. οἱ δὲ πυνθανόμενοι τὸ ὄνομα τοῦτο, (ἵνα θειότερος δοκέῃ τοῖσι Πέρσῃσι θρεφθῆναι σφι ὁ παῖς) κατέβαλον φάτιν ὡς σκυμάλυον Κῦρον κύων ἐξέθρεψε. ἐνθεῦτεν μὲν ἡ φάτις αὕτη κεχαρήκει. Κύρῳ δὲ ἀνδρομήθεϊ, καὶ ἐόντι τῶν ἡλίκων ἀνδρειοτάτῳ καὶ περισφιλεστάτῳ, προσέκειτο ὁ Ἅρπαγος, δῶρα πέμπων, τίσιος Ἀσυάγεα βουλόμενος. ἀτὰρ ἑωυτῷ γε ἐόντι ἰδιώτεω οὐκ ἐνεώρα πρόφορον ἐπιμήσιν ἐς Ἀσυάγεα. Κῦρον δὲ ὁρέων θρεπτόμενον, ἐποιέετο σύμμαχον, τὰς πάντας τῶν Κύρου τῇ ἑωυτοῦ ὁμοιήμονι. πρὸς δὲ ἔτι τούτῳ τάδε οἱ κατήργαστο· ἐόντι τοῦ Ἀσυάγεος πικρῶς ἐς τοὺς Μήδους, συμμίσγων ἑνὶ ἑκάστῳ ὁ Ἅρπαγος τῶν πρώτων Μήδων, ἀνέπειθε ὡς χρὴ Κῦρον προσποιήσαντας, Ἀσυάγεα παῦσαι τῆς βασιληΐης. κατεργασμένων δέ οἱ τούτων, καὶ ἐόντος ἑτοίμου, ὥστε δὴ τῷ Κύρῳ ἁμαρτωλίην ἐν Πέρσῃσι βουλόμενος ὁ Ἅρπαγος δηλῶσαι τῷ ἑωυτοῦ γνώμῃ, ἄλλως μὲν ὐδαμῶς εἶχε, ἅτε τῶν ὁδῶν φυλασσομένων· ὁ δὲ ἐπιτεχνᾶται τοιόνδε· λαγῶν μηχανησάμενος, καὶ ἀναχίσας τούτου τὴν γαστέρα, καὶ οὐδὲν ἀποτείλας, ὡς ἔιχε, ὕστερον ἐπέθηκε βιβλίον, τὰ οἱ ἐδόκεε ἐγγράψας. ἀπαρράψας δὲ τοῦ λαγοῦ τὴν γαστέρα, καὶ δίκτυα δούς, ἅτε θηρευτῇ, τῶν οἰκετέων τῷ πιστοτάτῳ, ἀπέστειλε ἐς τοὺς Πέρσας· ἐντειλάμενός οἱ, ἀπὸ γλώσσης, διδόντα τὸν λαγὸν Κύρῳ, ἐπείπειν, αὐτοχειρί μιν διελεῖν, καὶ μηδένα οἱ ταῦτα ποιεῦντι παρεῖναι. Ταῦτα δὴ ὧν ἐπιτελέα ἐγίνετο καὶ ὁ Κῦρος θαλαβὼν τὸν λαγὸν ἀνέσχισε. δύρων δὲ ἐν αὐτῷ τὸ βιβλίον ἐὸν, λαβὼν ἐπελέγετο. τὰ δὲ γράμματα ἔλεγε τάδε, Ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέωσι (οὐ γὰρ ἂν κω ἔτυχες ἐὼν τοσοῦτον τύχης ἀπίκνεο.) σὺ νῦν Ἀσυάγεα τὸν ἑωυτοῦ φονέα τίσαι. κατὰ μὲν γὰρ τοῦτο προθυμίην πιθήκαο, τὸ δὲ κατὰ θεούς τε καὶ ἐμὲ σωθείης. τά σε καὶ πάλαι δοκέω πάντα ἐκμεμαθηκέναι, σέο τε αὐτοῦ πέρι ὡς ἐπρήχθη, καὶ οἷα ἐγὼ τοῦ Ἀσυάγεος πέπονθα· ὅτι σε οὐκ ἀπέκτεινα, ἀλλὰ ἔδωκα τῷ βουκόλῳ·

1 Et in maximo errore verſatum fuiſſe. 2 Et inſtabat Harpagus, dona mittendo. *Vel ejus ſtudioſus erat.* 3 Quum leporem arte compoſuiſſet, ejuſque ventrem reſcidiſſet nihil lacerando, indidit libell. 4 *Vel*; Præcipiens ut quum leporem Cyro daret, ſuo ore diceret ut, &c. *Vel, Cyrum admoneret etiam ut &c.*

" σὺ νῦν ἐὼ ἐλθὴ ἐμοὶ πειθηδὸς, τ περ Ἀσυ-
" άγης ἄρχει χώρης, ταύτης ἀπάσης ἄρξεις.
" Πέρσας γὰρ ἀναπείσας ἀπίσω, στρατη-
" λάτεε ὅτι Μήδους. καὶ ἐὼ τε ἐγὼ ἐπὶ
ἀντὶ ἐσῃ, " Ἀσυάγεω ἀποδεχθῶ στρατηγὸς " ἀντία
" σεῦ, ἔσαι τοι τὰ σὺ βάλεαι, ἐὼ τε τῷ τις
" δοκίμεν ἄλλος Μήδων. τορῶτι γὰρ
" ἔστι ἀποστάντες ἀπ' ἐκείνου, καὶ γλυόμυ-
" οι πρὸς σέο, Ἀσυάγεα καταιρέειν πει-
" ρήσονται. ὡς ὦν ἑτοίμη τῇ γε ἐνδιδόε
" ἐόντος, ποίεε ταῦτα, καὶ ποίεε κατὰ τά-
χος. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κῦρος ἐφρόντι-
ζε ὅτεῳ τρόπῳ σοφωτάτῳ Πέρσας ἀνα-
πείσει ἀπίσω. φροντίζων δ', ηὗρισκε
ταῦτα καιρώτατα ἔα· ἐπιὲς δὴ τάδε·
γράψας ἐς βιβλίον τὰ ἐβούλετο, ἀλίλω τ'
Περσέων ἐποιήσατο· μετ' ὃ, ἀναπτύξας τὸ
βιβλίον, καὶ ἐπιλεγόμενος, ἔφη, Ἀσυάγεά
μὲν στρατηγὸν Περσέων ἀποδεικνύω.
" Νῦν, ἔφη τε λέγων, ὦ Πέρσαι, πρᾶσ-
" σόμεν ὑμῖν, παρεῖναι ἕκαστον ἔχοντα
δρέπανον. Κῦρος μὲν ταῦτα προηγόρευ-
σε. Ἔστι δὲ Περσέων συχνὰ γένεα· καὶ τὰ
μὲν ἀυτέων ὁ Κῦρος συνάλισε, καὶ ἀνέπεισε
ἀπίσω ἀπὸ Μήδων· ἔστι δὲ ταῦτα, ἐξ ὧν
ἄλλοι πάντες, Ἀρτεάται, Πέρσαι, Πα-
σαργάδαι, Μεραφίοι, " Μάσιοι. τούτεων
Μάσιοι Πασαργάδαι εἰσὶ ἄριστοι· ἐν τοῖσι καὶ Ἀ-
χαιμενίδαι εἰσὶ φύτρη, ἔνθεν οἱ βασιλέες οἱ
Περσείδαι γεγόνασι. ἄλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ
οἵδε, Πανθιαλαῖοι, Δηρουσιαῖοι, Γερμάνιοι.
ὅσοι μὲν πάντες ἀροτῆρές εἰσι οἱ δὲ ἄλλοι,
νομάδες, Δάοι, Μάρδοι, Δροπικοί, Σα-
γάρτιοι. Ὡς δὲ παρῆσαν ἅπαντες ἔχοντες
τὸ προειρημένον, ἐνδαῦτα ὁ Κῦρος· ἰὼ
ξεῖν τις ἥρως· ἦ Περσικὴν ἀκανθώδης ὅσον
τε ὅλη ὀκτακισχίλιά σταδίους, ἢ εἴκοσι πάν-
τη τοῦτον σφι τὸν χῶρον προεῖπε " ἐξημε-
ρῶσαι ἐν ἡμέρῃ. ὅλης τελεσάντων δὲ τῆς
ἐξημεώσαι Περσέων τὸν προκείμενον ἄεθλον, δεῖπνόν σφι προεῖπε, ὡς τηνικαῦτα ὑσεραίην παρεῖναι λε-
λουμένους. ἐν δὲ τούτῳ τά τε αἰπόλια καὶ τὰς
ποίμνας καὶ τὰ βουκόλια ὁ Κῦρος πάντα τοῦ
πατρὸς συναλίσας ἐς τωὐτὸ, ἔδυε, καὶ παρ-
εσκεύαζε ὡς δεξιωσόμενος τὴν Περσέων τὸν
στρατόν· πρὸς δὲ, οἶνόν τε καὶ σιτίοισι ὡς ὅλη
τὴν ἐπιστάτουσι. ἀπικομένους δὲ τῇ ὑσεραίῃ
τοὺς Πέρσας κατακλίνας ἐς λειμῶνας, δι-
ώκεε. ἐπεί τε δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν, εἰρετὸ
σφέας ὁ Κῦρος κότερα τὰ τῇ προτεραίῃ
εἶχον, ἢ τὰ παρεόντα σφι εἴη ἀρετώτερα·
οἱ δὲ ἔφασαν πολλὸν δὴ αὐτέων τὸ μέσον. τηλῶ μὲν γὰρ προτέρῃσι ἡμέρῃσι πάντα σφι κακὰ
ἔχειν, τὰ δὲ τότε παρεῦσαν, πάντα ἀγαθά. θωμάσας δὲ τοῦτο τὸ ἔπος ὁ Κῦρος, παρεγύ-
" μνου τὰ πάντα λόγον· λέγων, " Ἄνδρες Πέρσαι, ἕνεκα ὑμῖν ἔχει βουλομένοισι μὲν ἐμέο πειθηδὸς,

Nunc, ſi mihi auſcultare vis, omni tu cui Aſtyages imperat regioni imperabis: Quum enim Perſis ut deficiant perſuaſeris, expeditionem adverſus Medos ſuſcipe: utpote ad votum tibi re ſucceſſura, ſive ego dux ab Aſtyage ad tibi occurrendum creatus fuero, ſive alius quiſpiam Medorum illuſtrium. Horum enim primi quique ab illo ad te deficientes, Aſtyagem conabuntur evertere. Tanquam igitur cuncta tibi ſint hîc in expedito, ilta exequere ſine mora. Cyrus, his auditis, conſiderabat quonam ſolertiſſimo modo Perſas induceret ad rebellandum. Cogitando tandem comperit hunc eſſe appoſitum, ut ita faceret: Scripto libello de iis quæ volebat, concilium Perſarum coegit. Deinde reſignato libello atque lecto, ducem ſe inquit Perſarum ab Aſtyage eſſe deſignatum. Et nunc Perſæ (ait) edico vobis ut præſto mihi ſitis cum ſingulis falcibus. Hoc Cyrus Perſis præcepit: quorum complura ſunt genera. Eorum quædam Cyrus congregavit, & à Medis ad deſciendum induxit, 1 ſub quibus alia omnia. Ea autem hæc ſunt Arteatæ, Perſæ, Paſargadæ, Meraphii, Maſii. Sed horum Paſargadæ ſunt præſtantiſſimi, in quibus & Achæmenidarum 2 cognatio eſt, unde reges Perſidæ ſunt oriundi. Alii Perſæ hi ſunt, Panthelæi, Deruſiæi, Germani: atque hi omnes, aratores. Alii vero, pecuarii, Dai, Mardi, Dropici, Sagartii. Ubi cuncti adfuerunt habentes quod eis erat præceptum, ibi Cræſus jubet locum quendam dumoſum (erat in Perſide is locus circiter decem & octo aut viginti ſtadiorum) totum detergant intra diem. Quo labore perfectis Perſis, iterum præcipit in poſterum diem ut lauti adſint. Interim coactos in unum caprarum, ovium, boum greges patris ſui mactat atque apparat, tanquam Perſarum exercitum accepturus vinoque ac cibariis quam lautiſſimis. Poſtero die ubi convenerunt Perſæ, jubet eos diſcumbere in prato atque epulari. Deinde cœnatos interrogat utrum pridianam an præſentem conditionem præoptarent. Illis reſpondentibus, multum eſſe inter hæc duo 3 intervalli: pridianam enim omnia mala habuiſſe, præſentem vero omnia bona habere: excepit Cyrus, & omnem rem denudavit, inquiens, Viri Perſæ, ita res veſtræ habent: volentibus vobis mihi obtemperare,

CXXV

CXXVI

1 Sunt autem hæc, à quibus alii omnes *dependent*. 2 Tribus 3 *diſcriminis*.

& hæc

& hæc & alia infinita commoda aderunt
ſine ullo ſervitutis labore: nolentibus
vero, innumerabiles, quales heſternæ,
ærumnæ. Nunc itaque obtemperando
mihi, efficiamini liberi. Nam & divi-
na quadam ſorte ipſe genitus hæc bona
videor in manus veſtras eſſe allaturus,
& vos non arbitror inferiores eſſe Me-
dis, cum in aliis tum vero in bellicis re-
bus. Quæ quum ita ſint rebellate quam-
CXXVII primum ab Aſtyage. Perſæ, ut qui jam-
pridem 1 dedignarentur parere Medis,
nacti 2 præſidem, libenter ſe in liber-
ratem vindicarunt. Hæc moliri Cy-
rum Aſtyages quum accepiſſet, miſſo
nuncio accerſiit. Iſte nuncium ju-
bet renunciare, ſe prius illuc venturum
quam Aſtyages ipſe velit. His auditis,
Aſtyages Medos cunctos armat, hiſque
3 adverſo numine Harpagum præficit,
oblitus eorum quæ illi feciſſet. Com-
parato exercitu, ubi Medorum copiæ
4 cum Perſicis prœlium conſeruerunt,
quicunque eorum 5 ſermonis Harpa-
gi erant expertes, prœliabantur: qui ve-
ro participes, ad Perſas tranſibant. Ple-
rique de induſtria ignaviter agebant,
CXXVIII fugamque faciebant. Dilapſo turpiter
Medico exercitu, Aſtyages ut primum
rem cognovit, minitans Cyro, inquit,
Ne ſic quidem Cyrus gaudebit. Ha-
ctenus loquutus, ante omnia eos ma-
gos ſomniorum interpretes qui ſuaſiſ-
ſent ipſi Cyrum dimittendum, patibu-
lis affigit. Deinde reliquos Medorum
qui in urbe erant, adoleſcentes pariter
& ſenes armat. Quibus eductis, cum
Perſis confligens fugatur: vivuſque ca-
CXXIX pitur, amiſſis quos eduxerat Medis.
Ei captivo aſtans Harpagus inſultavit,
eumque dicteriis laceſſivit, cum alia
quæ homini dolerent, dicens, tum vero
percontando eum de cœna ſua in qua
ille ipſum carnibus filii paviſſet: 6 quo-
niam regnum ejus ad ſervitutem deci-
diſſet. Eum intuens Aſtyages viciſſim
interrogat nunquid 7 ipſius foret Cyri
opus. Harpagus vero, ſuum eſſe dice-
re: idque merito, quoniam ipſe ad
Cyrum ſcripſiſſet. 8 Tum Aſtyages
eum improvidiſſimum atque iniquiſſi-
mum omnium hominum compellavit.
Improvidiſſimum quidem, quòd, ſi
facultas ei aderat ut rex efficeretur,

ἔσαι τάνδε τε καὶ ἄλλα μυρία ἀγαθά, "
ὐδένα πόνον δυλοπρεπέα ἔχοισι· μὴ βυ- "
λομένοισι δέ, εἰσὶ ὑμῖν πόναι τοῖσι χθιζοῖσι "
ἀπλησίοι ἀναρίθμητοι. νῦν ὦν ἐμέο "
πειθόμενοι, γίνεσθε ἐλεύθεροι· αὐτός τε "
γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονέναι, τάδε ἐς "
χεῖρας ἄγοντι· καὶ ὑμέας ἡγεμὼν ἀνδρῶν "
Μήδων εἰμὶ ὁ φαυλότερος, ἔτι παλλὰς, ἔτε "
τοῦ πολέμου. ὡς ὦν ἐχόντων ὧνδε, ἀπί- "
σασθε ἀπ' ἀσυάγεω τὸν τοιοῦτον. Περ-
σαι μὲν νυν προσάτεω δειλαδόμενοι, ἄσ-
μενοι ἐλεύθερῆσι, καὶ πάλαι δεινὸν ποιεύ-
μενοι τοῦτο Μήδων ἄρχεσθαι. Ἀσυάγης δὲ ὡς
ἐπύθετο Κῦρον ταῦτα πρήσσοντα, πέμψας
ἄγγελον ἐκάλεε αὐτόν. Ὁ δὲ Κῦρος ἐκέ-
λευε τὸν ἄγγελον ἀπαγγέλλειν ὅτι πρό-
τερον ἥξοι παρ' ἐκεῖνον ἢ αὐτὸς Ἀσυάγης
βουλήσεται. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἀσυάγης,
Μήδους τε ὥπλισε πάντας καὶ στρατηγὸν
αὐτέων, ὡς τε θεοβλαβὴς ἐών, ἀπέδεξε
Ἅρπαγον· λήθην ποιεύμενος τὰ μιν
ἔρεξε. ὡς δὲ οἱ Μῆδοι στρατευσάμενοι
τοῖσι Πέρσῃσι συνέμισγον, οἱ μὲν τινες
αὐτέων ἐμάχοντο, ὅσοι μὴ τῷ λόγῳ μετέ-
σχον· οἱ δὲ αὐτομόλεον πρὸς τοὺς Πέρσας, οἱ
δὲ πλεῖστοι ἐθελοκάκεόν τε ἔφευγον. Διε-
λυθέντος δὲ τοῦ Μηδικοῦ στρατεύματος
αἰσχρῶς, ὡς ἐπύθετο τάχιστα ὁ Ἀσυάγης,
ἔφη, ἀπειλέων τῷ Κύρῳ, Ἀλλ' οὐδ' ὣς "
ὁ Κῦρος γε χαιρήσει. Τοσαῦτα εἶπας,
πρῶτον μὲν τοὺς μάγους τοὺς ὀνειροπόλους, οἳ
μιν ἀνέγνωσαν μετέναι τὸν Κῦρον, τούτους
ἀνεσκολόπισε· μετὰ δὲ, ὥπλισε τοὺς
παραλειφθέντας τῆς Μήδων ἐν τῇ ἄστει, νέ-
ους τε καὶ τραφθῆναι ἀνδρας· ἐξαγαγὼν
δὲ τούτους, καὶ συμβαλὼν τοῖσι Πέρσῃσι, ἡτ-
τήθη· καὶ αὐτός τε Ἀσυάγης ἐζωγρήθη, καὶ
τοὺς ἐζώγαγε τῆς Μήδων ἀπέβαλε. Ἐόν-
τι δὲ αἰχμαλώτῳ τῷ Ἀσυάγεϊ προσὰς ὁ
Ἅρπαγος κατέχαιρέ τε καὶ κατωνυτόμενε·
καὶ ἄλλα λέγων ἐς αὐτὸν θυμαλγέα
ἔπεα· καὶ δὴ καὶ εἴρετό μιν τρὸς τὸ ἐνὼν
τῇ δείπνου, τό μιν ἐκεῖνος σαρξὶ τῇ
παιδὸς ἐδαίνισε, ὅτι εἴη ἢ οἰκείνε δυλο-
συνὴ ἀντὶ τῆς βασιληίης. ὁ δέ μιν
προσιδὼν ἀντείρετο εἰ ἑωυτῷ πιθόμενος τὸ
Κύρου ἔργον. Ἅρπαγος δὲ ἔφη, αὐ-
τὸς γὰρ γράψαι, καὶ τὸ πρῆγμα δὴ
ἑωυτῷ δικαίως εἶναι. Ἀσυάγης δὲ μιν ἀπόφασιν τοιαύτην ἐποιήσατο καὶ ἀδικώ-
τατον ἐόντα πάντων ἀνδρώπων· σαιότατον μὲν γε, εἰ παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι,

1 Graviter ferrent 2 Ducem, 3 Tanquam divinitus mente captus, Harp. 4 Cum Perſicis junctæ fuerunt, *Vel*, Perſicis occurrerunt, 5 Propoſitum Harpagi ignorabant, præliabantur: cet. ad Perſ. 6 Quod eſſet illius ſervitus pro regno. *Id eſt, Quod propter illud ex rege ſervus factus eſſet.* 7 Sibi vendicaret Cy. 8 Tum Aſtyages demonſtrare cœpit illum omnium hominum & ſtultiſſimum eſſe & iniquiſſimum. Stultiſſimum quidem, quod quum ipſi liceret regem eſſe, (ſi modo per ipſum res ea geſta eſſet) alteri imperium tribuiſſet: iniquiſſimum *&c.*

εἰ δὴ δι' ἑωυτὸν ἐπρήχθη τὰ παρεόντα, ἄλλῳ περιέθηκε τὸ κράτος· ἀδικώτατον ὄν, ὅτι γε δείπνου εἵνεκα Μήδους κατεδούλωσε. εἰ γὰρ δὴ δεῖν πάντως ἐξευρεῖναί ἄλλῳ τέῳ τὼ βασιληίω, καὶ μὴ αὐτὸν ἔχειν, δικαιότερον ἦν Μήδων τέῳ ἐξευρεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν ἢ Περσέων. νῦν ὦν Μήδους μέν, ἀναιτίους τούτου ἐόντας, δούλους ἀντὶ δεσποτέων γεγενέναι· Πέρσας δέ, δούλους ἐόντας ὑπερεῖναι Μήδων, νῦν γεγενέναι δεσπότας. Ἀστυάγεος μὲν νυν βασιλεύσαντος ἐπ' ἔτεα πέντε καὶ τεσσερεσκαίδεκα, ὕπτω τῆς βασιληίης καταπαύθη. Μήδοισι δὲ ὑπέκλυψαν Πέρσησι ἀφ' ἑωυτῶν τούτου πικρότατα, ἄρξαντες τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης ἐπ' ἔτεα τεσσερεσκαίδεκα καὶ ἑκατὸν καὶ χίλια, πάρεξ ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἦρχον. ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ μετεμέλησέ τε σφι ταῦτα ποιήσασι, καὶ ἀπέστησαν ἀπὸ Δαρείου. ἀποστάντες δέ, ὀπίσω κατεστράφησαν, μαχὴ νικηθέντες. τότε δὲ ὅτε Ἀστυάγεος οἱ Πέρσαι τε καὶ ὁ Κῦρος ἐπαναστάντες τοῖσι Μήδοισι, ἦρχον τὸ ἀπὸ τούτου τῆς Ἀσίης. Ἀστυάγεα δὲ Κῦρος, κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας, εἶχε παρ' ἑωυτῷ, ἐς ὃ ἐτελεύτησε. ὕστερον δὲ Κῦρος γνόμενός τε καὶ τραφεὶς, καὶ βασιλεύσας, καὶ Κροῖσον ὕστερον τούτων ἄρξαντα ἀδικίης, κατεστρέψατο, ὡς εἰρήκαμέν μοι τοπρόσθεν. τοῦτον δὲ καλλιστρεψάμενον, ὕστω πάσης τῆς Ἀσίης ἦρξε. Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοισίδε χρεωμένους. ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιεύμενοι ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίαν ὀνειδίζουσι· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεούς, καθάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶναι. οἱ δὲ νομίζουσι Διὶ μέν, ὅκα τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἕρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες· θύουσι δὲ ἡλίῳ τε καὶ σελήνῃ, καὶ γῇ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι. τούτοισι μὲν δὴ μούνοισι θύουσι ἀρχῆθεν. ὁκοσημαδήκασι δὲ καὶ τῇ Οὐρανίῃ θύειν, παρὰ τε Ἀσσυρίων μαθόντες καὶ Ἀραβίων, καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι μὲν τὴν Ἀφροδίτην, Μύλιττα· Ἀράβιοι δέ, Ἀλίττα· Πέρσαι δέ, Μίτραν. Θυσίην δὲ τοῖσι Πέρσῃσι τοιήνδε τινὰ τοὺς εἰρημένους θεοὺς ἔστι καλέσηκε. ἔστε βωμὸν ποιεῦνται, ἔστε πῦρ ἀνακαίουσι, μέλλοντες θύειν· ἐς σφέων δὴ χρέωντα, ἐκεῖ αὐλῷ, ἐς στέμμασι. ἐκεῖ ἐλῆσι. πρῶτα δὲ ὡς ἐκάστῳ θύειν θέλει, ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος, καλέει τὸν θεὸν, ἐστεφανωμένος τὴν τιάραν μυρσίνῃ μάλιστα.

alteri tribuerit imperium, ſi modo illa per ipſum geſta eſſent: iniquiſſimum vero, quod cœnæ cauſa Medos in ſervitutem redegiſſet. Si enim oportebat omnino eum comparare alteri regnum, nec ſibi habere, ſatius futurum fuiſſe Medorum alicui id bonum comparare quam Perſarum. Nunc Medos, qui hujus peccati affines non extitiſſent, ex dominis factos eſſe ſervos: & Perſas qui fuiſſent hactenus ſervi, nunc dominos effectos eſſe Medorum. Hunc in modum Aſtyages, quum quinque & triginta regnaſſet annos, regno amotus eſt: ob cujus acerbitatem Medi ſubjecti fuere Perſis, centum ac duodetriginta annos omni ſupra Halym fluvium Aſiæ dominati, excepto tempore quo Scythæ regnaverunt. Iidem ſequentibus temporibus, quum horum factorum pæniteret, à Dario defecerunt: ſed prœlio victi, iterum ſubacti ſunt, Perſæque qui tunc cum Cyro adverſus Aſtyagem rebellaverunt, deinceps Aſiæ imperitaverunt Cyrus nullo alio malo afficiens Aſtyagem, penes ſe habuit quoad vita excellit. Ita Cyrus genitus educatuſque, regno potitus eſt. Et mox Crœſum injuriæ illatorem ſubegit, quemadmodum à me ſuperius commemoratum eſt. Quo ſubacto, ita omnem Aſiam adeptus eſt. ¶ Porro ritus quibus utuntur Perſæ, tales eſſe comperi. Neque ſtatuas, neque templa, neque aras extruere conſuetudo eſt, quinimmo hoc facientibus inſaniæ tribuere, ob id (ut mea fert opinio) quod non, quemadmodum Græci, ſentiunt deos ex hominibus eſſe ortos. Moris habent, editiſſimis quibuſque conſcenſis montibus, Jovi hoſtias immolare, omnem gyrum cœli, Jovem appellantes. Soli Lunæque ſacrificant, & telluri, igni, aquæ atque ventis: hiſque ſolis ſacra faciunt jam inde ab initio. [1] Uraniæ quoque ſacrificant, ſic nimirum ab Aſſyriis Arabibuſque edocti. Vocant autem Aſſyrii Venerem Mylittam, Arabes eandem Alitam appellant, Perſæ Metram. Sacrorum autem ritum circa hoſce jam dictos deos hujuſmodi quondam inſtituerunt. Perſæ quippe ſacrificaturi, nec aras erigunt, neque ignem incendunt prorſus, ſed neque libamentis utuntur, aut tibiis, infuliſve, aut molis: verum, ut quiſque divis hiſce ſacra facere ſtatuit, in locum mundum victimam ſiſtens, deum illum implorat, myrto maxime cinctam geſtens tiaram

CXXX

CXXXI

CXXXII

[1] Poſtea vero didicerunt Uraniæ etiam ſacrificare, & ab Aſſyriis & ab Arabiis edocti.

[1] Sacrifi-

1 Sacrificans autem, non pro ſe ſolo privatimque vota nuncupat, ſed communiter univerſis Perſis bene precatur. In primis quidem regi: quoniam 2 inter Perſas omnes idem quoque comprehenditur. Ubi vero jam in minutas portiunculas membratimque hoſtiam conſcidit, carnibus elixis herbam ſubſternit quam molliſſimam, maxime trifolium. Huic impoſitis carnibus, magus aſtans, theogoniam accinit. Siquidem hanc illi dicunt eſſe incantationem efficaciſſimam. Citraque Magum nullum illis fit legitimum ſacrificium. Mox ſacrificus ſublatis carnibus utitur in quencunque uſum CXXXIII illi fert animus. Ex omnibus diebus præcipue colendum cenſent ſuum quique natalem: nimirum hoc die plus aliis æquum cenſentes ciborum apponere. Et ditiores, integros boves, camelos, equos, aſinos, eoſque in fornacibus toſtos, iſto die in menſam apponunt: pauperes natalem minoribus pecoribus honorant. Cibis autem utuntur perpaucis, bellariis multis, neque iis admodum bonis. Hinc eſt quòd Perſæ dicunt, 3 Græcos paſtos jam demum non eſurire amplius. Nempe ipſis à cœna cibi apponuntur pretii nullius, & ſiquid apponatur non ceſſant quin edant. Vinum largius illis apponitur. Eiſdem nec vomere coram, nec urinam facere licet: quæ etiam nunc ita obſervantur. Poti, de rebus maxime ſeriis conſultare conſueverunt. 4 Nam ſiquando ipſis conſultandum videtur, tum poſtera die jejunant, proponitque is qui ædibus illis in quibus forte conſultatur præeſt: & ſi placuerit, atque jejunaverint, utuntur ipſo: ſin minus comprobetur, CXXXIV abrogant, & de quibus jejuni deliberaverint, de eiſdem poti pronunciant. Quum in via invicem ſibi occurunt, ex hoc quis cognoſcat an pares ſint: nam ſalutationis loco ſe mutuo oſculantur. Quod ſi alter fuerit inferior paulo, malas oſculantur duntaxat: ſin autem alter fuerit multo ignobilior, proſtratus adorat honoratiorem. In primis autem illos obſervant reverenter qui proxime habitant: ſecundas tribuunt iis qui à primis proximi: atque ſic deinceps progredientes, quo viciniores, hoc arctiori neceſſitudine junctos exiſtimant:

ἑωϋτῷ μὲ δὴ τῷ δύοντι ἰδίῃ μηύῳ ἔ οἱ ἐγγίνεται ἀρᾶδς ἀγαθά· ὁ ὃ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατὰ ὑχεται δὺ γίνεδς, καὶ τῷ βασιλεῖ. ἐν γὰ δὴ τοῖσι ἅπασι Πέρσῃσι καὶ ἀυτὸς γίνεται. ἐπεὰν ὃ Ζαμυσίλας κτὶ μέρεα τὸ ἱρήϊον, ἑψήσῃ τὰ κρέα, ὑποσωσάσας ποίην ὡς ἁπαλωτάτην, μάλιςα ὃ τὸ τρίφυλλον, ὅτι ταύτης ἔδηκε ὧν πάντα κρέα. Ζαθέντος δὲ αὐτῦ, μάγος ἀνὴρ παρεδὸς ἐπαείδει θεογονίην, οἵην δὴ ἐκεῖνοι λέγυσι εἶ) τὠ ἐπαοιδὼ. ἄνευ γὰ δὴ μάγυ ἔ σφι νόμος ἔδι θυσίας ποιέεδαι. ὑπεχὼν δὲ ὀλίγον χρόνον, ἀπαφέρεται ὁ θύσας τὰ κρέα, καὶ χρᾶται ᾧ, τι μιν ὁ λόγος αἱρέει. Ἡμέρην ὃ ἁπασέων μάλιςα ἐκείνην τιμᾶν νομίζυσι τῇ ἑκας ος ἐγλύετο. ἐν ταύτῃ ὃ πλέω δᾶτα τῆ ἄλλων δικαιεῦσι πρότιθᾶς· ἐς τῇ οἱ δὺδαίμονες αὐτῇ, βῦν καὶ ἵππον καὶ κάμηλον καὶ ὄνον προτιθέαται ὅλυς ὁπόσους ἐν κάμινοισι· οἱ δὲ πένητες αὐτέων τὰ λεπτὰ τῆ προβάτων προτιθέαται· οἱτοισι δὲ ὀλίγοισι χρέωνται, διαφορήμασι ὃ πολλοῖσι, καὶ ἐ καλοῖσι. καὶ διὰ τῦτο φασὶ Πέρσαι τὺς Ἕλληνας σιτομυδυς, πεινῶντας παύεδς, ὅπι σφι ἀπὸ δείπνυ παραφορέεται ἐδὲν λόγυ ἄξιον· εἰ δέ τι παραφέροιτο, ἐδιόντας ἂν ἐ παύεδς. οἴνῳ ὃ χάρτα προσκέαται· καὶ σφι ἐκ ἐμέσαι ἔξεσι, ἐκὶ ἐρῆσαι ἀντίον ἄλλυ. ταῦτα μὺ νυ ὕτω φυλάσσεται. μεθυσκόμενοι ὃ ἐώθασι βυλδύεδς τὰ σπυδαιόταλα τῆ πρηγμάτων· τὸ δ' ἂν ἄδῃ σφι βυλδυομένοισι, τῦτο τῇ ὑσεραίῃ νήφυσι προτιθεῖ ὁ σέγαρχος, ἐν τῷ ἂν ἐόντες βυλδύωνται. καὶ ἢν μὲ ἄδῃ καὶ νήφυσι, χρέωνται αὐτέῳ· ἢν δὲ μὴ ἄδῃ, μετιᾶσι. τὰ δ' ἂν νήφοντες προβυλδύσωνται, μεθυσκόμενοι ὑπερδιγινώσκυσι. Ἐντυγχάνοντες δ' ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδῇσι, τῇδε ἄν τις γνοίη εἰ ὁμοῖοί εἰσι οἱ ἐντυγχάνοντες. ἀντὶ γὰ τῦ προσαγορδύειν ἀλλήλυς, φιλέυσι τοῖσι σώμασι. ἢν ὃ ἢ ὕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται· ἢν ὃ πολλῷ ἢ ὕτερος ἀγλυνέστερος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον. τιμῶσι δὲ ἐκ πάντων τὺς ἄγχιςα ἑωϋτῷ οἰκέοντας, μετὰ γὰ ἑωϋτύς· δεύτερα ὃ, τὺς δευτέρυς· μετὰ ὃ, κτὶ λόγον προ-

καινοντες τιμῶσι. ἥκιςα ὃ τὺς ἑωϋτῷ ἑκας άτω οἰκημένυς ἐν τιμῇ ἄγονται,

συντυγχάνοντες

ἕκαστος

---

1 Illi autem qui ſacrificat, non licet ſibi privatim precari bona, ſed commun. 2 Inter cunctos Perſas ipſe etiam *qui ſacrificat* comprehend. 3 Græcos finem edendi facere dum adhuc eſuriunt, quod à cœna nihil apponatur illis quod ſit alicujus pretii: quod ſiquid tale apponeretur, non eſſe finem facturos quoad ſatiati eſſent. Vini valde appetentes ſunt. 4 Quod autem ipſis placuerit deliberantibus *inter pocula*, id poſtridie proponit dominus illius domus in qua deliberaverint: & ſiquidem placuerit ſobriis etiam, eo utuntur: ſin minus relinquunt. De quibuſcunque autem ſobrii conſultaverint, inebriati ea in diſquiſitionem revocant. Si in via *&c.*

νομιζον-

νομίζοντες ἐωϋτοὺς ἓῆ ἀνδράσιν μαχρῷ τὰ πάντα ἀρίστους· τοὺς δ' ἄλλους, καὶ λόγον τῷ λεγομένῳ τῆς ἀρετῆς ἀντέχειν. τοὺς δ' ἑκαστάτω οἰκέοντας ἀπ' ἐωϋτῶν, κακίστους ἓῆ. δεῖ δ' Μήδων ἀρχόντων καὶ ἤρχε τὰ ἔθνεα ἀλλήλων, συναπάντων μὲν Μήδοισι, καὶ τῶν ἄγχιστα οἰκεόντων σφίσι ἔτι δὲ καὶ τῶν ὁμούρων· οἱ δέ, μάλα τῶν ἐγχωρίων. καὶ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ οἱ Πέρσαι τιμῶσι. προέβαινε γὰρ δὴ τὸ ἔθνος τὸ ἀρχὸν τε καὶ βασιληΐδιον. Ξεινικὰ δὲ νόμαια Πέρσαι προσίενται ἀνδρῶν μάλιστα. καὶ γὰρ δὴ τοῖσι Μηδικοῖσι ἐσθῆτα νομίσαντες σφετέρων ἓῆ καλλίω, φορέουσι, καὶ ἐς τοὺς πολέμους, τοὺς Αἰγυπτίους θώρηκας. καὶ δυπαθείας τε παντοδαπὰς πυθανόμενοι βασιλεύουσι, καὶ δὴ καὶ ἀπ' Ἑλλήνων μαθόντες, παισὶ μίσγονται. γαμέουσι δ' ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κεκριδίης γυναῖκας, πολλῷ δ' ἔτι πλείονας παλλακὰς κτῶνται. Ἀνδραγαθίη δ' αὕτη ἀποδέδεκται, μετὰ τὸ μάχεσθαι ἓῆ ἀγαθόν, ὃς ἂν πολλοὺς ἀποδέξῃ παῖδας. τῷ δὲ τοὺς πλείστους ἀποδεικνύντι, δῶρα ἐκπέμπει ὁ βασιλεὺς ἀνὰ πᾶν ἔτος. τὸ πολλὸν δ' ἡγέαται ἰσχυρὸν ἓῆ. παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας, ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι, μέχρι εἰκοσαέτεος, τρία μοῦνα, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. τὸν δὲ ἢν πενταετὴς ἡλίκηται, ἐς ὄψιν τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ σφὰ τῆσι γυναιξὶ δίαιταν ἔχει. τοῦδε εἵνεκα τοῦτο ποιέεται, ἵνα μὴ ἀποθάνῃ τρεφόμενος, μηδεμίην ἄσην ἀνδρὶ τῷ πατρὶ προσβάλλῃ. Αἰνέω μὲν νυν τόνδε τὸν νόμον αἰνέω δὲ καὶ τόνδε, τὸ μὴ μᾶς αἰτίης εἵνεκα μήτε αὐτὸν τὸν βασιλέα μηδένα φονεύειν, μήτε τῶν ἄλλων Περσέων μηδένα τῶν ἐωϋτοῦ οἰκετέων ἓῆ μὴ αἰτίῃ ἀνήκεστον πάθος ἔρδειν. ἀλλὰ λογισάμενον μὴ δυείσιν πλέω τε καὶ μέζω τὰ ἀδικήματα ἐόντα τῶν εὐεργεσιάων, ὕτω τῷ θυμῷ χρᾶσθαι. ἀποκτεῖναι δὲ ὀδόντα κω λέγουσι τὸν ἐωϋτοῦ πατέρα, ἢ μητέρα. ἀλλὰ δοκέω ἤδη τοιαῦτα ἐγίνετο, πᾶσαν ἀνάγκην φασὶ ἀναζητεόμενα ταῦτα ἀνευρεθῆναι ἤτοι ὑποβολιμαῖα ἐόντα, ἢ μοιχεύθεντα· ἐν γὰρ

se nimirum omnium longe optimos arbitrantes: 1 alios vero, quo remotius diſſiti ſunt, hoc à virtute magis eſſe alienos. atque illos demum ſecundum dictam proportionem peſſimos eſſe colligentes qui à Perſis abſint quam remotiſſime. Sub Medis imperium obtinentibus, pleræque nationes quoque imperitabant: ſed quibus omnibus præerant Medi. Iidem & affines perinde atque Perſæ colunt. Quæ gens imperii curam gerens, late progreſſa fuit. Externorum autem CXXXV morum Perſæ maxime omnium hominum ſunt ſtudioſi. Nam & Medicam veſtem propria elegantiorem arbitrantes, geſtant: & in pugnis thorace utuntur Ægyptio. Quin voluptatibus etiam omnis generis quas ſemel reſcire potuerunt, frui ſtudent. A Græcis edocti, puerorum quoque indulgent amoribus. Virgines multas ducunt uxorum loco, ſed multo plures pallacas habent. Secundum bel- CXXXVI licam fortitudinem potior ducitur numeroſæ ſobolis procreatio: & illi qui quamplurimos liberos ediderit, 2 huic rex tanquam ſtrenuum quippiam præſtiterit, ſingulis annis munera mittit. Liberos ſuos, à quinto anno incipientes uſque ad viceſimum, tribus duntaxat inſtituunt, equitare, arcu ſagittas excutere, vera loqui. Ante quinquennium filius in conſpectum patris non venit, ſed apud fœminas degit. Quod ea gratia ſic fit ut ſi inter educationem decedat, nullam hæc prolis jactura patri afferat moleſtiam. Equidem CXXXVII hunc morem laudo: laudo item illum, ne ob unam tantum culpam liceat vel ipſi regi occidere quempiam, neque alicui aliorum Perſarum atrocius aliquid in familiam ſuam exercere ob unum ſolum delictum: 3 ſed expendere jubetur quiſque, ſi plura ac magna patrarit, atque tum demum juſta utatur indignatione. Suum autem patrem aut matrem aiunt neminem unquam occidiſſe: verum quotquot horum forte acciderunt, omni neceſſitate excuſſa, hos tandem deprehenſos tradunt aut ſubdititios, aut ſpurios. Quippe

37

1 Minime autem eos qui ſedes à ſe remotiſſimas incolunt, honore afficiunt: ſeipſos omnium hominum longe præſtantiſſimos eſſe arbitrantes in omnibus rebus: cæteros autem, prout propius incolunt, (ut dictum eſt) virtutem amplecti. At qui longiſſime ab ipſis habitent deterrimos eſſe. Porro Medis imperium obtinentibus, quædam etiam gentes mutuo imperabant, *id eſt, imperium in quaſdam obtinebant, & viciſſim aliarum imperio ſuberant.* Medi enim univerſis imperabant, & maxime ſibi propinquis: hi autem, etiam finitimis: iſti vero, iis qui maxime vicini erant. Eadem autem ratione & Perſæ vicinos ſuos colunt. Late enim progrediebatur illa gens, imperans & præfecturas obtinens. Externorum aut. 2 Huic rex munera quotannis mittit. In multitudine autem poſitum eſſe robur exiſtimant. Lib. 3 Sed ubi conſideraverit, ſi peccata commiſſa plura majoraque eſſe comperiat quam obſequia præſtita, tum demum iram ſuam exercet. Suum autem patr. aut m. aiunt nem. unq. occidiſſe: ſed quicunque tales fuerint *filii*, neceſſe eſſe ut ſi de illis inquiratur, aut ſuppoſiticii, aut ſpurii comperiantur. Quippe veriſi

veriſi

verisimile nequaquam videri aiunt ut is qui verus parens sit, à proprio filio in-
CXXXVIII terimatur. Quæcunque apud eos fas non est facere, ea nec dicere. Turpissimum apud eos ducitur, mentiri: secundo loco, æs alienum debere, cum ob alias multas causas, tum quod necessum sit eundem qui debet, mendacio quoque obnoxium esse. Siquis è civibus lepra aut vitiligine infectus sit, huic in civitatem accedere non conceditur, neque cum aliis Persis consuetudinem habere. Dicunt enim hos morbos illis immissos quod in solem peccaverint. Externum vero qui iisdem correptus fuerit, è regione sua exigunt: atque 1 ob eandem causam albas columbas in regionem illam afferunt. In flumen nec immeiunt, nec inspuunt, nec manus abluunt, nec denique simile quippiam faciunt, sed flumina inter omnia religiosissime co-
CXXXIX lunt. Hoc quoque Persis accidit peculiare, quod quanquam illos lateat, nobis minime est obscurum: nempe quæcunque apud illos nomina vel corporibus vel magnificentiæ sunt similia, ea omnia in eadem terminari litera, quam Dores san appellent, Iones sigma. Et, si animadvertas attentius, deprehendes nomina Persarum non quædam,
CXL sed omnia similiter claudi. Equidem hæc probe sciens de Persis possum indubitatò affirmare. At ista quæ de mortuis produntur, obscuriora, neque perinde certò: cadavera videlicet defunctorum Persarum non prius humari quàm aut ab alite aut cane trahantur. 2 Medos tamen sat scio hæc factitare: quandoquidem aperte faciunt. Persæ igitur mortuum 3 cera involventes in terram condunt. Magi vero cum ab aliis hominibus tum à sacerdotibus Ægyptiis differunt. Siquidem hi nullius animantis occisione se polluunt præter ea duntaxat quæ diis immolant: Magi suis ipsorum manibus, excepto homine atque cane, quidvis occidunt: immo hoc palmarii loco ducunt, si formicas serpentesque, & breviter reptilia atque volatilia plurima necaverint. Atque de horum ritibus hunc in modum dictum sit: nos ad institutam nar-
CXLI rationem recurrimus. ¶ PORRO Iones atque Æoles, ubi audierunt Lydos citra negotium à Persis victos, legatos Sardis miserunt ad Cyrum, 4 ultro postulantes ut iisdem conditionibus eos

δή φασι εἰκὸς εἶ τὸν γε ἀληθῶς τοκέα ὑπὸ τῦ ἑωϋτῦ παιδὸς ἀποθνήσκειν. " Ὁκόσα δὲ σφι πτίειν οὐκ ἔξεσι, ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεσι. αἴσχιστον δὲ αὐτοῖσι τὸ ψεύδεσθαι νενόμισαι· δεύτερα δὲ, τὸ ὀφείλειν χρέος· πολλῶν μὲ κ ἄλλων εἵνεκα, μάλιστα δὲ ἀναγκαίω φασὶ εἶ τὸν ὀφείλοντα, καί τι ψεύδεσθαι λέγειν. ὃς ἂν δὲ τῶν αὐτῶν λέπρῃ ἢ λεύκῃ ἔχῃ, ἐς πόλιν μὲν οὐκ ἐᾷ ἐσέρχεσθαι, οὐδὲ συμμίσγεσθαι τοῖσι ἄλλοισι Πέρσῃσι. φασὶ δέ μιν ἐς τὸν ἥλιον ἁμαρτόντα τι, ταῦτ' ἔχειν· ξεῖνον δὲ πάντα, τὸν λαμβανόμενον ὑπὸ τυτέων, πολλοὶ ὀξελαύνουσι ἐκ τῆς χώρης· κ τὰς λευκὰς περιστερὰς, τιμὼ αὐτῶ αἵτινες ὑπερφέροντες ἐς ποταμὸν ἢ ἔστε ἐ ηρέωσι, ἔστε ἐμπίωσι, οὐ χεῖρας ἐκαπνίζονται, οὐδὲ " ἄλλο τι οὐδὲν πιεῖν, ἀλλὰ σέβονται ποταμοὺς πάντων μάλιστα. Καὶ τόδε ἄλλο σφι ὠδὲ συμπέπωκε γίνεσθαι, τὸ Πέρσας μὲ ἀϊδῆς λέληθε, ἡμέας ἢ ἔ. τὰ οὐνόματά σφι ἐόντα ὅμοια τοῖσι σώμασι κ τῇ μεγαλοπρεπείῃ, τελευτῶσι πάντα ἐς τὠϋτὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲ σὰν καλέουσι, Ἴωνες ἢ, * σίγμα. ἐς τῦτο διζήμενοι εὑρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα, ἐ τὰ μὲ, τὰ δ' ἔ, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως. Ταῦτα μὲ ἀτρεκέως ἔχω φράσαι περὶ αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν. τάδε μέντοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται, κ ἐ σαφηνέως περὶ τῦ ἀποθανόντος· ὡς ἐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπ' ὀρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ. μάγυς μέν γε ἀτρεκέως οἶδα ταῦτα ποιέοντας· ἐμφανέως γὰρ δὴ ποιεῦσι. καταχρώσαντες δὴ ὦν τὸν νέκυν Πέρσαι, γῇ κρύπτουσι. μάγοι δὲ κεχωρίδανται πολλὸν τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων, κ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱρέων. οἱ μέν γὰρ ἀγνεύουσι ἔμψυχον μηδὲν κτείνειν, εἰ μὴ ὅσα θύουσι· οἱ δὲ δὴ μάγοι αὐτοχειρίῃ πάντα, πλὴν κυνὸς κ ἀνθρώπου, κτείνουσι. καὶ ἀγῶνισμα τῦτο μέγα ποιεῦνται, κτείνοντες ὁμοίως μύρμηκάς τε καὶ ὄφεις, καὶ τἄλλα ἑρπετὰ καὶ πετεινά. καὶ ἀμφὶ μὲν τῷ νόμῳ τούτῳ ἐχέτω ὡς καὶ ἀρχῆθεν ἐνομίσθη. ἄνειμι δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον. Ἴωνες δὲ κ Αἰολέες, ὡς οἱ Λυδοὶ τάχιστα κατεστράφατο ὑπὸ Περσέων, ἔπεμπον ἀγγέλους ἐς Σάρδις πρὸς Κῦρον, ἐθέλοντες ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι

---

1 Columbas *exigunt, vel expellunt* eandem causam prætendentes. In flum. 2 Magos quidem certe sat sc. 3 *Vel, cera circumlinentes, aut integentes.* 4 Volentes iisdem conditionibus stare quibus & Crœso fuerant subjecti. Verum Cyr. * Atqui Mithridates, Oxydates & similia, quæ Græci per Σ terminant Persice desinunt in A. Scalig. de Emendatione Temporum Lib. 6.

ἔφη) τοῖσι ϗ Κροίσῳ ἦσαν κατήκοοι. ὁ δ', ἀκούσας αὐτέων τὰ προέχοντο, ἔλεξέ σφι λόγον, ἄνδρα φὰς αὐλητὴν ἰδόντα ἰχθῦς ἐν τῇ θαλάσσῃ, αὐλέειν, δοκέοντά σφεας ἐξελοῦσθαι ἐς γῆν· ὡς δ' ψευδίῃ τῆς ἐλπίδος, λαβεῖν ἀμφίβληστρον, καὶ περιβαλεῖν τε πλῆθος πολλὸν τῶν ἰχθύων ϗ ἐξειρύσαι. ἰδόντα δ' πάλλεσθαι, εἰπεῖν ἄρα αὐτὸν πρὸς τὲς ἰχθῦς, Παύεσθέ μοι ὀρχεόμενοι, ἐπεὶ ϗκ ἐμέο αὐλέοντος ἠθέλετε ἐκβαίνειν ὀρχεόμενοι. Κῦρος μὲν τοῦτον τὸν λόγον τοῖσι Ἴωσι ϗ τοῖσι Αἰολεῦσι τῷ δὲ εἵνεκα ἔλεξε, ὅτι δὴ οἱ Ἴωνες πρότερον αὐτῷ Κύρῳ δεηθέντος δι' ἀγγέλων ἀπίστασθαί σφεας ἀπὸ Κροίσου, ϗκ ἐπείθοντο. τότε δὲ κατεργασμένων τῶν πρηγμάτων, ἦσαν ἑτοῖμοι πείθεσθαι Κύρῳ. ὁ μὲν δὴ, ὀργῇ ἐχόμενος, ἔλεγέ σφι τάδε. Ἴωνες δὲ ὡς ἤκουσαν τούτων, ἀνενειχθέντες ἐς τὰς πόλιας, τείχεά τε περιεβάλλοντο ἐκάστοι, ϗ συνελέγοντο ἐς Πανιώνιον οἱ ἄλλοι πλὴν Μιλησίων· (πρὸς μούνους γὰρ τούτους ὅρκιον Κῦρος ἐποιήσατο, ἐπ' οἷσίπερ ὁ Λυδός) τοῖσι δὲ λοιποῖσι Ἴωσι ἔδοξε χειρὶ λόγῳ πέμπειν ἀγγέλους ἐς Σπάρτην, δεησομένους Ἰωσι τιμωρέειν. Οἱ δὲ Ἴωνες εἰσὶ, τῶν ϗ τὸ Πανιώνιον ἔστι, τοῖς μὲν ἐρανοῖς, ϗ τῶν ὡρέων ἐν τῷ κάλλιστῳ ἐτύγχανον ἱδρυσάμενοι πόλιας πάντων ἀνθρώπων τῶν 38 ἡμεῖς ἴδμεν. οὔτε γὰρ τὰ ἄνω αὐτῆς χωρία τοιοῦτο ἐπιέζεται Ἰωνίη, οὔτε τὰ κάτω, οὔτε τὰ πρὸς τὸν νότον, οὔτε τὰ πρὸς τὸν ἑσπέρην· τὰ μὲν, ὑπὸ τοῦ ψύχεός τε ϗ ὑγροῦ πιεζόμενα, τὰ δὲ, ὑπὸ τοῦ θέρμου ϗ αὐχμώδεος· γλῶσσαν δὲ οὐ τὸν αὐτὸν ἔστι νενομίκασι, ἀλλὰ τετράς τέτταρας μάλιστα ἀπεχούσας. Μίλητος μὲν αὐτῶν πρώτη κεῖται πόλις πρὸς μεσαμβρίην· μετὰ δὲ, Μυοῦς τε ϗ Πριήνη· αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταυτὰ διαλεγόμεναι σφι. αἵδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ Ἔφεσος, Κολοφών, Λέβεδος, Τέως, Κλαζομεναί, Φώκαια. αὗται δὲ αἱ πόλιες τῇσι πρότερον λεχθείσῃσι ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδέν, σφὶ δὲ ὁμοφωνέουσι. ἔτι δὲ τρεῖς τοῦ λοιποὶ Ἰάδες πόλιες, τῶν αἱ δύο μὲν νήσους οἰκέαται, Σάμον τε ϗ Χίον· ἡ δὲ μία ἐν τῇ ἠπείρῳ ἵδρυται Ἐρυθραῖοι. Χῖοι μὲν νυν ϗ Ἐρυθραῖοι τὠυτὸ

admitteret quibus Crœsi subjectos in ditionem accepisset. Verum Cyrus ad eorum postulata per hujusmodi *similitudinem atque* apologum respondit, Tibicen, inquiens, quidam ubi pisces in mari conspexisset, canere tibia cœpit, ratus nimirum eos *ad cantus suavitatem* in terram progressuros: at spe sua frustratus, misso in mare virriculo, ingentem piscium vim complexus est traxitque. Et quum palpitantes cerneret in sicco, dixit ad pisces, Temperate, inquit, nunc mihi quæso à saltationibus: quando non libuit vobis me canente saliendo progredi. Quæ verba Cyrus Ionibus Æolibusque ideo dixit, quod Iones prius ipso Cyro per legatos *ad amicitiam invitante*, & flagitante ut à Crœso rebellarent, constanter recusaverant: ac tum demum, 1 rebus non ex sententia succedentibus, parati essent Cyri imperata facere. Hac occasione ira commotus, dicto responso eos dimisit. Iones, his auditis, ad suas quique civitates revertuntur, mœniaque communiunt. Congregabantur autem in Panionio alii omnes, præter Milesios. Quippe cum his solis fœdus inierat Cyrus, iisdem conditionibus quibus & 2 Lydos receperat. Porro reliquis Ionibus communi sententia videbantur legati in Spartam mittendi, qui *simul & præsentem rerum statum nunciarent &* auxilium rogarent. ¶ Iones vero illi ad CXLII quos Panionium quoque pertinet, civitates habent cum cæli bonitate, tum montium commoditate omnium optime sitas quas nos noverimus, adeo ut neque superior regio, neque inferior, neque ea quæ orientem nec quæ occidentem spectat plaga, Joniam hac in parte æmulari possit. Siquidem hæc vel frigore riget, vel premitur aquis: illa rursus calore ac situ squalet. Lingua utuntur non eadem, 3 sed ejus quatuor proprietates ducunt. Miletus, prima apud ipsos civitas, ad meridiem vergens. Post hanc Myus & Priene: hæ in Caria sitæ sunt, eadem lingua utentes. Illæ vero in Lydia, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos; Clazomenæ, Phocea, quæ cum jam dictis civitatibus, quantum ad linguam attinet, non conveniunt, inter se tamen eadem sonant lingua. Reliquæ sunt tres civitates Ionicæ, quarum duæ insulas habitant, Samum videlicet & Chium: tertia in continenti sita, Erythræ. Ex his Chii & Erythræi eandem

1 Rebus confectis. 2 *Legit hic interpres* λυδὸς, *non* λυδός. 3 *Ad verbum*, Sed quatuor modos deductionum usurpant. i. *Ea utuntur in quatuor modos & proprietates deducta.*

sermo-

sermonis proprietatem sibi vendicant: Samii vero ab his discrepantes, propriam quandam receperunt loquendi formam. Atque hunc in modum quatuor omnino linguarum fiunt proprie-
CXLIII tates. Ac vero ex iisdem Ionibus Milesii erant qui cum Cyro metus prætextu fœdus pepigerant. Insularibus autem nihildum gravius fuit metuendum, quod Persis Phœnices nondum essent subjecti, & ipsi Persæ navigiis non uterentur. Porro hi non aliam ob causam ab Ionibus defecerunt quam quod cum imbecilles essent omnes alii Græci, tum Iones oppido quam infirmissimi, & nullius propemodum momenti. Siquidem præter unas Athenas, nulla urbs alia insignis erat. 1 Jam enim alii Iones, atque ipsi Athenienses, Ionum nomen refugerant, nolentes Iones appellitari. Quinetiam nunc plerosque ex illis videas quos nominis istius pudeat. Cæterum duodecim istæ civitates nomine ipso gloriabantur: & *quum semel nomen sibi Panioniis indidissent*, fanum quoque de suo nomine construxerunt Panionium. Cujus nullos participes facere in animum sibi induxere: nec erant qui magnopere postularent ejusdem participes fieri, exceptis tantum Smyrnæis.
CXLIV Tale quippiam Doriensibus accidit qui Pentapolin incolunt, quæ ante Hexapolis vocabatur. Nam & hi cavent ne quem è finitimis Doriensibus ad Triopium 2 sacrum admittant: adeo ut etiam ex popularibus suis, qui sacri legem transgressi essent, à ludorum communicatione excluserint. Nam in certamine Apollinis Triopii tripodes victoribus constituebantur ærei: quos acceptos non è 3 sacro efferre, sed deo ipsi donare ibidem oportebat. At vir quidam Halicarnasseus, nomine Agasicles, in eodem certamine victoria potitus, ausus est legem hanc violare, tripodemque domum ferens 4 sibi asservare. Propter quod commissum, quinque hæ civitates, Lindos, Ialysius, Cameirus, Cos atque Cnidus, sextam civitatem Halicarnassum à sacrorum participatione removerunt: hac videli-
CXLV cet pœna Halicarnasseos multantes. Atqui mihi sane videntur Iones duodecim feciisse civitates: nec voluisse plures recipere, propterea quod eorundem Peloponnesum habitantium totidem fuerint partes: quemadmodum nunc quoque

Ἀφαλέγηται, Σάμιοι δ' ἐπ' ἐωυτῶν μοῦνοι. ἔστι χαλεπτῆρες γλώσσης τέσσαρες γίνονται. Τέτων δὴ ὧν τῶν Ἰώνων οἱ Μιλήσιοι μὲν ἦσαν ἐν σπέρῃ τῇ φόβῳ ὄρκια ποιησάμενοι· τοῖσι δ' αὐτέων νησιώτῃσι ἰῶ δεινὸν ἐδέδε. ἔτε γὰρ Φοίνικες ἤσαν κω Περσέων κατήκοοι, ἔτε αὐτοὶ οἱ Πέρσαι ναυβάται. ἀπεχίδησαν δ' ἀπὸ τῶν ἄλλων Ἰώνων ἔστι κατ' ἄλλο μὲν ἐδέν, ἀδενέος δ' ἐόντος τῷ παντὸς τότε Ἑλλήνικῷ χρέος. πολλῷ δ' ἰῶ ἀδενέστατον τῶν ἐθνέων τὸ Ἰωνικόν, καὶ λόγῳ ἐλαχίστῳ. ὅτι γὰρ μὴ Ἀθηναῖοι, ἰῶ ἐδέν ἄλλο πόλισμα λόγιμον. οἱ μὲν νῦν ἄλλοι Ἴωνες καὶ Ἀθηναῖοισι ἔφυγον τὸ νόμα, ἐθέλοντες μὴ βυλόμενοι Ἴωνες κεκλῆσθαι. ἀλλὰ καὶ νῦν φαίνονταί μοι οἱ πολλοὶ αὐτέων ἐπαισχύνεσθαι τῷ ὀνόματι· αἱ δὲ δυώδεκα πόλιες αὗται τῷ τε ὀνόματι ἠγάλλοντο καὶ ἱρὸν ἱδρύσαντο, ὃ καλέουσι Πανιώνιον· ἐβυλεύσαντο δὲ αὐτὸ μετὰ δῶναι μηδαμοῖσι ἄλλοισι Ἰώνων. ἠδ' ἐδεήθησαν δὲ ἐδαμοὶ μεταχεῖν, ὅτι μὴ Σμυρναῖοι. Κατάπερ οἱ ἐκ τῆς Πενταπόλιος νῦν χώρης Δωριέες, πρότερον δὲ Ἑξαπόλιος τῆς αὐτῆς ταύτης καλεομένης, φυλάσσονται ὧν μηδαμοὺς ἐσδέξασθαι τῶν περσικῶν Δωριέων ἐς τὸ Τριοπικὸν ἱρόν· ἀλλὰ καὶ σφέων αὐτῶν τοὺς περὶ τὸ ἱρὸν ἀνομήσαντας ἐξεκλῄσιαν τῆς μετοχῆς. ἐν γὰρ τῷ ἀγῶνι τῷ Τριοπίῳ Ἀπόλλωνος ἐτίθεσαν τοπάλαι τρίποδας χαλκέους τοῖσι νικῶσι· καὶ τούτους χρῆν τοὺς λαμβάνοντας ἐκ τοῦ ἱροῦ μὴ ἐκφέρειν, ἀλλ' αὐτοῦ ἀναστῆσαι τῷ θεῷ. ἀνὴρ ὧν Ἁλικαρνησσεὺς, τῷ οὔνομα ἦν Ἀγασικλέης, νικήσας, τὸν νόμον κατέλυσε· φέρων δὲ πρὸς τὸ ἑωυτοῦ οἰκίδιον προσπαστάλυσε τὸν τρίποδα. ἕνεκα τούτου τοῦ αἰτίην αἱ πέντε πόλιες, Λίνδος, καὶ Ἰηλυσός τε καὶ Κάμειρος, καὶ Κῶς τε καὶ Κνίδος, ἐξεκλῄσιαν τῆς μετοχῆς τοῦ ἕκτου πόλιν Ἁλικαρνησσόν. τούτοισι μὲν νῦν ταύτην τοῦ ζημίην ἔστι ἐπέθηκαν. Δοκέουσι δέ μοι δυώδεκα πόλιας ποιήσαι οἱ Ἴωνες, οὐ γὰρ ἐβούλοντο πλεύνας ἐσδέξασθαι, τῇδε εἵνεκα· ὅτι καὶ ὅτε ἐν Πελοποννήσῳ οἴκεον, δυώδεκα μοῦνα μέρεα, καπάπερ νῦν

1 Adeo quidem ut cum alii Iones, tum ipsi Athenienses hoc nomen refugerent, Ionesque appellari nollent. Sed etiamnum multi eorum nomen hoc sibi pudendum ducere videntur. At hæ duodecim civit. 2 Templum. 3 Templo. 4 Ad clavum suspendere. Propr.

Ἀχαιῶν, τῶν ἐξελασάντων Ἴωνας, δυώδεκα ἔξι μέρεα. Πελλήνη μὲν τε πρώτη πρὸς Σικυῶνος· μετὰ δὲ, Αἴγειρα, καὶ Αἰγαί· ἐν τῇ Κράθις ποταμὸς ἀέναος ἔξι, ἀπὸ τοῦ ὁ ἐν Ἰταλίῃ ποταμὸς τὸ οὔνομα ἔσχε· καὶ Βοῦρα, καὶ Ἑλίκη, (ἐς τὴν κατέφυγον Ἴωνες ὑπὸ Ἀχαιῶν μάχῃ ἐσσωθέντες) καὶ Αἴγιον, καὶ Ῥύπες, καὶ Πατρέες, καὶ Φαρέες, καὶ Ὠλενος, ἐν τῷ Πείρος ποταμὸς μέγας ἔξι· καὶ Δύμη, καὶ Τριταιέες, οἱ μοῦνοι τυτθῶν μεσόγαοι οἰκέουσι. Ταῦτα δυώδεκα μέρεα νῦν Ἀχαιῶν ἔξι, καὶ τότε γε Ἰώνων ἦν. τυτθῶν δὴ εἵνεκα καὶ οἱ Ἴωνες δυώδεκα πόλιας ἐποιήσαντο· ἔστι δὲ ὡς ἤθεσι μᾶλλον ἕτοι Ἴωνές εἰσι τοῦ ἄλλων Ἰώνων, ἢ κάλλιόν τι γεγόνασι, μακρὴ πολλὴ λέγειν· τοῦ Ἀβαντες μὲν ἐς Εὐβοίης εἰσὶ οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα, τοῖσι Ἰωνίης μέτα οὐδὲ τὸ οὔνομα οὐδέν. Μινύαι δὲ Ὀρχομενοῖσι ἀναμεμίχαται καὶ Καδμεῖοι, καὶ Δρύοπες, καὶ Φωκέων ἀποδασμοί, καὶ Μολοσσοὶ, καὶ Ἀρκάδες Πελασγοὶ, 39 καὶ Δωριέες, Ἐπιδαύριοι, ἄλλά τε ἔθνεα πολλὰ ἀναμεμίχαται· οἱ δὲ αὐτέων, ἀπὸ τοῦ πρυτανηίου τοῦ Ἀθηναίων ἁρμηθέντες, καὶ νομίζοντες γενναιότατοι εἶναι Ἰώνων. ἔστι δὲ ἃ γυναῖκας ἠγάγοντο ἐς τὴν ἀποικίην, ἀλλὰ Καείρας ἔσχον, τοῦ ἐφόνευσαν τοὺς γονέας. Διὰ τοῦτον δὲ τὸν φόνον αἱ γυναῖκες αὗται, νόμον θέμεναι, ὅρκοισι ἐπήλασαν, καὶ παρέδοσαν τῇσι θυγατράσι μή κοτε ὀμόσιτόσαι τοῖσι ἀνδράσι, μηδὲ ἑνὸς ἔτι βῶσαι τὸν ἐωυτῆς ἄνδρα, τοῦδε εἵνεκα, ὅτι ἐφόνευσαν σφέων τοὺς πατέρας καὶ ἄνδρας καὶ παῖδας· καὶ ἐπεί τε ταῦτα ποιήσαντες, ἀυτοῖσι συνοίκεον. ταῦτα δὲ ἐν γινόμενα ἐν Μιλήτῳ. Βασιλέας δὲ ἐποιήσαντο, οἱ μὲν αὐτῶν, Λυκίους, ἀπὸ Γλάυκου τοῦ Ἱππολόχου γεγονότας· οἱ δὲ, Καύκωνας Πυλίους, ἀπὸ Κόδρου τοῦ Μελάνθου· οἱ δὲ, καὶ σφωιτέρους· ἀλλὰ γὰρ ὠφελέχονται τοῦ οὐνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων. ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες. εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπὸ Ἀθηνέων γεγόνασι, καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν. ἄγουσι δὲ πάντες, πλὴν Ἐφεσίων καὶ Κολοφωνίων, ἕτοι γὰρ μοῦνοι Ἰώνων οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια. καὶ ἕτοι κατά τινα φόνου σκῆψιν. Τὸ δὲ Πανιώνιόν ἔξι τῆς Μυκάλης χῶρος ἱερὸς, πρὸς ἄρκτου τετραμμένος, κοινῇ

Achæorum, qui Ionas è ſedibus ſuis exegerunt, duodecim ſunt partes. Nempe prima ante Sicyonem eſt Pellena, deinde Ægiræ & Ægæ, ad quam Crathis fluvius perennis labitur: à quo & Italicus ille vocatus eſt. Poſt Ægas Bura eſt & Helice: quo ab Achæis bello fracti Iones confugerunt. Poſt hanc Ægion eſt, & Rhypes, & Patrenſes, & Pharenſes, atque Olenus quam Pirus ingens fluvius præterfluit. Poſtea Dyma & Tritæenſes, qui ſoli mediterranea colunt. Hæ ſunt duodecim CXLVI Achæorum illæ portiones quæ tum quidem Ionum erant: hæcque cauſa fuiſſe videtur quapropter Ionibus duodecim civitates conſtituere placuerit. Nam iſtos præcipue magiſque aliis Iones eſſe, aut præſtantius quippiam geſſiſſe, magna inſania eſſet aſſeverare: quum ex his Abantes ſint, Euboeæ haudquaquam minima portio, qui tamen nec cum Ionum nomine quicquam habent commune: & Minyæ Orchomeniis ſint admixti, Cadmæi quoque, Dryopes, 1 Phocenſes, Moloſſi, Arcades, Pelaſgi, Dores, Epidaurii, atque aliæ pleræque nationes inter ſe commixtæ ſint. 2 Quorum alii ex Athenienſium Prytaneo progreſſi, nobiliſſimos ſe Ionum exiſtimaverunt. Hi coloniam ducentes, loco uxorum Caricas habebant mulieres, quarum jam ante parentes interemerant. Propter quam cædem mulieres Caricæ legem tulerant, quam jurejurando inter ſe firmaverant, tradideruntque ſuis deinceps filiabus, quod videlicet cum maritis nunquam cibum ſumerent, neque propriis nominibus compellarent: propterea quod eorum patres, maritos atque filios trucidaſſent, & quum hæc patraſſent, ſimul orbas ad concubitum violenter rapuiſſent. Hæc Mileti fiebant. Reges au- CXLVII tem creaverant, partim Lycios, Glauco Hippolochi filio oriundos: partim Cauconas Pylios, Codro Melanthi progenie ortos: partim ex utriſque. Sed nomen Ionum inter cæteros maxime amplectuntur. Et ſunt quidem illi veri atque genuini Iones: omnes tamen Ionum nomenclaturæ communicant quotquot Athenis oriundi Apaturia feſta concelebrant. Concelebrant autem omnes, præter Epheſios & Colophonios, qui ſoli ex Ionibus ab Apaturiis arcentur, idque ob cædis patratæ cauſam. Porro Panionium LXLVIII locus eſt Mycales ſacer, ad Septentrionem vergens, communiter ab univerſis

1 Omittit ἀποδάσμοι, vectigales. 2 Ex quorum numero, illi qui ex Prytaneo Athenienſium profecti ſunt, & ſe Ionum nobiliſſimos exiſtimarunt, hi uxores ſecum non adduxerunt quum in coloniam migrarent, ſed Caricas habuerunt, quarum &c.

Ionibus

Ionibus Neptuno Heliconio dicatus, Mycale autem promontorium eſt in continenti ſitum: quod quâ zephyro vento expoſitum eſt, ad Samum pertinet. Ad hunc montem collecti univerſi Iones ſacrificium celebrabant quod Panionia vocant. Accidit hoc ſane non Ionum ſacris duntaxat, verum communiter omnibus Græcorum feſtivitatibus, ut in eandem literam finiant, perinde atque
CXLIX Perſarum nomina. Et hæ quidem Ionicæ ſunt civitates. Æolicæ autem civitates ſunt, Cumæ, quæ & Phriconis vocatur, Lariſſæ, Novus murus, Tenus, Cilla, Notium, Ægiroeſſa, Pitana, 1 Ægæa Myrina, Grynia. Atque hæ XI Æolicæ fuerunt priſcæ civitates. Una autem Smyrna (Æolica & ipſa civitas) ab Ionibus 2 diruta fuit. Alioqui & hæ, duodecim erant numero, in continenti ſitæ, quæ ditionem habebant Ionibus præſtantiorem, at quæ tamen ad illius cœli temperiem nequaquam accederet. Smyrnam vero hac occaſione amiſerunt Æoles, quod Colophonios per ſeditionem è ſedibus ſubmotos recepiſſent: qui poſtea Smyrnæos obſervantes, dum extra urbem Bacchi ſacra celebrarent, occluſis portis urbem occuparunt. Succurrentibus autem Æolibus univerſis, ſic inter eos tranſigebatur, ut ſi Iones utenſilia bonaque mobilia Æolibus redderent, Æoles Smyrna cederent. Hanc conditionem quum Smyrnæi accepiſſent,
CL 3 diſtributæ ſunt undecim hæ civitates, ſuos quæque conſtituens cives. Hæ itaque continentis ſunt civitates, exceptis iis quæ Idam habitabant: nam illæ ad has non referuntur. Inſulares vero quinque civitates Lesbum colebant. ſextam enim in Lesbo Arisbam Methymnæi jam ſibi ſubjecerant, tanquam conſanguinitate junctam. In Tenedo autem una habitabatur civitas, & altera quædam in Centum appellatis inſulis. Jam vero Lesbiis Tenediiſque 4 nihil gravius, perinde atque cæteris Ionibus inſulas tenentibus, erat metuendum: at reliquis civi-
CLI tatibus communiter placuit Iones ſequi, quocunque illi duxiſſent. ¶ Porro ubi Ionum Æolumque legati Spartam appuliſſent (id quod fiebat properanter) ex omnibus delegarunt Phocenſem quendam, cui nomen Pythermo, qui poſtulata proponeret. Hic purpurea veſte indutus, 5 in Spartiatarum conventum, qui ad famam legatorum collectus fuerat,

ἐξαραιρημένῃ. ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ· ἡ δὲ Μυκάλη ὄρος τῆς ἠπείρου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ. ἐς τοῦτο συλλεγόμενοι ἀπὸ τῶν πολίων Ἴωνες, ἄγαλμα ὁρτῶσι, τῇ ἑορτῇ ὄνομα Πανιώνια. πεπύσθαι δὲ ἔστι μόνας αἷ Ἰώνων ὁρταὶ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων " ὁμοίως πάσας ἐς ταὐτὸ γράμμα τελευτώσας, καπάπερ τῶν Περσέων τὰ ὀνόματα. αὗται μέν, αἱ Ἰάδες πόλιές εἰσι. ¶ Αἵδε δή, αἱ Αἰολίδες, Κύμη, ἡ Φρικωνὶς καλεομένη, Λάρισαι, Νέον τεῖχος, Τῆνος, Κίλλα, Νότιον, Αἰγιρόεσσα, Πιτάνη, Αἰγαῖαι, Μύρινα, Γρυνεία· αὗται ἕνδεκα Αἰολέων, πόλιες ἀρχαῖαι. μία γὰρ σφέων παρελύθη ὑπὸ Ἰώνων, Σμύρνη. ἦσαν γὰρ καὶ αὗται δυώδεκα ἐν τῇ ἠπείρῳ. ἔστι δὲ οἱ Αἰολέες χώρῃ μὲν ἔτυχον κλίσαντες ἀμείνονι Ἰώνων, ὡρέων δὲ ἧκαπον ἐκ ὁμοίως. Σμύρνῃ δὲ ὧδε ἀπέβαλον Αἰολέες. Κολοφώνιοι ἄνδρας φάσει ἑστιοδέκτας, καὶ ἐκπεσόντας ἐκ τῆς πατρίδος, ὑποδεξαντο. μετὰ δέ, οἱ φυγάδες τῶν Κολοφωνίων φυλάξαντες τοὺς Σμυρναίους ὁρτῶσι ἔξω τείχεος ποιδυμένους Διονύσῳ, τὰς πύλας ἀποκληίσαντες, ἔσχον τὴν πόλιν. βοηθησάντων δὲ πάντων Αἰολέων, ὁμολογίῃ ἐχρήσαντο, τὰ ἔπιπλα ἀποδόντων τῶν Ἰώνων, ἐκλιπεῖν Σμύρνην Αἰολέας. ποιησάντων δὲ ταῦτα Σμυρναίων, ὅτι διείλοντο σφέας αἱ ἕνδεκα " πόλιες, καὶ ἐποιήσαντο σφέων αὐτέων πολίτας. Αὗται μὲν νυν αἱ ἠπειρώτιδες πόλιες ἔξω τῶν ἐν τῇ Ἴδῃ οἰκημένων. κεχωρίδαται γὰρ αὗται. αἱ δὲ τὰς νήσους ἔσχισαν, πέντε μὲν πόλιες τὴν Λέσβον νέμονται. τὴν γὰρ ἕκτην ἐν τῇ Λέσβῳ οἰκεομένην Ἀρίσβαν ἠνδραπόδισαν Μεθυμναῖοι, ἐόντας ὁμαίμους. ἐν Τενέδῳ δὲ μία οἰκέεται πόλις, καὶ ἐν τῇσι Ἑκατὸν νήσοισι καλεομέῃσι ἄλλη μία. Λεσβίοισι μὲν νυν καὶ Τενεδίοισι καταπερ Ἰώνων τοῖσι τὰς νήσους ἔχουσι, ἐπὶ δεινὸν ἐδέκετο· τῇσι δὲ λοιπῇσι πόλισι ἔα δὴ κοινῇ Ἴωσι ἕπεσθαι, τῇ ἂν ἕκαστοι ἡγέωνται. Ὡς δὲ ἀπίκατο ἐς τὴν Σπάρτην τῶν Ἰώνων καὶ Αἰολέων οἱ ἄγγελοι, (κατὰ γὰρ δὴ τάχος. ἐπὶ ταῦτα πρηνέα ὁρμώμενα) εἵλοντο πρὸ πάντων λέγειν τὸν Φωκαέα, τῷ ἔνομα ἦν Πύθερμος. ὁ δὲ, πορφύρεόν τε εἷμα πε-

ριβαλλόμενος, (ὡς ἂν πυνθανόμενοι πλεῖστοι συνέλθοιεν Σπαρτιητέων)

1 Ægæa, αἰγαῖαι. 2 Direpta fuit. 3 Diſtribuerunt, *vel* inter ſe partitæ ſunt ipſos illæ undecim &c. 4 Nihil periculi, per. 5 Ut plurimi ex Spartiatis, quum hoc audiſſent, accurrerent, proceſſit, hort.

Cujus in circuitu menſura trium milliu̇m & ſexcentorum ſtadiorum eſt; ſchœnorum ſexaginta, quanta videlicet ipſius Ægypti ad mare menſura eſt. Jacet autem ſtagnum longo ſitu aquilonem verſus auſtrumque: altitudine, ubi ejus profundiſſimum eſt, quinquaginta paſſuum. Quod autem manu facta ſit ac depreſſa, indicat, quod in ejus ferme medio ſtant duæ pyramides, quinquaginta paſſus ab aqua extantes, altero tanto ædificii aquis tecto. Super quarum utraque lapideus eſt coloſſus in ſolio ſedens: ita pyramides ſunt centum paſſuum. Centum autem juſti paſſus ſunt ſtadium unum [1] ſex jugerum. Paſſus, inquam, menſuræ ſex pedum, five quatuor cubitorum: pedes autem, quatuor palmorum: cubiti vero, ſex palmorum. Aqua ſtagni nativa non eſt, utpote ſolo illo admodum arido, ſed è Nilo derivata, ſex menſibus in ſtagnum fluens, totidem retro in Nilum refluens. Illiſque ſex menſibus quibus effluit, [2] augens regium fiſcum talentis argenti ſingulis, in ſingulos dies, proventu piſcium, quum influit, viginti minis. Hoc ſtagnum dicebant etiam indigenæ evadere in Syrtin Africæ, perforato ſub terram meatu in mediterranea [3] Heſperiam verſus, ſecundum montem Memphi imminentem. Verum quum humum è lacu egeſtam nuſquam viderem (hoc enim mihi indagare curæ erat) percontabar proximos accolarum ubinam eſſet humus illinc defoſſa. [4] Illi dicere fuiſſe deportatam, facile id mihi perſuadentes: quippe qui ſimile quiddam factum eſſe apud Ninum urbem Aſſyriorum auditu cognovissem. Siquidem fures quidam magnam vim pecuniæ Sardanapali, qui Nini rex erat, in theſauris ſubterraneis abſtruſam, compilare quum conſtituiſſent, è ſuis domibus fodere exorſi ſunt, dimenſi viam ſub terra ad regias ædes, eamque humum è cuniculis effoſſam, ubi nox aderat, in flumen Tigrim (qui Ninum præterfluit) exportabant, donec id quod optabant perfecere. Eodem modo audivi in Ægypto hanc alteram fuiſſe factam lacunam, præterquam quod non noctu hæc, ſed interdiu eſt facta. Ægyptios enim humum quam effodiebant, in Nilum extuliſſe, quam ille acceptam diſſiparet.

CL

1 Sex plethrorum. *Id eſt, centum pedum.* 2 In regium fiſcum talenta argenti ſingula ſingulis diebus ex proventu piſcium perſolvit: quum influit, viginti minas. 3 Occidentem verſus 4 At illi quonam eſſet deportata, mihi expoſuerunt.

Et hic

Et hic quidem lacus ita fertur fuisse de-
CLI pressus. Duodecim autem reges quum
juste degerent, ac stato tempore in
templo Vulcani sacrificassent, & ulti-
mo die festo libaturi essent, porrexit
eis pontifex aureas phialas, quibus li-
bare consueverant, aberrans numero,
duodecim videlicet viris undecim phia-
las. Ibi PSAMMITICHUS, qui po-
stremus eorum stabat, quum non haberet
phialam, detractam sibi æream galeam
tenuit, libavitque. Ferebant autem &
cæteri omnes reges, & tunc quoque gesta-
bant galeas. Nec tum quidem dolo malo
Psammitichus galeam tenuit. 1 Cæteri
tamen id consulto factum esse à Psam-
miticho existimantes, & in memoriam
redeuntes, oraculum ipsis esse redditum,
qui ærea in phiala libasset, eum solum
regem Ægypti futurum, non censue-
runt quidem æquum esse Psammiti-
chum morte mulctari, postquam 2 ri-
mando compererunt non id illum feciſſe
induſtria: sed maxima potentiæ suæ par-
te exutum in palustria relegandum, ne
illinc egressus, cæteræ Ægypto se immi-
CLII sceret. Hunc Psammitichum, 3 quum
Sabacum Æthiopem, qui patrem ejus
Necon interemerat, fugisset in Syriam,
postquam Æthiops ex insomnii visio-
ne abiit, reduxerunt ii Ægyptii qui sunt
4 è tribu Saitana. Deinde quum regna-
ret una cum undecim regibus, con-
tigit ei ut fugeret iterum propter illam
galeam in paludes. Igitur intelligens
quam ignominiosè tractatus ab illis es-
set, statuit ultum ire qui ipsum perse-
quuti essent. Itaque ex oraculo Latonæ,
quod in urbe Buti apud Ægyptios ve-
racissimum est, ad quod ipse miserat,
redditum est responsum, affuturam ul-
tionem ei è mari viris æreis 5 existenti-
bus. Quod responsum ei magnam in-
credulitatem offudit, viros æreos ipsi
in auxilium venturos. Non longo tem-
pore interjecto, Iones quosdam & Ca-
res prædandi gratia navigantes, neces-
sitas compulit applicare ad Ægyptum.
Hi quum in terram exissent ære arma-
ti, Ægyptiorum quidam nuncium fert
Psammiticho ad paludes: & quia nun-
quam viderat aliquos ære armatos, ait,
egressos è mari æreos viros campestria
populari. Ille agnoscens oraculum es-
se perfectum, amicitiam cum Ionibus

ἡ μὴ νῦν λίμνη αὕτη ὕπω λέγεται ὀρυχθῆναι. Τῶν δὲ δυώδεκα βασιλέων δικαιοσύνῃ χρεωμένων, ἀνὰ χρόνον ὡς ἔθυσαν ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἡφαίστου, τῇ ὑστάτῃ τῆς ὀρτῆς μελλόντων καταπαύεσθαι, ὁ ἀρχιερεὺς ἐξενείκαι σφι φιάλας χρυσέας, τῇσπερ ἐώθεσαν σπένδειν (ἁμαρτὼν τοῦ ἀριθμοῦ) ἐνδεκα, δυώδεκα ἐόντι. ἐνθαῦτα ὡς οὐκ εἶχε φιάλην ὁ ἔσχατος ἐστεὼς αὐτέων Ψαμμίτιχος, ὧδε ἐξεύρηται τῇ κνήμῃ τὸν κράνεον ἐόντα χάλκεον, ὑπαείρας τε καὶ ἔσπενδε. κνήμας" δὲ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐφόρεόν τε βασιλῆες, καὶ ἐτύγχανον τότε ἔχοντες. Ψαμμίτιχος" δὲ νῦν οὐδενὶ δολερῷ νόῳ χρεώμενος, ὑπαείρε τῇ κνήμῃ. οἱ δέ, ἐν φρενὶ λαβόντες τό, τε ποιηθὲν ἐκ Ψαμμιτίχου, καὶ τὸ χρηστήριον, ὅτι ἐκείνῳ χρηστὸ σφι, τὸν χαλκέην πεισάντα αὐτῶν φιάλῃ, τοῦτον βασιλέα ἔσεσθαι μοῦνον Αἰγύπτου· ἀναμνησθέντες τοῦ χρησμοῦ, κλεινᾶς μὲν οὐκ ἐδικαίωσαν Ψαμμίτιχον, ὡς ἀνδρώσκοντες βαρέως ζοντες ἐξ οὐδεμιῆς προφάσιος αὐτὸν πεπαυκότα· ἐς δὲ τὸ ἕλεος ἐβουλεύσαντο, ψηλαφήσαντες τὸ πλῆθος τῆς δυνάμεως· ὡς δὲ τῷ ἑλέων ὁρμεώμενον μὴ ὀπιμισγέσθαι τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ. Τὸν δὲ Ψαμμίτιχον τοῦτον πρότερον φεύγοντα τὸν Αἰθιοπα Σαβακῶν, ὃς οἱ τὸν πατέρα. " Νεκὼν ἀπέκτεινε, τοῦτον φεύγοντα τότε ἐς Συρίην, ὡς ἀπηλλάχθη ἐκ τοῦ ὄψεος τοῦ ὀνείρου ὁ Αἰθίοψ, κατήκουσαν Αἰγυπτίων ὅτι οἱ ἐκ νομοῦ τοῦ Σαΐτεω εἰσί. μετὰ δὲ βασιλεύοντα τοσοῦτο δεύτερον πρὸς τῶν ἑνδεκα βασιλέων, καταλαμβάνει μιν λιμὸς τοῦ κνήμεω" φεύγοντα ἐς τὸ ἕλεα. ὑπεξαμυνόμενος ὧν ὡς τάχιστα ἐσμένου. εἶπε πρὸς αὐτόν, ἐπευθέα τίνας δικαίους ἐξανῆκε. πέμψαντι δέ οἱ ἐς Βουτοῦς πόλιν ἐς τὸ χρηστήριον τῆς Λητοῦς, ἐνθα δὴ Αἰγυπτίοισι ἔστι μαντήιον ἀψευδέστατον, ἦλθε χρησμός, ὡς τίσις ἥξει ἀπὸ θαλάσσης χαλκέων ἀνδρῶν ὑποφανέντων. καὶ τῷ μὲν δὴ ἀπιστίη μεγάλη ὑπεκέχυτο, χαλκέους οἱ ἄνδρας ἥξειν ὑπὸκαρπος· χρόνου δέ οἱ πολλοῦ διελθόντος, ἀνάγκη κατέλαβε" Ἰωνάς τε καὶ Κᾶρας ἄνδρας, τῶν πλόου ἐκπλώσαντας, ἀπενειχθέντας ἐς Αἴγυπτον· ἐκβάντας δὲ ἐς γῆν, καὶ ὁπλισθέντας χαλκῷ, ἀγγέλλεται τις Αἰγυπτίων ἐς τὰ ἕλεα ἀπικόμενος τῷ Ψαμμιτίχῳ, (ὡς ἐκ ἰδὼν πρότερον χαλκῷ ἄνδρας ὁπλισθέντας) ὡς χαλκέοι ἄνδρες ἀπιγμένοι ἀπὸ θαλάσσης λεηλατεῦσι τὸ πεδίον. ὁ δὲ, μαθὼν τὸ χρηστήριον ὑπτελεύμενον, φίλα τε τοῖσι Ἰωσι

---

1 At illi mente comprehenso facto Psammitichi, atque oraculo ipsis reddito. *Vel, Quum Psammitichi factum & sibi redditum oraculum apud se considerassent.* 2 Quæstione habita comper. 3 Quum Sab. Æth. antea fugiens, qui patr. ejus N. interemerat, in Syriam venisset, postq. *Sed vulgatam lect.* ἐκὼν sequendo, *interpretandum esset*, qui patrem ejus volens interemerat. *id est*, non per imprudentiam. 4 E præfectura 5 Repente apparentibus. *Vel, In conspectum venientibus.*

καὶ Καρσὶ ποιέεται· καί σφεας, μεγάλα ὑπισχνούμενος, πείθει μετ' ἑωυτοῦ γλιχέσθαι. ὡς δὲ ἔπεισε, ὕστερον ἅμα τοῖσι μετ' ἑωυτοῦ βουλομένοισι Αἰγυπτίοισι, καὶ τοῖσι ἐπικούροισι, κατάρξαι τῆς βασιλέας. Κρατήσας δὲ Αἰγύπτου πάσης ὁ Ψαμμίτιχος, ἐποίησε πρὸ Ἡφαίστου περίβολα ἐν Μέμφι, τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένα· αὐλὴν τε τοῦ Ἄπι, (ἐν τῇ τρέφεται ἐπεὰν φανῇ ὁ Ἆπις,) οἰκοδόμησε, ἑστεῶτα πρὸ περιβολαίων, πάσάν τε ἀξίην ἔσασαν, καὶ τύπων πλέων. ἀντὶ δὲ κιόνων, ὑπεστᾶσι κολοσσοὶ δυώδεκα πήχεες τὴν ἀνίην. ὁ δὲ Ἆπις κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν ἔστι Ἔπαφος. Τοῖσι δὲ Ἴωσι καὶ τοῖσι Καρσὶ τοῖσι συνοικήσασι αὐτοῖς, ὁ Ψαμμίτιχος δίδωσι χώρους ἐνοικῆσαι ἀντίους ἀλλήλων, τοῦ Νείλου τὸ μέσον ἔχοντα· τοῖσι ἐνόμασι ἐπῆν Στρατόπεδα. τούτους τε δὴ σφι τοὺς χώρους δίδωσι, καὶ πάντα τὰ ὑπῆρχετο πάντα ἀπέδωκε. καὶ δὴ καὶ παῖδας παρέβαλε αὐτοῖσι Αἰγυπτίους, τοὺς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐκδιδάσκεσθαι. ἀπὸ δὴ τούτων ἐκμαθόντων τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, οἱ νῦν ἑρμηνέες ἐν Αἰγύπτῳ γεγόνασι· οἱ δὲ Ἴωνές τε καὶ οἱ Κᾶρες τούτοις τοὺς χώρους οἴκησαν χρόνον δὴ πολλόν· εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ χῶροι πρὸς ὀλίγον θαλάσσης ἐνερθε Βουβάστιος πόλιος, ἔστι τῷ Πηλουσίῳ καλεομένῳ στόματι τοῦ Νείλου· τούτους μὲν δὴ χρόνῳ ὕστερον βασιλεὺς Ἄμασις ἐξανάστησας, ἐνθεῦτεν κατοίκησε ἐς Μέμφιν, φυλακὴν ἑωυτοῦ πυνθανόμενος πρὸς Αἰγυπτίων. τούτων δὲ οἰκιαθέντων ἐν Αἰγύπτῳ οἱ Ἕλληνες οὕτω δὴ μισοβάρβαροι τούτοισι, καὶ τὰ πρὶν Αἴγυπτον γενόμενα, ἀπὸ Ψαμμιτίχου βασιλῆος ἀρξάμενοι, πάντα καὶ τὰ ὕστερον διηκόμεθα ἀτρεκέως. πρῶτοι γὰρ δὴ οὗτοι ἐν Αἰγύπτῳ ἀλλόγλωσσοι κατοικίδησαν. ἐξ ὧν δὲ ἀνέστησαν χώρων, ἐν τούτοισι δὴ οἵ τε ὁλκοὶ τῶν νεῶν καὶ τὰ ἐρείπια τῶν οἰκημάτων τὸ μέχρι ἐμεῦ ἦσαν. Ψαμμίτιχος μὲν νυν οὕτω ἔσχε Αἴγυπτον. Τῷ δὲ χρηστηρίῳ τῷ ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ ἐπεμνήσθη ἤδη· καὶ δὴ λόγον ποιήσομαι αὐτοῦ ὡς ἀξίου ἐόντος. ποιήσομαι. τὸ γὰρ χρηστήριον τοῦτο τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, ἔστι μὲν Λητοῦς ἱρόν, ἐν πόλι δὲ μεγάλῃ ἱδρυμένον, κατὰ τὸ Σεβεννυτικὸν καλεόμενον στόμα τοῦ Νείλου, ἀναπλέοντι ἀπὸ θαλάσσης ἄνω. οὔνομα δὲ τῇ πόλι ταύτῃ, ὅκου τὸ χρηστήριόν ἐστι, Βουτώ, ὡς καὶ πρότερον ἐνόμασαί μοι. ἱρὸν δέ ἐστι ἐν τῇ Βουτοῖ ταύτῃ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. καὶ οὗτος μὲν τοῦ ἀδύτου τοῦ ἐν τῷ τὸ χρηστήριον ἔνι, οὔτε τι τυγχάνει ἐὼν μέγας, καὶ τὰ περιπύλαια ἔχει ἐς ὕψος δέκα ὀργυιέων. τὸ δέ μοι τῶν φανερῶν λίθων θῶυμα μέγιστον παρεχόμενον,

& Caribus facit: eosque magnis pollicitationibus hortatur ad secum manendum. Ubi persuasit, ita demum una cum iis Ægyptiis qui secum sentiebant, cumque auxiliariis, reges sustulit. Omni potitus Ægypto, fecit in Memphi tum Vulcano vestibula ad ventum austrum vergentia, tum eregione vestibulorum aulam Api, (in qua Apis educatur, quum apparuerit) undique columnis cinctam, ac figuris refertam: in qua aula stant loco columnarum colossi duodenûm cubitorum: Apis autem Græca lingua Epaphus est. His Ionibus Caribusque, quibus fuerat usus adjutoribus, Psammitichus dedit ad habitandum posita altrinsecus prædia, Nilo medio dirempta, quibus nomen impositum est Castra. Et cum hæc eis loca dedit, tum vero cætera quæ fuerat pollicitus repræsentavit. Pueros quinetiam Ægyptios commisit lingua Græca imbuendos, à quibus linguam Græcam edoctis oriundi qui nunc in Ægypto interpretes sunt. Incoluerunt autem Iones & Cares diu hæc loca 1 contra mare, aliquantulum supra urbem Bubastin, ad ostium Nili quod dicitur Pelusiacum sita. Unde postea Amasis rex Memphin eos transtulit, in sui tutelam adversus Ægyptios. Post sedes ab istis in Ægypto collocatas. Græci cum illis ita commercium habuerunt, & nos res in Ægypto gestas, à Psammitticho rege exorsi, & quæ deinceps extiterunt, omnia sine ambiguitate nota habemus. Hi enim primi Ægyptum, qui diversæ linguæ essent, incoluerunt. Atque unde demigrarunt illuc, 2 & vestigia navalium, & domorum rudera, ad meam usque ætatem ostendebantur. Atque hunc quidem in modum Psammitichus Ægypto potitus est. ¶ De oraculo autem quod est in Ægypto, cum feci multa verba, tum faciam, utpote de re memoratu digna. Est enim oraculum hoc in Ægypto, sacrum Latonæ, positum in magna urbe cui nomen est (ut superius à me dictum est) Buto, contra ostium Nili quod Sebennyticum appellatur, à superiori parte maris flumen subeuntibus. In hac urbe templa sunt Apollinis Dianæque. Et illud Latonæ in quo redduntur oracula, grande est, & porticum habens decem passibus sublimem. Ubi quid mihi ex iis quæ in aperto erant, maximo miraculo fuerit,

CLIII CLIV CLV

1 Propemodum ad mare, infra urbem Bub. 2 Et canales quibus deducebantur naves,

referam:

referam: Est in hoc fano Latonæ, delubrum ex uno factum lapide, cujus parietes æquali celsitudine ad longitudinem quadragenûm cubitorum: cujus lacunari pro tecto impositus est alius lapis quatuor cubitorum per oras crassitu-
CLVI dinis. Itaque eorum quæ circa templum hoc sunt in propatulo positorum, admirabilissimum apud me fuit id delubrum. Secundo loco insula quæ vocatur Chemmis, in lacu profundo ac spatioso sita propter templum quod Buti est: quæ insula ab Ægyptiis fertur innare. Ego tamen eam neque innantem vidi, neque se moventem: & hoc audire admiratus sum, si verum est insulam natare posse. In hac igitur templum Apollinis magnum est, & aræ trifarie extructæ, & palmæ frequentes enatæ: aliæque partim fructiferæ, partim steriles arbores. Cur autem ea innatans sit, hanc Ægyptii rationem reddunt: quod Latona (quæ ex octo numinibus quæ primi extiterunt, unum est) quum in urbe Buti, ubi hoc ejus oraculum est, habitaret. Apollinem ab Iside sibi commendatum, occultavit in hac insula nondum innatante, ac sospitem reddidit: quo tempore Typhon omnia indagans ut Osiris filium inveniret, advenisset. Nam Apollinem & Dianam aiunt Dionysi & Isidis filios esse: Latonam vero, nutricem horum ac liberatricem. Et Apollo quidem Ægyptiace Orus dicitur: Ceres autem Isis, Diana vero Bubastis. Atque hinc solum non aliunde Æschylus Euphorionis filius, rapuit quod dicam: ut solus [1] omnium qui poetæ dicuntur, fecerit Dianam Cereris filiam, ideoque insulam redditam esse natantem.
CLVII Hæc illi sic aiunt. Psammitichus vero in Ægypto quatuor & quinquaginta regnavit annos: per quorum undetriginta magnam Syriæ urbem obsidens oppugnavit, donec expugnavit. Hæc est Azotos, quæ diutissimam inter omnes urbes (*duntaxat* quas novimus)
CLVIII sustinuit obsidionem. ¶ Psammitichi filius qui regnum Ægypti suscepit, extitit NECUS, qui fossam ad rubrum mare ferentem primus aggressus est, quam Darius Perses secundo loco depressit, longitudinis quidem quatuor dierum navigationis, latitudinis, ut per eam duæ possent simul agi triremes. Aqua quæ in hanc è Nilo deducitur, paulo supra Bubastin urbem,

φεάσω. ἔστι ἐν τῷ τεμένει τούτῳ Λητοῦς νηός, ἐξ ἑνὸς λίθου πεποιημένος, ἐς τε ὕψος, καὶ ἐς μῆκος· καὶ τοῖχος ἕκαστος τούτοισι ἴσος. πεντεκαίδεκα πήχεων τυτθόν ἕκαστον ἐστί. τὸ 96
δὲ καὶ ἐξέχασμα τῆς ὀροφῆς, ἄλλος ὄπικέεται λίθος, ἔχων τιὼ παρωροφίδα τετράπηχυ. Οὕτω μὲν νεὼ ὁ νηὸς τῷ φανερῶν μοι τῷδε τοῦτο τὸ ἱρὸν ἐστὶ θωυμασότερον· τῷ δὲ δευτέρῳ, νῆσος ἡ Χέμμις καλεομένη· ἔστι μὲν ἐν λίμνῃ βαθέῃ καὶ πλατείῃ, κειμένῃ παρὰ τὸ ἐν Βουτοῖ ἱρόν, λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων αὕτη ἡ νῆσος ἐκ πλωτή. αὐτὸς μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσαν, οὔτε κινηθεῖσαν εἶδον. πάνπαν δὲ ἀκούων εἰ νῆσος ἀληθέως ἐστὶ πλωτή. ἐν δὴ ὧν ταύτῃ νηός τε Ἀπόλλωνος μέγας ἔνι, καὶ βωμοὶ τριφάσιοι ἐνιδρύαται. ἐμπεφύκασι δ' ἐν αὐτῇ φοίνικες συχνοί, καὶ ἄλλα δένδρεα, καὶ καρποφόρα καὶ ἄφορα πολλά. λόγον δὲ τοιόνδε ὑπολέγοντες οἱ Αἰγύπτιοι, ὡς τότε
φασὶ ἐκ αὐτῆς πλωτῆς· ὡς ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ ἐκ ἐούσῃ πρότερον πλωτῇ, Λητὼ, ἐοῦσα τῶν ὀκτὼ θεῶν τῶν πρώτων γενομένων, οἰκέουσα δὲ ἐν Βουτοῖ πόλι, ἵνα δή οἱ τὸ χρηστήριον τοῦτό ἐστι, Ἀπόλλωνα παρὰ Ἴσιος παραθηκαμένη δεξαμένη, διέσωσε κατακρύψασα ἐν τῇ νῦν πλωτῇ λεγομένῃ νήσῳ· ὅτε τὸ πᾶν διζήμενος ὁ Τυφὼν ἐπῆλθε, θέλων ἐξευρεῖν τὸν Ὀσίριος τὸ παῖδα. Ἀπόλλωνα δή, καὶ Ἄρτεμιν, Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσι εἶναι παῖδας. Λητὼ δὲ, τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι. Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μέν, Ὧρος· Δημήτηρ δὲ, Ἶσις· Ἄρτεμις δέ, Βούβαστις. ἐκ τούτου δὲ τοῦ λόγου καὶ ὐδενὸς ἄλλου, Αἰσχύλος ὁ Εὐφορίωνος ἥρπασε τὸ ἐγὼ φράσω, μούνος δὴ πουητέων τῶν προγεγενημένων. ἐποίησε γὰρ Ἄρτεμιν εἶναι θυγατέρα Δήμητρος, τιὼ δὲ νῆσον, διὰ τοῦτο γενέσθαι πλωτιόν. ταῦτα μὲν οὕτω λέγουσι. Ψαμμίτιχος δὲ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου τεσσαράκοντα καὶ πεντήκοντα ἔτεα. τῶν τὰ ἐνὸς δέοντα τεσσαράκοντα, Ἄζωτον, τῆς Συρίης μεγάλην πόλιν, πολιορκήσας ἐπολιόρκεε, ἐς τὸ ἐξεῖλε· αὕτη δὲ ἡ Ἄζωτος ἁπασέων πολίων ὅση πλεῖστον χρόνον πολιορκεομένη ἀντέσχε, τῇ ἡμεῖς ἴδμεν. Ψαμμιτίχεω δὲ Νεκὼς παῖς ἐγένετο, καὶ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου, ὃς τὴν διώρυχα ἐπεχείρησε πρῶτος τὴν ἐς τὸν Ἐρυθρὸν θάλασσαν φέρουσαν τὸν Δαρεῖος ὁ Πέρσης δεύτερα διώρυξε· τῆς μῆκος ἐστὶ πλοῦς ἡμέρας τέσσερας· εὖρος δὲ ὠρύχθη, ὥστε τριήρεας δύο πλέειν ὁμοῦ ἐλαυνομένας. ἤρξαντο δὲ ἀπὸ τῆς Νείλου τοῦ ὕδωρ ἐς αὐτόν. ἤρξαν δὲ ὑπὲρ τε ὀλίγου Βουβάστιος πόλιος

[1] Omnium superioris ætatis poetarum.

παρὰ Πάτυμον τὴν Ἀραβίην πόλιν. ἐσέχει δ' ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν. ὀρυκτὴ δ' ἡ πρῶτον μὲν ἀπὸ πεδίου ἀπ' Αἰγυπτίου τὰ πρὸς Ἀραβίην ἔχοντα· ἔχεται δὲ κατύπερθε τοῦ πεδίου τὸ κατ' Μέμφιν τεῖνον ὄρος, ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι. τοῦ ὦν δὴ ὄρεος τούτου παρὰ τὴν ὑπωρείην τὴν μακρὴν πρὸς τὸν νῶτον, ἡ ἔπειτα τείνει ἐς Μασφάγας φέρουσα ἀπὸ τοῦ ὄρεος πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον ἄνεμον, ἐς τὸν κόλπον τὸν Ἀράβιον. τῇ δὴ ἐλαχίστη ἐστὶ καὶ στενοτατόν ἐστι ἀπὸ θαλάσσης θαλάσσης ὑπερβῆναι ἐς τὸν Νότιον καὶ Ἐρυθρὸν τὸν αὐτὸν τοῦτον καλεόμενον, ἀπὸ Κασίου ὄρεος τοῦ ὁρίζοντος Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίην, ἀπὸ τούτου εἰσὶ σταδίοι χίλιοι ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον. τοῦτο μὲν τὸ στενοτατόν. ἡ δὲ ὀρυχὴ πολλῷ μακροτέρη, ὅσῳ σκολιωτέρη ἐστί. τὸν ἐπὶ Νεκὼ βασιλῆος ὀρύσσοντος, Αἰγυπτίων ἀπόλοντο δυώδεκα μυριάδες. Νεκὼς μὲν νυν μεταξὺ ὀρύσσων ἐπαύσατο, μαντηίου ἐμποδὼ γρωμένου τοιῆδε, τῷ βαρβάρῳ αὐτὸν προσεργάζεσθαι. βαρβάρους δὲ πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφι ὁμογλώσσους. Παυσαμένου δὲ τῆς διώρυχος ὁ Νεκὼς, ἐτράπετο πρὸς στρατηίας καὶ τεκτήνεες αἱ μέν, ἐπὶ τῇ Βορηίῃ θαλάσσῃ ἐπιτήδησαν, αἱ δ' ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ, ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ· ὧν ἔτι οἱ ὁλκοὶ ἐπίδηλοι. καὶ ταύτῃσί τε ἐχρᾶτο ἐν τῷ δέοντι καὶ *Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν †Μαγδώλῳ ἐνίκησε. μετὰ δὲ τὴν μάχην, Κάδυτιν 97
πόλιν τῆς Συρίης ἐοῦσαν μεγάλην εἷλε. ἐν τῇ δὴ ἐσθῆτι ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι, πέμψας ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων. μετὰ δὲ, ἐκκαίδεκα ἔτεα τὰ πάντα ἄρξας, τελευτᾷ, τῷ παιδὶ Ψάμμι παραδοὺς τὴν ἀρχήν. Ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν Ψάμμιν βασιλεύοντα Αἰγύπτου ἀπίκοντο Ἠλείων ἄνδρες ἄγγελοι, αὐχέοντες δικαιότατα καὶ κάλλιστα πάντων ἀνθρώπων ἀγωνοθετέειν τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα πάντων ἀνθρώπων· καὶ δοκέοντες παρὰ ταῦτα ἐδ' ἂν τὸν σοφώτατον ἀνθρώπων Αἰγυπτίους ἐνθεῦτεν ἐξευρεῖν. ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὴν Αἴγυπτον οἱ Ἠλεῖοι ἔλεγον τοῦ εἵνεκα ἀπίκοντο, ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο συγκαλέσας Αἰγυπτίων τοὺς λογιμωτάτους εἰ σοφώτατοι. συνελθόντες δὲ οἱ Αἰγύπτιοι, ἐπυνθάνοντο παρὰ Ἠλείων, λεγόντων ἅπαντα τὰ κατίκει σφέας ποιέειν περὶ τὸν ἀγῶνα. ἀπικομένους δὲ τὰ πάντα, ἔφασαν ἥκειν ἐπιμελεστάτους εἰ τι ἔχοιεν

juxta oppidum Arabiæ Patumon deducitur, evadens in mare rubrum. Initium fodiendi ſumptum eſt à planitie Ægypti, Arabiam verſus. Nam quæ ſupra planitiem ſunt 1 continens prope Memphin occupat mons, in quo lapidicinæ ſunt. Itaque ad hujus montis ima ducta eſt foſſa ab occidente orientem verſus longo tractu: & deinde pertingit divortio montis tenus (quod divortium ad meridiem & ventum auſtrum fert) in ſinum Arabicum. Quâ igitur breviſſimus tractus & maxime compendiarius eſt à mari ſeptentrionali aſcenſus ad auſtrale, quod idem rubrum vocatur, à monte Caſio, qui Ægyptum Syriamque diſterminat, ſtadia mille ſunt in Arabicum ſinum. Et hoc quidem breviſſimum eſt: verum foſſa multo longior, ſcilicet quanto eſt 2 confragoſior. In qua fodienda ſub rege Neco centum viginti millia Ægyptiorum perierunt. Inque ejus medio opere Necus deſtitit, hoc 3 interpellatus oraculo, eum id opus barbaro præmunire. Ægyptii autem barbaros omnes vocant qui non ipſorum lingua loquuntur. Superſedens itaque à faciCLIX
enda foſſa Necus, 4 ad militum copias ſe convertit, atque ad claſſes quæ partim in mari ſeptentrionali, partim in ſinu Arabico ad rubrum mare ſunt ædificatæ: quarum adhuc 5 veſtigia navalium ostendunt. Et claſſibus quidem Necus, dum opus fuit, eſt uſus. Terreſtri autem acie congreſſus cum Syris in Magdolo, victoria potitus eſt, & poſt prœlium, Cadyti, magna Syriæ urbe. 6 In veſtitu autem curioſus quum fuiſſet, illum Apollini dicatum ad Branchidas Mileſiorum miſit. Hic perfectis decem & ſeptem imperii ſui annis deceſſit, tradito imperio PSAMMI filio ſuo. Eo apud Ægyptum reCLX
gnante, nuncii Eleorum advenerunt, jactantes à ſe in Olympia juſtiſſimum 7 ac maximum inter mortales propoſitum eſſe certamen, rati ne Ægyptios quidem hominum ſapientiſſimos aliquid ultra hæc eſſe inventuros. Iſti ubi in Ægyptum pervenerunt, eaque expoſuerunt quorum gratia venerant, rex convocavit ex Ægyptiis eos qui ſapientiſſimi haberentur. Qui quum conveniſſent, & Eleos audiſſent omnia commemorantes quæ par erat ab eis fieri in edendo certamine, & ſe veniſſe dicentes ſciſcitatum num quid poſſent

1 Contiguus. 2 Obliquior. 3 Impeditus. *Vel*, *Revocatus*. 4 Ad bellicas copias & triremes partim in m. ſept. 5 Canales quibus deducebantur naves, *ut paulo ante*. *Alii navalia interpret.* 6 Eum autem veſtitum quo uſus erat quum iſta conficerentur, miſſum ad Branchidas Mileſiorum, Apollini dicavit. Poſtea vero decem & ſeptem omnino annos quum imperaſſet, deceſſit, trad. 7 Ac optima ratione præter omnes mortales. * Per Syros intelligit Judæos ſine dubio, qui ita vocabantur etiam à vicinis Phœnicibus. *Scalig.* not. in Fragmenta ſelecta. † Magdolum (Mageddo, 2 Regum c. 23.) urbem Ægypti fuiſſe, ex notitiâ imperii conſtat, & numiſmate Antonini Pii ΜΑΓΔΩΛΙΤΩΝ. *Scalig.* Animadv. in *Euſeb.*

Ægyptii

Ægyptii reperire juſtius, habito inter ſe conſilio, interrogarunt Eleos nunquid apud eos certarent cives. Et illis reſpondentibus, ſine diſcrimine & ſuorum & cæterorum Græcorum, cuicunque volenti certare fas eſſe. Atqui, inquiunt, illos quum tale certamen proponerent, ab omni jure [1] excedere. Nullo etenim pacto poſſe fieri quin concivi pugnanti cives faverent, facientes injuriam hoſpiti. Sed ſi vellent juſtum proponere certamen, & ſi ejus gratia veniſſent in Ægyptum, juſſerunt hoſpitibus ponere certamen, nullo Eleorum certare permiſſo. Hæc
CLXI Ægyptii Eleis ſubjecerunt. ¶ Pſammis autem, quum ſex tantum regnaſſet annos in Ægypto, facta in Æthiopiam expeditione, mox vita defunctus eſt. Cujus regnum APRIES filius accepit, qui ſecundum Pſammitichum avum ſuum, fortunatiſſimus extitit omnium ad eam ætatem regum, quinque & viginti dominatus annos. Quod intra tempus & bellum Sidoni intulit, & cum Tyro pugna navali dimicavit. Sed quum calamitas eum maneret, contigit ea occaſione quam ego pluribus, dum res Libycas exequar, exponam, paucis contentus impræſentiarum. Quum adverſus Cyrenæos Apries exercitu miſſo magnam cladem accepiſſet, id ei imputantes Ægyptii rebellaverunt, opinati ſe ab illo in apertam perniciem fuiſſe dimiſſos: ut his internecione deletis, ipſe cæteris Ægyptiis imperitaret ſecurius. Hæc perquam graviter ferentes tum ii qui redierunt, tum eorum qui interierant
CLXII amici, ingenue deſciverunt. Id ubi reſcivit Apries, mittit ad eos verbis ſedandos Amaſin. Qui quum perveniſſet, reprehendenſque diſſuaderet ne talia facerent, quidam Ægyptiorum ei à tergo ſtans galeam circundat: eaque circundata, inquit ſe illam ob regnum impoſuiſſe. Neque hoc eo invito factum fuit, ut oſtendit. nam ſimulatque ab iis qui deſciverant Ægyptiis declaratus eſt rex, ſeſe apparabat tanquam adverſus Aprien moturus. His cognitis Apries mittit ad Amaſin ex iis qui ſecum erant Ægyptiis, ſpectatum quendam hominem nomine Patarbemin, juſſum ut ad ſe vivum Amaſin perduceret. Hic ubi pervenit, Amaſin ad ſe vocat. [2] Amaſis (ſedebat autem in equo ad ſuos cohortandos, inſolenter) ſtolide jubet hunc ad ſe adducere Aprien,

Αἰγύπτιοι τούτων δικαιότερον ἐπεξεύρειν. οἱ δ' Βυβλοσαίμβυοι, ἐπειρώτων τοὺς Ἠλείους εἰ σφι οἱ πολῖται διαγωνίζονται. οἱ δὲ ἔφασαν καὶ σφέων καὶ ἄλλων Ἑλλήνων ὁμοίως τῷ βουλομένῳ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἔφασαν σφέας ἔτω ποιέντας, παντὸς τοῦ δικαίου ἡμαρτηκέναι. ὑποπτεύειν γὰρ εἰκὸς μηχανᾶσθαι ὅκως ὁ τῷ ἀστῷ ἀγωνιζομένῳ προσπέσονται, ἀδικέοντες τὸν ξεῖνον. ἀλλ' εἰ δὴ βούλονται δικαίως τιθέναι, καὶ τούτου εἵνεκα ἀπικοίατο ἐς Αἴγυπτον, ξείνοισι ἀγωνίζεσθαι ἐκέλευον τὸν ἀγῶνα ποιέναι, Ἠλείων δὲ μηδενὶ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι. ταῦτα μὲν Αἰγύπτιοι Ἠλείοισι ἐπετήδευσαν. Ψαμμιτιχος δὲ ἓξ ἔτεα μοῦνον βασιλεύσας ἐπ' Αἰγύπτῳ, καὶ στρατευσάμενος ἐς Αἰθιοπίαν, καὶ μετὰ ταῦτα πολυπόσας, ἐξεδέξατο τὴν βασιληίην Ἀπρίης ὁ Ψάμμιος· ὃς μετὰ Ψαμμίτιχον τὸν ἑωυτοῦ πατέρα ἐγένετο εὐδαιμονέστατος· τῆς πρότερον βασιλέων, ἐπ' ἔτεα πέντε καὶ εἴκοσι ἄρξας. ἐν τοῖσι δὴ τε Σιδῶνα στρατὸν ἤλασε, καὶ συνεμάχησε τῷ Τυρίῳ. ἐπεὶ δὲ οἱ ἔδοξε κακῶς βεβουλεῦσθαι, ἐγένετο ἀπὸ πρόφασιος, τὴν ἐγὼ μέζονος μὲν ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι ἀπηγήσομαι, μετρίως δ' ἐν τῷ παρεόντι ἀπαιτέμψας γὰρ στράτευμα ὁ Ἀπρίης μέγα ἐπὶ Κυρηναίους, μεγάλωσι περιέπεσε. Αἰγύπτιοι δὲ ταῦτα διημεμφόμενοι, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ, δεικέοντες τὸν Ἀπρίεα ἐκ προνοίης αὐτοὺς ἀποπέμψαι ἐς φανερὸν κακόν, ἵνα δὴ σφέων φθορὴ γένηται, αὐτοὶ δὲ τῆς λοιπῶν Αἰγυπτίων ἀσφαλέστερον ἄρχῃ, ταῦτα δὲ δεινὰ ποιεύμενοι ἔτοί τε οἱ ἀπιγμένοι, καὶ οἱ τῆς ἀπολομένων φίλοι, ἀπέστησαν ἐκ τοῦ ἰδίου. Πυθόμενος δὲ ὁ Ἀπρίης ταῦτα, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς Ἄμασιν καταπαύσοντα λόγοισι. ὡς δέ, ἐπείτε ἀπικόμενον κατελάμβανε τοὺς Αἰγυπτίους, ταῦτα μὴ ποιέειν λέγοντα αὐτῷ, τῆς τις Αἰγυπτίων ὀπλίσας ἐπέδησε οἱ κυνέην, καὶ ἐπιθείς, ἔφη ἐπὶ βασιληίῃ ἐπιτιθέναι. καὶ τὸ ἔργον αἰεικέσιον ἐγένετο τὸ ποιεύμενον, ὡς διεδείκνυε. ἐπεί τε γὰρ ἐσήσαντό μιν βασιλέα τῆς Αἰγυπτίων οἱ ἀπεσταῶτες, παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν ἐπὶ τὸν Ἀπρίεα. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Ἀπρίης, ἔπεμπε ἐπ' Ἄμασιν ἄνδρα δυνάμιον τῶν ἐπὶ ἑωυτοῦ Αἰγυπτίων, τῷ ἔνομα ἦν Πατάρβημις· ἐντειλάμενος αὐτῷ, ζώοντα Ἄμασιν ἀγαγεῖν παρ' ἑωυτόν. ὡς δὲ ἀπικόμενος ὁ Πατάρβημις, τὸν Ἄμασιν ἐκάλεε. ὁ δὲ Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππου καθήμενος) ἐπάρας ἀπεμαστίσατο· καὶ τοῦτό μιν ἐκέλευσε Ἀπρίῃ ἀπαγαγεῖν·

[1] Aberraſſe. [2] At Amaſis (ſedebat enim forte in equo) crure ſublato pepedit, & illud Apriæ aſſerri juſſit. *Ita Camerar. Aſſertur & tertia interpretatio: ſed Camerario aſſentior.*

ὅμως

ὅμως δὲ αὐτὸν ἀξιῶν τὸν Παταρβημιν, βασιλέως πεταπεμπομένου, ἰέναι πρὸς αὐτόν. τὸν δὲ αὖτις ὑποκείνασθαι ὡς ταῦτα πάλαι παρεσκευάζετο ποιέειν, καὶ αὖτις ἐμεμαθήκεε Ἀπρίεω παρέσεσθαι γὰρ καὶ αὐτὸς, καὶ ἄλλους ἄξειν. τὸν δὲ Παταρβημιν ἔκ τε τῶν λεγομένων ἐκ ἀγνοεῖν τὴν διάνοιαν, καὶ θωμάζοντα ὁρέοντα ἀσυδῆ ἀπέναι, βουλόμενον τῷ ταχίστῳ βασιλέϊ δηλῶσαι τὸ πρηνεόμενον. ὡς δὲ ἀπικέσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν Ἀπρίεω ἔχοντα τὸν Ἄμασιν, ἐδέκα αὖτις λόγων δόντα, ἀλλὰ θωμάσαντα ἔχοντα, θωμάσαι προστάξαι αὐτῷ τό τε ὦτα καὶ τὴν ῥῖνα. ἰδόμενοι δ' οἱ λοιποὶ τῶν Αἰγυπτίων, οἱ ἐπὶ τὰ ἐκείνου ἐφέροντο, ἄνδρα τὸν δοκιμώτατον ἑωυτῶν ἅπαντα αἰσχρῶς λύμῃ ἀμησκεμένον, ἐδέκα δὴ χρόνον διατρίψαντες, ἀπίσσατο πρὸς τοὺς ἑτέρους, καὶ ἐδίδοσαν σφέας αὐτοὺς Ἄμασι. Πυθόμενος δὲ καὶ ταῦτα ὁ Ἀπρίης, ὡπλίζετο τοὺς ἐπικούρους, καὶ ἤλασε ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους. εἶχε δὴ θωμὸν ἑωυτὸν Κᾶράς τε καὶ Ἴωνας, ἄνδρας ἐπικούρους τετιμυρίους. ἐν δὲ οἱ τὰ βασιλήια ἐν Σαΐ πόλι μεγάλα ἐόντα, καὶ ἀξιοθέητα· καὶ οἵ τε θωὶ τὸν Ἀπρίεω ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἦσαν, καὶ οἱ θωὶ τὸν Ἄμασιν, ἐπὶ τοὺς ξείνους. ἔν τε δὴ Μέμφι πόλι ἐγίνοντο ἀμφότεροι, καὶ πειρήσοντες ἔμελλον ἀλλήλων. Ἔστι δὲ Αἰγυπτίων ἔπλα ἡγέα. καὶ τούτων, οἱ μὲν, ἱρέες, οἱ δὲ, μάχιμοι κεκλέαται. οἱ δὲ, βουβῶλοι· οἱ δὲ, συβῶται· οἱ δὲ, κάπηλοι· οἱ δὲ, ἑρμηνέες· οἱ δὲ, κυβερνῆται· ἡγέα μὲν Αἰγυπτίων τοσαῦτά ἐστι. ἐνόμασται δὲ σφι κέαται ἀπὸ τῶν τεχνέων. οἱ δὲ μάχιμοι αὐτέων καλέονται μὲν Καλασίριές τε καὶ Ἑρμοτύβιες. ἐκ νομῶν δὲ τῶνδέ εἰσι. κατὰ γὰρ δὴ νομὲς Αἰγύπτου ἅπασα διαραίρηται Ἑρμοτύβιων μὲν οἵδε εἰσὶ νομοί· Βουσίριτης, Σαΐτης, Χεμμίτης, Παπρημίτης, νῆσος ἡ Προσωπῖτις καλεομένη, Ναθώ· τὸ ἥμισυ. ἐκ μὲν τούτων τῶν νομῶν Ἑρμοτύβιες εἰσὶ ἠνεώμενοι, ὅτι ἐπὶ πλεῖστον ἠνοίατο, ἐκκαίδεκα μυριάδες. καὶ τούτων βαναυσίης ὐδεὶς δεδάηκε ἐόλεν, ἀλλ' ἀνέσιαι ἐς τὸ μάχιμον. Καλασιρίων δὲ οἵδε ἄλλοι νομοί εἰσι· Θηβαῖος, Βουβαστίτης, Ἀφθίτης, Τανίτης, Μενδήσιος, Σεβεννύτης, Ἀθριβίτης, Φαρβαιθίτης, Θμουίτης, Ὀνουφίτης, Ἀνύσιος, Μυεκφορίτης. ἔστι δὲ ὁ νομὸς ἐν νήσῳ οἰκέει, ἀντίον Βουβάστιος πόλιος· ὅτι δὲ οἱ νόμοι Καλασιρίων

& quum Patarbemis eum rogaret ut regem adiret, accitus, respondit se jamdudum dare operam ut id ageret: nec de seipso Aprien esse questurum. se enim illi præsto futurum & alios adducturum. Patarbemis non ignarus propositi illius, tum ex oratione tum ex apparatu quem videbat, statuit sibi diligentiæ esse quamcelerrime regem rerum quæ agerentur facere certiorem. Huic redeunti, quod Amasin non adduceret, nullo verbo edito Apries ira percitus præcidi aures nasumque jussit. Id intuentes cæteri Ægyptii qui cum eo hactenus senserant, virum inter eos probatissimum ita fœde indigneque affectum, ne tantisper quidem differentes, ad cæteros transeunt, seseque Amasi tradunt. His CLXIII
quoque auditis Apries armatis auxiliariis (habebat autem auxiliariorum circa se ex Ionibus & Caribus triginta millia) in Ægyptios tendit. Erat autem ei regia in urbe Sai ingens ac spectatu digna. 1 Itaque utrique adversus alteros Apriani & Amasiani in Memphi urbe constiterunt, tentaturi pugnæ discrimen. Sunt autem in Ægypto septem CLXIIII
hominum genera: quorum alii sunt sacerdotes, alii qui pugnatores appellantur, alii bubulci, alii subulci, alii institores, alii interpretes, alii gubernatores navales. Tot sunt Ægyptiorum genera, à suo quodque artificio appellata: sed pugnatores vocantur Calasiries, & Hermotybies, qui 2 harum regionum sunt: (nam in regiones distincta est omnis Ægyptus.) Hermotybiorum quidem hæ CLXV
sunt plagæ, Busiritana, Saitana, Chemmitana, Papremitana, insula Prosopitis, quæ vocatur Natho ex dimidia parte. Ex his tractibus Hermotybies, quum plurimi, centum ac sexaginta millia sunt: quorum nemo quippiam opificii quæstuarii didicit, sed omnes rei militari vacant. Calasirium hæ aliæ plagæ sunt, CLXVI
Thebana, Bubastiana, Aphthitana, Tanitana, Mendesia, Sebennitana, Athribitana, Pharbæthitana, Thmuitana, Onuphitana. 3 Anysia, Myecphoritana. Hæc tribus insulam incolit ex adverso Bubastis urbis. Hæ tribus Calasirium;

---

1 Apries igitur in Ægyptios, Amasis in externos tendebat. Quumque Memphin utrique perveniſſent, tentare pugnæ discrimen parabant. Cæterum sunt & in *Ad verbum, Mutuo alter alterum experturus erat, vel, experiri parabat. Potest etiam verti non male fortasse, cum Valla,* Apriani & Amasiani. 2 Harum præfecturarum sunt: ~~(nam in præfecturas distincta est omnis Ægyptus)~~ ~~Hermotybiorum~~ quidem hæ sunt præfecturæ, *Et paulo post,* Ex his præfecturis, *pro* Ex his tractibus. *Item paulo post* Præfecturæ, *pro* Plagæ, *& pro* Tribus. *nisi quis malit vocem Græcam νόμοι ubique retinere.* 3 Anycia,

qui dum

qui dum quoad possunt plurimi coguntur, ducenta quinquaginta millia virorum sunt: quibus nec ipsis licet ulli artificio operam dare, sed solum rei militari,
CLXVII filio discenti à patre. Hoc ab Ægyptiisne mutuati sint Græci non possum procerto dijudicare, quum videam & apud Scythas Persasque & Lydos, denique apud omnes fere barbaros haberi pro ignobilioribus civibus eos qui artificia discunt, eorumque liberos: generosiores autem eos qui à manuariis operibus abstineant, præsertim qui 1 cessent ob bellum. Hoc itaque cum cæteri Græci didicerunt, tum præcipue Lacedæmonii. 2 Corinthii quoque minimi faciunt
CLXVIII opifices. His solis Ægyptiorum præter sacerdotes, hoc eximii honoris habebatur, ut singulis duodecim aruræ essent exemptæ & immunes. est autem arura centum cubitorum Ægyptiorum quoquoversus. Ægyptius vero cubitus Samio par est. Hæc tamen universis exempta erant: istis vero per vices in orbem fruebantur, & nunquam iidem. Calasirium milleni & Hermothybium, alii totidem circa regem fungebantur annuo satellitum munere. Istis præter aruras dabantur viritim hæc alia, panes tosti pondo quinæ mnæ, carnis bubulæ binæ, vini 3 sextarii quaterni. Hæc
CLXIX assidue satellitibus præbebantur. Ubi igitur ediverso venientes, Apries cum auxiliariis, Amasis cum universis Ægyptiis in urbem Memphin pervenere, congressi sunt. Et peregrini quidem egregie pugnaverunt, tamen quod erant multo inferiores numero, victi sunt. Fertur Apries ea fuisse persuasione, 4 ut nullus neque deorum neque hominum posset sibi adimere regnum: adeo videbatur sibi illud stabilisse. Et tamen tunc congressus, prœlio fugatus est, vivusque captus ad urbem Saim ductus est in ædes quæ ipsius antea fuissent, tunc autem Amasis regia. Ibique 5 quamdiu in regia pascebatur, eum Amasis honeste asservavit. Tandem incusantibus Ægyptiis non juste agere qui suum & ipsorum inimicissimum aleret, ita illis Aprien tradidit. Eum isti ubi strangulavere, paternis in monumentis sepelierunt, quæ sunt in templo Minervæ, proxime 6 cœnaculum ad lævam manum intranti.

εἰσὶ γλωμύμυοι, ὅτι ὀλὶ πλείστους ἐγκρέατο, πέντε καὶ ἑκατὸν μυριάδες ἀνδρῶν. ὑδὲ τέτοισι ἔξεστι τέχνην ἐπασκῆσαι ὑδεμίαν, ἀλλὰ τὸ ἐς πόλεμον ἐπασκέουσι μοῦνα, παῖς ὡρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενοι. Εἰ μὲν νυν καὶ τοῦτο παρ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασι οἱ Ἕλληνες, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως κρῖναι· ὁρέων καὶ Θρήϊκας καὶ Σκύθας καὶ Πέρσας καὶ Λυδοὺς, καὶ σχεδὸν πάντας τοὺς βαρβάρους, ἀποτιμοτέρους τῶν ἄλλων ἡγεομένους πολιητέων τοὺς τὰς τέχνας μανθάνοντας, καὶ τοὺς ἐκγόνους τούτων. τοὺς δὲ ἀπαλλαγμένους τῶν χειρωναξιέων, γνησίους νομίζοντας εἶναι, καὶ μάλιστα τοὺς ἐς τὸν πόλεμον ἀνειμένους. μεμαθήκασι δ' ὦν τοῦτο πάντες οἱ Ἕλληνες, καὶ μάλιστα Λακεδαιμόνιοι. ἥκιστα δὲ Κορίνθιοι ὀνείδεα τοὺς χειροτέχνας. Γέρεα δέ σφι ὧδε πάρεξ τῶν ἱρέων· ἄρουραι ἐξῃρημέναι μένουσι Αἰγυπτίων πάρεξ τῶν ἱρέων· ἄρουραι ἐξαίρετοι δυώδεκα ἑκάστῳ ἀτελέες. ἡ δὲ ἄρουρα ἑκατὸν πήχεων ἐστὶ Αἰγυπτίων πάντη. ὁ δὲ Αἰγύπτιος πῆχυς τυγχάνει ἴσος ἐὼν τῷ Σαμίῳ. ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι ἄπασι ἦν ἐξῃρημένα. τάδε δὲ ἐν περιτροπῇ ἐκαρπῶντο, καὶ οὐδαμὰ αὐτοί· Καλασιρίων χίλιοι, καὶ Ἑρμοτυβίων ἄλλοι, ἐδορυφόρεον ἑκάστους ἐνιαυτόν· ἕκαστον τὸν βασιλέα· τούτοισι δ' ὦν τάδε πάρεξ τῶν ἀρυρέων ἄλλα ἐδίδοτο ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ· ὀπτοῦ σίτου ἀρτάβης, πέντε μνέας ἑκάστῳ, κρεῶν βοέων δύο μνέας, οἴνου πότηρες ἀρυσπῆρες. ταῦτα τοῖσι αἰεὶ δορυφορέουσι ἐδίδοτο. Ἐπεί τε δὴ συνιόντες, ὅ, τε Ἀπρίης, ἄγων τοὺς ὁπηδέοντας, καὶ ὁ Ἄμασις πάντας τοὺς Αἰγυπτίους, ἀπίκοντο ἐς Μέμφιν πόλιν, συνέβαλον· καὶ ἐμαχέσαντο μὲν εὖ οἱ ξεῖνοι, πλήθεϊ δὲ πολλῷ ἐλάσσονες ἐόντες, καὶ τοῦτο ἐσώθησαν. * Ἀπρίεω δὲ λέγεται δὴ ὧδε ἡ διάνοια, μηδ' ἂν θεόν μιν μηδένα δύασθαι παῦσαι τῆς βασιληΐης· οὕτω ἀσφαλέως ἑωυτῷ ἱδρύσθαι ἐδόκεε. καὶ δὴ τότε συμβαλὼν ἐνικήθη· καὶ ζωγρηθεὶς, ἀπήχθη ἐς Σαΐν πόλιν, ἐς τοὺ ἑωυτοῦ οἰκία πρότερον ἐόντα, τότε δὲ Ἀμάσιος· ἤδη βασιλήϊα. ἐνθαῦτα δὲ τέως μὲν ἐτρέφετο ἐν τοῖσι βασιληΐοισι, καί μιν Ἄμασις εὖ ὡκίεπτε· 99
τὸ δέ, μεμφομένων Αἰγυπτίων ὡς οὐ ποιεῖ δίκαια τρέφων τὸν σφίσι τε καὶ ἑωυτῷ ἐχθιστον, οὕτω δὴ παραδιδοῖ τὸν Ἀπρίεω τοῖσι Αἰγυπτίοισι. οἱ δέ μιν ἀπήγαγον, καὶ ἔπειτα ἐθάψαν ἐν τῇσι πατρώῃσι ταφῇσι. αἱ δὲ εἰσὶ ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ἀγχοτάτω τοῦ μεγάρου, ἐσιόντι ἀριστερῆς χειρός.

1 Qui rei militari vacant. 2 At Corinthii minime contemptui habent opifices. *Intellige autem* Minime *vel pro* Non, *vel comparative pro* Minime omnium. 3 Ἀρυσῆρες, *ab aliis* Cyathi: *ab aliis notationem vocabuli sequentibus* Hausti *vel* Haustra. 4 Ne deum quidem ullum posse sibi adimere reg. 5 Aliquandiu quidem in regia nutritus fuit, & cum Amasis honeste observavit: *vel*, honesta observantia prosequutus est: tandem autem incusant. *Vel. antea quidem in regia nutriebatur: & cum Am. honeste observabat: at postquam incusarunt Ægyptii, &c.* 6 Palatium. * Quæ Jeremias denunciat Apriæ ventura. c.44,v.30, ea omnino fideliter narrat Herodotus, & plane illi cum verbo divino convenit. *Salig. in Fragmenta Uselica, & in Euseb. Chronicon.*

ἐθαψαν

ἔθαψαν δὲ Σαΐται πάντας τοὺς ἐκ τούτου τοῦ χώρου βασιλέας ἔσω ἐν τῷ ἱρῷ. καὶ γὰρ τὸ τοῦ Ἀμάσιος σῆμα, ἐκὰς ἐὸν μᾶλλον τοῦ μεγάρου ἢ τὸ τοῦ Ἀπρίεω καὶ τῶν τούτου προπατόρων. Ἔστι μὲν νυν καὶ τοῦτο ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ ἱροῦ, πασσάλοισι λιθίνοισι μεγάλοισι, καὶ ἠσκημένοισι σύλοισί τε φοινικέοις καὶ δένδρεα μεμιμημένοισι, καὶ τῇ ἄλλῃ δαπάνῃ. ἔστω δὲ ἐν τῇ παστάδι δι' ἃ δυρώματα ἕστηκε, ἐν οἷσι τοῖσι δυρώμασι ἡ θύρη ἐστί. εἰσὶ δὲ καὶ ταφαὶ τοῦ ἐπ' ὄσιον πιεύμασι ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ἐξαγορεύειν τἄνομα ἐν Σάϊ, ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ὄπισθε τοῦ νηοῦ παντὸς τοῦ τῆς Ἀθηναίης ἐκτεταμένον τοίχου· καὶ ἐν τῷ τεμένεϊ ὀβελοὶ ἑστᾶσι μεγάλοι λιθίνοι. λίμνη τέ ἐστι ἐκτετυπωμένη λιθίνη, κρηπῖδι κεκοσμημένη, καὶ ἐργασμένη εὖ κύκλῳ, καὶ μέγαθος (ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε) ὅσηπερ ἡ ἐν Δήλῳ, ἡ τροχοειδὴς καλεομένη. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δείκηλα τῶν παθέων αὐτοῦ νυκτὸς πιεῦσι, τὰ καλέουσι μυστήρια Αἰγύπτιοι. Περὶ μὲν νυν τούτων, εἰδότι μοι ὅτι πλέον ὡς ἐκτὸς ἀπέων ἔχει, σῦφορα κείσθω. καὶ τῆς Δήμητρος τελετῆς περὶ, τὴν οἱ Ἕλληνες θεσμοφόρια καλέουσι, καὶ ταύτης μοι περὶ σῦφορα κείσθω, πλὴν ὅσον αὐτῆς ὅσιόν ἐστι λέγειν. αἱ Δαναοῦ θυγατέρες ἦσαν αἱ τὴν τελετὴν ταύτην ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγοῦσαι, καὶ διδάξασαι τὰς Πελασγιώτιδας γυναῖκας. μετὰ δὲ, ἐξαναστάσης πάσης Πελοποννήσου ὑπὸ Δωριέων, ἐξαπώλετο ἡ τελετή. οἱ δὲ ὑπολειφθέντες Πελοποννησίων, καὶ ἐκ ἐξαναστάντες Ἀρκάδες, διέφθειρον αὐτὴν μοῦνοι. Ἀπρίεω δὲ ὧδε καταραιρημένου, ἐβασίλευσε Ἄμασις, ἐὼν μὲν Σαΐτεω ἐών· ἐξ τῆς δὲ ἦν πόλεος, ἔνομα οἱ ἐστὶ Σιούφ. τὰ μὲν δὴ πρῶτα κατώνοντο τὸν Ἄμασιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐν ἐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον, ἅτε δὴ δημότεω ἐόντα, καὶ οἰκίης οὐκ ἐπιφανέος· μετὰ δὲ, σοφίῃ, αὐτὸς ὁ Ἄμασις ἐκ συγγνωμοσύνης προσηγάγετο. ἦν οἱ ἄλλα τε ἀγάλματα μυρία, ἐν δὲ καὶ πδανιπτὴρ χρύσεος, ἐν τῷ αὐτός τε ὁ Ἄμασις καὶ οἱ δαπτυμένες οἱ πάντες τοὺς πόδας ἐκάστοτε ἐναπενίζεατο. τοῦτον κατ' ὧν κύλας, ἄγαλμα δαίμονος ἐξ αὐτοῦ ἐπισήσατο, καὶ ἵδρυσε τῆς πόλεος ὅκου ἦν εὐπροσδεώτατον. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι φοιτέοντες πρὸς τὸ ἄγαλμα, ἐσέβοντο μεγάλως. μαθὼν δὲ ὁ Ἄμασις τὸ ἐκ τῶν ἀστῶν πιεσθὲν συνεκάλεσε Αἰγυπτίους, ἐξέφηνε, φὰς ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τὸ ἄγαλμα γεγονέναι, ἐς τὸν πρότερον οὗτοι Αἰγυπτίους, ἐνεμεῖν τε καὶ ἐνυρέειν, καὶ πόδας ἐναπονίζεσθαι, τότε δὲ, μεγάλως σέβεσθαι. ἤδη ὦν ἔφη λέγων ὁμοίως αὐτὸς τῷ ποδανιπτῆρι πεπρηγέναι. εἰ γὰρ πρότερον

Nam Saitani 1 cunctos qui tribules eorum fuere reges, intra templum sepelierunt. Etenim Amasis monumentum 2 ex altera parte cœnaculi est quàm illud Apriæ ejusque progenitorum. In ejus- CLXX
dem templi aula hoc quoque est ingens cubiculum lapideum, tum columnis excultum, palmarum arbores imitantibus, tum alio sumptu. Intra id cubiculum gemini postes stant, in quibus urna est. Sunt etiam sepulcra, (cujus nomen si nuncupavero hac in re, haud sancte fecero) apud Sain in templo Minervæ post totum delubrum prope parietem: atque in fano stant ingentes obeli, lacusque contiguus lapidea crepidine adornatus, & circumquaque probe elaboratus, magnitudine (ut mihi videtur) quanta in Delo, qui dicitur trocheides. In hoc lacu imagines suorum quisque affectuum noctu faciunt, quæ vocant Ægyptii mysteria: De quibus quum permulta CLXXI
ego norim, quo pacto se habeant singula, tamen abhit ut proloquar. De Cereris quoque initiatione, quam Græci thesmophoria vocant *à ferendis legibus*, absit ut eloquar, nisi quatenus sanctum est de illa dicere. Danai filiæ ritum hunc ex Ægypto attulerunt, eoque Pelasgicas fœminas imbuerunt. Sed deinde omni Peloponneso à Doribus ejecta sedibus suis, ritus initiandi abolitus est, à solis Arcadibus (qui à Peloponnensibus non ejecti sunt, sed relicti) conservatus.
¶ Aprie sublato, regnavit AMASIS CLXXII
è 3 tribu Saitana, & urbe cui nomen est Siuph. Eum inter initia Ægyptii contemnere, nec ullius sane momenti ducere, ut qui plebeius fuisset, nec insigni familiæ ortus. Eos vero postea Amasis ad se solertia, non 4 asperitate, perduxit. Erant ei cum alia bona infinita, tum vero pelvis aurea, in qua tam ipse quam omnes convivæ semper pedes abluebant: hanc ille confregit, ex eaque 5 dæmonis statuam fecit, & in appositissimo urbis loco statuit: Ægyptii simulacrum adeuntes magnopere venerari. Id Amasis fieri à popularibus edoctus, convocatis Ægyptiis aperit, Ex illa pelui in qua primo Ægyptii evomere immingereque, & in qua pedes abluere consuessent, factum esse simulacrum quod tunc tantopere venerarentur. Itaque se aiebat perinde atque peluim esse factum: etsi enim antehac

ἦν τοιῆν ἦν ἀγνωμοσύνη

1 Cunctos ex ea præfectura reges 2 Longius quidem abest à palatio quam illud Apriæ ejusque progenitorum: est tamen in septo templi hoc quoque porticus lapidea & columnis ornata palmarum arb. imitant. & alio sumptu. In ipsa porticu geminæ stant fores, intra quas est conditorium. Sunt etiam sep. 3 Præfectura. *Vel*, provincia. 4. *Non legit* εὐγνωμοσύνη (*ut in vulg. edit.*) *sed* ἀγνωμοσύνη, *ut in vet. cod.* 5. Numinis stat.

fuisset

fuisset, plebeius, impræsentiarum tamen esse ipsorum regem, eoque jubere ut sibi honor haberetur atque reverentia. Hunc in modum ad se traduxit Ægyptios, ita utæ quum censerent ei servire.
CLXXIII Idem hoc usus est in rebus agendis instituto: ab aurora usquedum refertum esset forum, accurate negocia oblata agebat: deinde potabat, & inter compotores jocabatur, morionem agens ac scurram. Quibus rebus offensi amici, talibus eum verbis 1 castigabant, Rex, dicentes, non è dignitate tua degis, qui ad tantam te dimittis nequitiam. Nam deberes 2 augusto in solio sedens, auguste interdiu res administrare. ita & Ægyptii cognoscerent à magno sibi viro præsideri, & tu melius audires. Nunc haudquaquam facis è regia dignitate. His ille respondit, 3 arcus ab iis quorum sunt, quum est opus, intendi: eos, si semper intenti sint ruptum iri, nec posse eis illos, quum indigeant, uti: ita & hominis institutum esse: si assiduo laborare studio, nec ullam partem ad lusum sibi indulgere velit, fore ut pedetentim aut mente captus sit aut membris. Quod ego intelligens, utrique rei tempus impertio. Hæc Amasis amicis respondit.
CLXXIV Etenim fertur Amasis, quum privatus foret, fuisse potandi jocandique cum dicacitate studiosus, & vir neutiquam rerum agendarum anxius. Et quoties eum potantem ac se oblectantem necessaria defecissent, solitum circumeundo furari: & quum reposceretur ab iis qui dicerent eum ipsorum habere pecuniam, ac negaret, adduci solitum ad oraculum quodcunque eo in loco erat: & frequenter ab oraculis convictum, frequenter absolutum. Postquam vero etiam assequutus est regnum, ista egit: quicunque dii eum furti absolverant, horum templa neque curæ habuit, neque ulla re ad ornamentum donavit, neque adiens sacrificavit, tanquam nihil mererentur, quod reddere-
CLXXV rent falsa responsa: qui autem eum 4 pronunciaverant furem, hos tanquam vere deos, nec mendacia reddentes oracula, maxime coluit. Præterea in Sai vestibulum Minervæ fecit, opus admirandum, & longe superans cætera tum sublimitate tum magnitudine. tanta est vastitas lapidum atque substructionum. Quinetiam ingentes colossos, & immanes androsphingas ibidem posuit.

" ἦεν δημότης, ἀλλ' ἐν τῷ παρεόντι ἐξ) ἀυ- ‖ ἦνεα
τέων βασιλεύς· καὶ τιμᾶν τε καὶ περιηδέως
ἑωυτὸν ἐκέλευε. τοιούτῳ μὲν τρόπῳ περσπ-
ώμενος τοὺς Αἰγυπτίους, ὥστε δημοτέων ἀγαθῶν
ἐπειρᾶτο. Ἐχρῆτο δὲ καταστάσει πρηγμάτων
τοιῇδε· τὸ μὲν ὄρθριον, μέχρι οὗ τε πληθώ-
σιος ἀγορῆς, σπουδῇ ἔπρησσε τὰ προσφε-
όμενα πρήγματα· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἔπινε τε
καὶ καταισχωπτέε τοὺς συμπότας· καὶ ἐς μά-
ταιός τε καὶ παιγνιήμων. ἀκηδεόντες δὴ τού-
τοισι οἱ φίλοι αὐτοῦ, ἐνουθέτεον αὐτὸν, τοιάδε
λέγοντες, Ὦ βασιλεῦ, οὐκ ὀρθῶς σεωυτῷ "
προέστηκας, ἐς τὸ ἄγαν φαῦλον προάγων "
σεωυτόν. σὲ γὰρ χρεὼν ἐν θρόνῳ σεμνὸν "
σεμνῷ διακέοντα, δι' ἡμέρης πρήσσειν τὰ "
πρήγματα, καὶ οὕτω Αἰγύπτιοί τ' ἂν εὐδαιμο- "
αιτο ὡς ὑπ' ἀνδρὸς μεγάλου ἄρχοιντο, καὶ "
ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες. νῦν δὲ πολλῆς ἐδάμως "
βασιληΐης. ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε αὐτούς,
Τὰ τόξα οἱ κεκτημένοι, ἐπεὰν μὲν δέωνται " 100
χρεώμενοι, ἐντανύουσι· ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, "
ἐκλύουσι. εἰ γὰρ δὴ τὸν πάντα χρόνον ἐν- "
τεταμμένα εἴη, σκεραγείη ἄν. ὥστε ἐς τὸν "
δέον ἐκ ἂν ἔχοιεν αὐτοῖσι χρῆσθαι. ὦτω δὴ "
καὶ ἀνθρώπου κατάστασις· εἰ ἐνθέλοι κατ- "
αυδάδως αἰεὶ, μηδὲ ἐς παιγνίδιον τὸ μέρος "
ἑωυτὸν ἀνιέναι, λάθοι ἂν ἤντοι μανείς, ἢ "
ὅκου ἀποπληκτέον ἡμέομεν. τὰ ἐγὼ ἐπισά-
μενος, μέρος ἑκατέρῳ νέμω. ταῦτα μὲν
τοὺς φίλους ἀμείψατο. Λέγεται δὲ ὁ Ἄμασις,
" ὅτε ἐν ἰδιώτης, ὡς φιλοπότης ἐν καὶ φιλο- ‖ καὶ ὅτε
σκώμμων, καὶ ἐδαμῶς καταυδασμένος
ἀνήρ· ὅκως δὲ μιν ἐπιλείποι πίνοντά τε καὶ
εὐπαιδεύετα τὰ ἐπιτήδεια, κλέπτεσκε ἂν
τοιῶν. οἱ δ' ἄν μιν φάμενοι ἔχειν τὰ
σφέτερα χρήματα, ἀρνούμενον ἀγεσκον ἐπὶ
μαντήιον, ὅκου ἐκάστοισι εἴη. πολλὰ μὲν δὴ κα-
τηλίσκετο τοῦτο τὸ μαντήιον, πολλὰ δὲ καὶ " ‖ ἀπέ-
ἐφυγε. ἐπεί τε δὲ καὶ ἐβασίλευσε, ἐποίησε φευγε.
τάδε· ὅσοι μὲν αὐτὸν τῶν θεῶν ἀπέλυσαν μη-
φώσαντες εἶναι, τούτων μὲν τὰ ἱρὰ ἔτε ἐπεμέλετο,
ἔτε ἐς θεοσκοπίην ἐδίδου οὐδέν· οὐδὲ φοιτέων ἔ-
δεισε· ὡς θεοὺς οὐκ ἐόντας ἐξοισι, ψευδέα τε μα-
ντήια κεκτημένους· ὅσοι δέ μιν κατέδησαν
φῶσαντες εἶναι, τούτων δὲ ὡς ἀληθέων ἐόντων καὶ
ἀψευδέα μαντήια παρεχομένων, τὰ μάλι-
στα ἐπεμέλετο. Καὶ τοῦτο μὲν, ἐν Σαΐι τῇ
Ἀθηναίῃ προπύλαια θαυμάσια οἱ ἐξ-
εποίησε, πολλὸν πάντα ὑπερβαλλόμενος
τῷ τε ὕψεϊ καὶ τῷ μεγάθεϊ, ὅσον τε τὸ μέγαθος,
λίθων ἐστὶ, καὶ οἵων τέων· τοῦτο δ', ἑλόμενος μεγάλους καὶ ἀνδροσφίγγας θωμαστέας ἀνέθηκε.

1 Admonebant, non teipsum recte regis, ὁ rex, qui &c. 2 Augustus augusto in solio sedens per totum diem res administr. 3 Qui arcum possident, quum illo opus habent, intendunt: postquam autem usi sunt, remittunt. Nam si perpetuo intentus esset, frangeretur, ut, quum opus esset, uti jam illo non possent. Talem & hominis conditionem esse: si assidue seria tractare, nec ull. 4 *Ad verbum*, Constrinxerant. *id est*, Convicerant.

λίθους τε ἄλλους ἐς ὑπερβολὴν ὑπερφυέας τὸ μεγαθ. ἐκόμισε. ἤγαγετο δὲ τούτων τοὺς μὲν, ὀκτὼ καὶ δέκα Μέμφιν ἐυσσόον λιθοτομέων, τοὺς δὲ ὀλίγῳ μείοσι, ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος, πλόον εἰκοσι ἡμερέων ἀπεχούσης ἀπὸ Σαΐος. τὸ δὲ ἐκ τούτων ἄγαλμα οὐ μάλιστα ἐθαύμασα, ἔστι γάρ οἴκημα μονόλιθον ἐκόμισε δὲ ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος. καὶ τοῦτο ἐπὶ μὲν ἐνιαυτοὺς τρεῖς ἐμόχλευε μάλα πολλοὶ καὶ ἐπιτηδεύοντες ἄνδρες ἀγωγέες, καὶ ἔτεσι ἀπαιτέες ἔσαν κυβερνῆται. τῆς δὲ στέγης ταύτης τὸ μὲν μῆκος ἔξωθεν ἔστι, εἰς τε κ εἴκοσι πήχεες· εὖρος δὲ, τεσσαρεσκαιδεκάπηχυ· ὕψος δὲ, ὀκτώ. ταῦτα μὲν τὰ μέτρα ἔξωθεν τῆς στέγης τῆς μονολίθου ἔστί. ἀταρ ἔσωθεν τὸ μῆκος, ὀκτωκαίδεκα πήχεων, καὶ πλάτος· τὸ δὲ εὖρος, δώδεκα πήχεων· τὸ δὲ ὕψος, πέντε πήχεων ἔστί. αὕτη δὲ ἱρῶ κέεται πρὸ τοῦ ἔσοδον. ἔσω γὰρ μὲν ἐς τὸ ἱρὸν φασὶ πρῆξαι δ' εἵνεκεν ἐκ ἐσελκύσαι ἑ ἀρχιτέκτονα· ἀυτῆς ὀλισθαινούσης τῆς στέγης, ἀνασταζαι, οἷά τε χρόνου ἐκλογιζόμενον· πολλῷ, καὶ χθόμενον τῷ ἔργῳ· ἑ δὲ Ἄμασιν, ἐνδυμιὸν ποιησάμενον, ἐκ ἐᾶν ἔτι περαιτέρω ἑλκύσαι. ἤδη δέ τινες λέγουσι ὡς ἄνθρωπος διαφθαίρη ὑπ' αὐτῆς ἑ τις αὐτοῦ μοχλεύοντων, καὶ ἀπὸ τούτου ἐκ ἐσελκυσθείσαν. Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἐν τοῖσι ἄλλοισι ἱροῖσι ὁ Ἄμασις πᾶσι τοῖσι ἑλλογίμοισι ἔργα τὸ μεγαθ. ἀξιοθέητα. ἐν δὲ καὶ ἐν Μέμφι, ἑ ὕπτιον κείμενον κολοσσὸν, τῷ Ἡφαιστείῳ ἔμπροσθε· ἑ πόδες πέντε καὶ ἑβδομήκοντά εἰσι τὸ μῆκος. ὁμοῖ δὲ τῷ αὐτῷ βάθρῳ ἑστᾶσι, ἑ αὐτῷ ἐόντι λίθῳ, δύο κολοσσοὶ, ἑκατέρωθεν ποδῶν τὸ μέγαθος ἑκάτερος· ὁ μὲν, ἔνθεν, ὁ δ' ἔνθεν τῷ μεγάρῳ. ἔστι δὲ λίθινος ὅμοιος τοσοῦτος καὶ ἐν Σαΐ, κείμενος καὶ ἑ αὐτὸν τρόπον τῷ ἐν Μέμφι. τῇ Ἴσι τε τὸ ἐν Μέμφι ἱρὸν Ἄμασις ἔστι ὁ ἐξοικοδομήσας, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιοθεητότατον. Ἐπ' Ἀμάσιος ἑ βασιλῆος λέγεται Αἴγυπτος μάλιστα δὴ τότε εὐδαιμονῆσαι, καὶ τὰ ἀπὸ ἑ ποταμοῦ τῇ χώρῃ γινόμενα, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης τοῖσι ἀνθρώποισι. καὶ πόλις ἐν αὐτῇ ἠριθμέετο τοὺς ἁπάσας τότε δισμυρίας τοὺς οἰκουμένας. νόμον τε Αἰγυπτίοισι τόνδε Ἄμασις ἔστι ὁ κατάσας· ἀποδεκνύειν ἔτεος ἑκάστου τὸν νομάρχην πάντα τινὰ Αἰγυπτίων, ὅθεν βιῶτας μηδὲ ποιεῦντα τοῦτο, μηδὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζόην, ἀδύνατος θανάτῳ. Σόλων ὁ Ἀθηναῖος λαβὼν ἐξ Αἰγύπτου τοῦτον ἑ νόμον, Ἀθηναίοισι ἔθετο, τῷ ἐκεῖνοι ἐς αἰεὶ χρεώμενοι, ἐόντι ἀμώμῳ νόμῳ.

ἠθμίζω

Alia quoque ſaxa prægrandia in apparatum comportavit, ducta partim è lapidicinis quæ juxta Memphin ſint, partim utique quæ majoris molis erant, ex urbe Elephantina, quæ Sai diſtat viginti dierum navigatione. Adhæc, quod non minime ſed maxime omnium admiror, attulit ædificium ex ſolido ſaxo ab urbe Elephantina, in quo afferendo triennium conſumpſerunt duo millia delectorum virorum, qui omnes erant gubernatores. Hujus autem domus extrinſecus eſt unius & viginti cubitorum longitudo: quatuordecim, latitudo: octo, ſublimitas. Hæc eſt dimenſio exterior tecti ex uno lapide. Introrſum autem [1] duodeviginti & amplius cubitorum eſt longitudo: quinque, ſublimitas. Domus hæc ad ingreſſum templi collocata eſt. nam ob id aiunt in templum non fuiſſe pertractam, quod quum ſuſpiraſſet architectus dum illa adveheretur, utpote pertæſus diutini temporis operæ, [2] ea de re ſtomachatus Amaſis, non permiſerit hominem ulterius trahere. Nonnulli aiunt quendam ex iis qui vectibus lapidem agebant, ab illo fuiſſe oppreſſum, ideoque lapidem non introductum. Donavit præterea operibus ob magnitudinem ſpectaculo dignis cum alia templa inſignia, tum in Memphi templum Vulcani, coloſſo ſupino ante illud poſito, longitudinis quinque & ſeptuaginta pedum. Superque idem pavimentum gemini coloſſi ſtant 3 ex Æthiopico lapide, vicenûm pedum magnitudinis, hinc & hinc magno illi aſſiſtentes: cujus inſtar eſt alter in Sai lapis, eodem habitu jacens. Illud etiam quod in Memphi eſt templum Iſidis ingens & ſpectatu digniſſimum, Amaſis ædificavit. Sub Amaſi rege dicitur Ægyptus fuiſſe maxime beata, in iis quæ vel regioni ex flumine, vel hominibus ex regione proveniunt, & urbes quæ incolerentur tunc, fuiſſe numero illic mille & viginti. [4] Amaſis quoque extitit qui legem hanc apud Ægyptios condidit, ut ſingulis annis apud provinciarum præſides Ægyptii omnes demonſtrarent unde viverent: & qui aut hoc non faceret, aut non demonſtraret ſeſe legitime vivere, is morte afficeretur. Quam legem Solon ab Ægyptiis mutuatus, Athenienſibus tulit, quam illi, quod ſit caſtiſſima, aſſidue uſurpant.

CLXXVI

CLXXVII

101

1 Duodeviginti cubitorum, & digitorum xx eſt longitudo: latitudo vero, cubitorum duodecim: quinque, ſubl. 2 Hoc in religionem vertens Amaſ. 3. Ex eodem lapide. 4 Hic eſt autem Amaſis qui legem hanc tulit, demonſtrare unumquemque apud præſidem cujuſque loci, unde vivat: quod qui non fecerit, aut demonſtrare vitæ ſuæ rationem juſtam non poterit, hunc morte mulctandum. Solon autem Athenienſes ſumptam hanc legem ex Ægypto Athenienſibus promulgavit, qua illi ſemper uſi ſunt, lege ſane inculpata. *Ita hunc locum vertit Budæus.*

Amaſis

CLXXVIII Amaſis porro, quoniam Græcorum erat ſtudioſus, cum alia in quoſdam Græcos officia contulit, tum iis qui in Ægyptum concederent, dedit facultatem Naucratin urbem incolendi. Qui vero eorum nollent illic habitare, ſed navigando negociari, fecit poteſtatem certis in locis aras & fana extruendi, Et maximum quidem eorum fanum atque [1] celeberrimum vocatur Hellenium: civitates autem quæ communiter illud extruxerunt, ſunt, Ionum quidem, Chius, Teus, Phocæa, Clazomenæ: Dorum autem, Rhodus, Cnidus, Halicarnaſſus, Phaſelis: Æolum vero, una Mitylene. Harum civitatum hoc fanum eſt, & ab his præfecti emporii præbentur. Cæteræ civitates quæ conſortes hujus rei ſunt, rei ad ipſos minime pertinentis conſortes ſunt. Separatim tamen ædificaverunt, Æginetæ quidem, Jovis: Samii autem, Junonis: Mileſii vero, Apollinis fanum. Nam vetus emporium erat ſola Naucratis: præter hoc in Ægypto aliud nullum. Quod ſiquis in aliud aliquod Nili oſtium applicuiſſet, is neceſſe habebat dejerare ſe veniſſe invitum, datoque jurejurando eadem navi ad Canobicum navigare: &, ſi id minus per contrarios ventos poſſet, onera fluvialibus navigiis circumagere luſtrando Delta, donec perveniret Naucratin. ita Naucratis in honore erat. Jam vero quum Amphictyones templum quod nunc Delphis eſt, (quia illud prius ſua ſponte deflagraverat) trecentis talentis conſtruendum locaſſent, Delphi, quos quarta pars ſumptus contingebat, circa civitates vagi, cum aliunde tum vero non minimum ex Ægypto retulerunt. nam Amaſis quidem eis mille talenta aluminis, Græci autem qui Ægyptum incolebant, vicenas minas donaverunt. Cum Cyrenæis quoque Amaſis amicitiam ſocietatemque iniit, ita ut illinc uxorem etiam putaret ſibi eſſe ducendam, ſive fœminæ Græcæ amore captus, ſive alias ob benevolentiam Cyrenæorum. Uxorem quam duxit, alii volunt filiam fuiſſe Batti, alii Arceſilai, alii Critobuli, inter ſuos populares viri ſpectati, nomine Ladicen: cum qua dum in toro cubaret, concumbere non poterat, quum tamen aliis mulieribus uteretur. Id quum diu fieret, ad eam Amaſis. Tu vero, inquit, uxor veneficio me læſiſti: ideoque nullo machinamento vales effugere

CLXXIX

CLXXX

CLXXXI

Φιλέλλλω δὲ γλυόμθ. ὁ Ἄμασις, ἄλλά τε ἐς Ἑλλήνων μετεξετέρους ἀπεδέξατο, καὶ δὴ καὶ τοῖσι ἀπικνεομένοισι ἐς Αἴγυπτον ἔδωκε Ναύκρατιν πόλιν ἐνοικῆσαι. τοῖσι δὲ μὴ βουλομένοισι αὐτόθι οἰκέειν, αὐτῷ δὲ ναυπλεομένοισι, ἔδωκε χώρους ἐνιδρύσασθαι βωμοὺς καὶ τεμένεα θεοῖσι. τὸ μέγ' νυν μέγιστον αὐτέων τέμθ., καὶ ἐνομαστότατον ἐὸν καὶ χρησιμώτατον, καλέυμενον δὲ Ἑλλήνιον, αἵδε πόλιές εἰσι αἳ ἱδρυμέναι κοινῇ, Ἰάνων μέν, Χῖος, καὶ Τέως, καὶ Φώκαια, καὶ Κλαζομεναί· Δωριέων δέ, Ῥόδ., καὶ Κνίδ., καὶ Ἁλικαρνησσός, καὶ Φάσηλις· Αἰολέων δέ, ἡ Μιτυλλναίων μόνη. τετίων μέν ἐστι τὸ τέμθ. τοῦτο. καὶ προστάται τοῦ ἐμπορίου αὗται αἱ πόλιές εἰσι αἱ παρέχουσαι. ὅσαι δὲ ἄλλαι πόλιες μεταποιεῦνται, οὐδέν σφι μετὸν μεταποιεῦνται. χωρὶς δέ, Αἰγινῆται ἐπ' ἑωυτῶν ἱδρύσαντο τέμθ. Διός· καὶ ἄλλο Σάμιοι, Ἥρης· καὶ Μιλήσιοι, Ἀπόλλωνος. Ἦν δὲ τοπαλαιὸν μόνη ἡ Ναύκρατις ἐμπόριον, καὶ ἄλλο οὐδὲν Αἰγύπτου. εἰ δέ τις ἐς τὰ πάλαι σομάτων τοῦ Νείλου ἀπίκοιτο, χρῆν ὀμόσαι, μὴ μέν' ἐκόντα ἐλθεῖν. ἀπομόσαντα δέ, τῇ νηῒ αὐτῇ πλέειν ἐς τὸ Κανωβικόν. ἢ εἰ μή γε οἷά τε εἴη πρὸς ἀνέμους ἀντίους πλέειν, τὰ φορτία ἔδει διὰ βαρίδων περιάγειν ἐν βαρίσι περὶ τὸ Δέλτα, μέχρι ἐς Ναύκρατιν. οὕτω μὲν δὴ Ναύκρατις ἐτετίμητο. Ἀμφικτυόνων δὲ μισθωσάντων τὸν ἐν Δελφοῖσι νεὼ ἐόντα νεὸν τριηκοσίων ταλάντων ἐξεργάσασθαι· (ὁ γὰρ πρότερον ἐὼν αὐτόματος κατεκάη) τὰς Δελφὰς δὲ ἐπέβαλε τεταρτημόριον τοῦ μισθώματος φέρειν. πλανώμενοι δὲ οἱ Δελφοὶ περὶ τὰς πόλις, ἐδωτίναζον. ποιεῦντες δὲ τοῦτο, ἐκ ἐλάχιστον ἐξ Αἰγύπτου συνέλεξαν. Ἄμασις μὲν γὰρ σφι ἔδωκε χίλια τάλαντα· οἱ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ οἰκέοντες Ἕλληνες, εἴκοσι μνέας. Κυρηναίοισι δ' ἐς ἀλλήλους Ἄμασις φιλότητά τε καὶ συμμαχίην συνεθήκατο. ἐδικαίωσε δὲ καὶ γῆμαι [2] αὐτόθι, εἴτ' ὧν μισήσας Ἑλλήνιδος γυναικὸς, εἴτε καὶ ἄλλως φιλότητος Κυρηναίων εἵνεκα. γαμέει δ' ὧν, οἱ μὲν λέγουσι Βάττεω, οἱ δ' Ἀρκεσίλεω θυγατέρα, οἱ δέ, Κριτοβούλου, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου· τῇ οὔνομα ἦν Λαδίκη. τῇ ἐπεί τε συγκλίνοιτο Ἄμασις, μίσγεσθαι μὲν οἷός τε ἐγίνετο. τῇσι δὲ ἄλλῃσι γυναιξὶ ἐχρᾶτο. ἐπεί τε δὲ πολλὸν τοῦτο ἐγίνετο, εἶπε δὴ ὁ Ἄμασις πρὸς τὴν Λαδίκην· Δίκῃ ταύτῃ καλεομένῃ, Ὦ γύναι, κατά με ἐφάρμαξας, καὶ ἔστι οὐδεμίη μηχανὴ

[1] Maxime frequentatum. *Vel*, Quo maxime utuntur.

[2] αὐτόθι.

" μη ἐκ ἀπολωλέναι κάκιστα γυναικῶν παιδίων. ἡ δ' Λαδίκη, ἐπεὶ τὸ οἱ ἀρτιμμένη ὑδὲν ἐχώνευτο πρωΰτερον Ἄμασις, εὐξαμένη ἐν τῷ νόῳ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἢν οἱ ἐπ' ἐκείνῳ τῷ νυκτὶ μιχθῇ ὁ Ἄμασις, (τοῦτο γὰρ οἱ κακὸν ἦν μηχανώμενον) ἄγαλμά οἱ ἀποπέμψειν ἐς Κυρήνην. μιγεῖσα δὲ τῷ ἀνδρὶ αὐτίκα οἱ ἐμίχθη ὁ Ἄμασις. καὶ τὸ ἐνδεύτερον πάλιν ὁκότε ἔλθοι Ἄμασις πρὸς αὐτὴν, ἐμισγέλο· καὶ κάρτα μιν ἔστερξε μετὰ τοῦτο. ἡ δὲ Λαδίκη ἀπέδωκε τῷ ἀνδρὶ τὴν θεὸν. ποιησαμένη δὲ ἄγαλμα, ἀπέπεμψε ἐς Κυρήνην, τὸ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν σῶον, ἔξω τετραμμένον τῶν Κυρηναίων ἄστεος. ταύτῃ τῇ Λαδίκῃ, ὡς ἐπεκράτησε Καμβύσης Αἰγύπτου, καὶ ἐπύθετο αὐτὸς ἥτις εἴη, ἀπέπεμψε ἀσινέα ἐς Κυρήνην. Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἀναθήματα ὁ Ἄμασις πέμψας ἐς τὴν Ἑλλάδα· τοῦτο μὲν, ἐς Κυρήνην ἄγαλμα ὁλόχρυσον Ἀθηναίης, καὶ εἰκόνα ἑωυτοῦ, γραφῇ εἰκασμένην· τοῦτο δὲ τῇ ἐν Λίνδῳ Ἀθηναίῃ δύο τε ἀγάλματα λίθινα, καὶ θώρηκα λίνεον ἀξιοθέητον· τοῦτο δ' ἐς Σάμον τῇ Ἥρῃ, εἰκόνας ἑωυτοῦ διφασίας ξυλίνας, αἳ ἐν τῷ νεῷ τῷ μεγάλῳ ἱδρύατο ἔτι καὶ τὸ μέχρεις ἐμεῦ, ὀπίσω τῶν θυρέων. ἐς μὲν νυν Σάμον ἀνέθηκε καὶ ξεινίῃ τῇ ἑωυτοῦ τε καὶ Πολυκράτεος τοῦ Αἰάκεος. ἐς δὲ Λίνδον, ξεινίης μὲν ὑδεμιῆς εἵνεκεν· ὅτι δὲ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Λίνδῳ τὸ τῆς Ἀθηναίης λέγεται τὰς τῶν Δαναοῦ θυγατέρας ἱδρύσασθαι προφάσει, ὅτε ἀπεδίδρησκον τοὺς Αἰγύπτου παῖδας. ταῦτα μὲν ἀνέθηκε ὁ Ἄμασις. εἶλε δὲ Κύπρον πρῶτος ἀνθρώπων, καὶ κατεστρέψατο ἐς φόρου ἀπαγωγήν.

quominus inter omnes mulieres teterrima pereas morte. Ladice, quum pernegando nihilo placatiorem redderet Amasin, vovit intra se Veneri, si ea nocte secum coiret, Amasis, (hoc enim ipsius fuisse machinamentum adversus illud malum) statuam Cyrenas se illi missuram. Concepto autem voto, coiit statim cum ea Amasis, ac deinceps quoties adiret, cum ea coibat: ac postmodum eam perquam valde dilexit. Et Ladice votum deæ persolvit, facta statua Cyrenasque missa, quæ ad meam usque memoriam incolumis erat extra urbem Cyrenensem posita. Hanc Ladicen Cambyses, posteaquam Ægypto potitus est, cognito quænam esset, Cyrenas illæsam remisit. Donavit item Amasis dona quæ CLXXII misit in Græciam: Cyrenas quidem, statuam Minervæ inauratam, & sui imaginem pictura 1 adumbratam: Lindum autem, duo lapidea Minervæ simulacra, & thoracem lineum spectaculo dignum: Samum vero, Junoni bifarias sui imagines, quæ magno in templo erectæ erant post januas, ad meam usque ætatem. Samum quidem, propter hospitium quod inter ipsum erat & Polycratem Æacis filium: Lindum autem, nullius hospitii gratia, sed quia templum quod Lindi est, Minervæ feruntur extruxisse Danai filiæ, 2 postquam agnitæ sunt quum filios Ægypti fugerent. Hæc quidem donaria dedicavit Amasis, primusque mortalium Cyprum cepit, tributariamque fecit provinciam.

1 Ad vivum expressam: 2 Eò appulsæ quum f.

HERO-

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM

Liber tertius, qui inſcribitur

THALIA.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΡΙΤΗ, ἐπιγεγραμμένη

ΘΑΛΕΙΑ.

ADVERSUS hunc Amaſin CAMBYSES Cyri filius, comparato cum ex aliis quibus imperabat, tum ex Græcis Ionibus Æolibuſque, exercitu, bellum movit ob hanc cauſam: Miſſo in Ægyptum 1 legato, Cambyſes petiit ab Amaſi filiam, & petiit conſilio cujuſdam Ægyptii, qui Amaſi erat infenſus quod ſe potiſſimum ex omnibus Ægypti medicis Amaſis ab uxore & liberis abſtraxiſſet, amandando in Perſas, quo tempore Cyrus ad Amaſin miſerat petitum ocularium medicum, omnium qui in Ægypto eſſent præſtantiſſimum. Ob id infenſus Amaſi ille Ægyptius, inſtitit ſuadere Cambyſi ut ab Amaſi filiam peteret: ut ille aut mœrore afficeretur data filia, aut non data, Cambyſi redderetur inviſus. 2 Amaſis eam nec dare audebat, nec abnuere. nam & Cambyſem intelligebat non habiturum illam uxoris loco, ſed pellicis: & Perſarum potentiam gravabatur horrebatque. Hæc reputans, ita ſibi faciendum ſtatuit: Erat Apriæ ſuperioris regis filia, nomine 3 Nitetis, unica domi relicta, grandis atque ſpecioſa. Hanc puellam Amaſis veſtitu pariter & auro exornatam, pro ſua in Perſas dimittit. Quam quum poſt aliquantum tempus Cambyſes ſalutaſſet, filiam Amaſis appellans, ipſa ad eum, Rem, inquit, rex, ignoras, ab Amaſi eluſus, qui me ornatu comptam tranſmiſit, tradens tibi pro ſua, quum revera ſim Apriæ filia, quem ille dominum ſuum cum Ægyptiis rebellans interemit. 4 Hic ſermo extitit cauſa quæ Cambyſem Cyri filium vehementer indignatum induceret adverſus Ægyptum.

ΕΠΙ τοῦτον δὴ τὸν Ἄμασιν Καμβύσης ὁ Κύρου ἐστρατεύετο, ἄγων καὶ ἄλλους τῶν ἦρχε, καὶ Ἑλλήνων Ἰωνάς τε καὶ Αἰολέας, δι' αἰτίην τοιήνδε. πέμψας Καμβύσης ἐς Αἴγυπτον κήρυκα, αἴτεε Ἄμασιν θυγατέρα. αἴτεε δὲ ὑπ' βουλῆς ἀνδρὸς Αἰγυπτίου, ὃς μεμφόμενος Ἄμασιν, ἔπρηξε ταῦτα, ὅτι μιν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἰητρῶν ἀποσπάσας ἀπὸ γυναικός τε καὶ τέκνων, ἐκδίδον ἐποίησε ἐς Πέρσας, ὅτε Κῦρος πέμψας ἐδέετο Ἄμασιν αἴτεε, ἰητρὸν ὀφθαλμῶν ὃς εἴη ἄριστος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ. ταῦτα δὴ ὑπεμεμφόμενος ὁ Αἰγύπτιος, ἐνῆγε τῇ συμβυλίῃ, κελεύων αἰτίην τὸν Καμβύσεα Ἄμασιν θυγατέρα. ἵνα ἢ δῷς ἀνιῷτο, ἢ μὴ δῷς, Καμβύσῃ ἀπέχθοιτο. ὁ δὲ Ἄμασις τῇ δυνάμει τῶν Περσέων ἀχθόμενος καὶ ἀρρωδέων, ἐκ εἶχε ὅτε δῶναι, ὅτε ἀρνήσασθαι. εὖ γὰρ ἠπίστατο ὅτι οὐχ ὡς γυναῖκα μιν ἔμελλε Καμβύσης ἕξειν, ἀλλ' ὡς παλλακήν. ταῦτα δὴ ἐκλογιζόμενος, ἐποίησε ταῦτα· ἦν Ἀπριέω τοῦ προτέρου βασιλέος θυγάτηρ ὑψηλὴ μεγάλη τε καὶ εὐειδὴς, μόνη τοῦ οἴκου λελειμμένη. οὔνομα δὲ οἱ ἦν Νίτητις. ταύτην δὴ τὴν παῖδα ὁ Ἄμασις κοσμήσας ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ, ἀποπέμπει ἐς Πέρσας ὡς ἑωυτοῦ θυγατέρα. μετὰ δὲ χρόνον ὡς μιν ἠσπάζετο, πατρόθεν ὀνομάζων, λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ παῖς, Ὦ βασιλεῦ, διαβεβλημένος ὑπὸ Ἀμφίου τοῦ μανθάνεις, ὃς ἐμέ σοι κόσμῳ ἀσκήσας ἀπέπεμψε, ὡς ἑωυτοῦ θυγατέρα δίδοις, ἐοῦσαν τῇ ἀληθείῃ Ἀπριέω τοῦ ἐκείνου ἐόντα ἑωυτοῦ δεσπότεα, μετ' Αἰγυπτίων ἐπαναστὰς ἐφόνευσε. τοῦτο δὴ τὸ ἔπος καὶ αὕτη ἡ αἰτίη ἐγκινήσασα ἦγαγε Καμβύσεα τὸν Κύρου, μεγάλως θυμωθέντα, ἐπ' Αἴγυπτον.

1 Caduceatore. *Sic alibi* κήρυκα recte *vertit* caduceatorem, *non* legatum. 2 Amaſis, quum Perſ. potentiam gravaretur atque exhorreſceret, nec dare nec abnuere audebat. nam & Camb. 3 Nitetis, valde procera & formoſa, ſola ex ea familia relicta, 4 Hic ſermo & hæc cauſa *vel occaſio* intervenions Camb. Cyri fil. veh. ſtomachatum adverſus Ægyptum impulit.

ἔστω μὴν νῦν λέγουσι Πέρσαι. Αἰγύπτιοι δὲ οἰκειεῦνται Καμβύσεα· φάμενοί μιν ἐκ παύτης δὴ τῆς Ἀπρίεω θυγατρὸς γενέσθαι. Κῦρον γὰρ ἔπεμψαι πέμψαντα Ἄμασιν ἐπὶ τωὐτῇ θυγατρὶ, ἀλλ' ὑπὸ Καμβύσεα. λέγοντες ὦν ταῦτα, ἐκ ὀρθῶς λέγουσι· ὑπομιμνῄσκουσι γὰρ ἐκεῖνοι τε καὶ ἄλλοι τὰ Περσέων νόμιμα ὀρθῶς ἐπιστέαται, καὶ Αἰγύπτιοι) ὅτι πρῶτα μὲν νόθον ἐόντα σφι νόμῳ ἔξεστι βασιλεῦσαι, γνησίου παρεόντος· αὖθις δὲ, ὅτι Κασσανδάνης τῆς Φαρνάσπεω θυγατρὸς ἦν παῖς Καμβύσης, ἀνδρὸς Ἀχαιμενίδεω, ἀλλ' ἐκ ἐκ τῆς Αἰγυπτίης. ἀλλὰ παντρέπουσι τὸν λόγον, προσποιεύμενοι τῇ Κύρου οἰκίῃ συγγενέες εἶναι). καὶ ταῦτα μὲν οὕτω ἔχει. Λέγεται δὲ καὶ ὧδε λόγος, ἐμοὶ μὲν οὐ πιθανός· ὡς τῶν Περσίδων γυναικῶν ἐσελθοῦσά τις παρὰ τὰς Κύρου γυναῖκας, ὡς εἶδε τῇ Κασσανδάνῃ παρεστεῶτα τέκνα εὐειδέα τε καὶ μεγάλα, πολλῷ ἐχρᾶτο τῷ ἐπαίνῳ, ὑπερθωϋμάζουσα. ἡ δὲ Κασσανδάνη, ἐοῦσα τῷ Κύρου γυνὴ, εἶπε τάδε· Τοιῶνδε 103 "μύσται ἐμὲ παίδων μητέρα ἐοῦσαν Κῦρος "ἐν ἀτιμίῃ ἔχει· τὴν δ' ἀπ' Αἰγύπτου δεικέλην, ἐν τιμῇ πάντων. τὴν μὲν ἀχθομένην, τῇ Νιτήτι εἰπεῖν ταῦτα. τὴν δέ οἱ παίδων τὸν πρεσβύτερον εἰπεῖν Καμβύσεα, "Τοιγάρ, ὦ μῆτερ, ἐπὰν ἐγὼ γένωμαι "ἀνὴρ, Αἰγύπτου τε μὲν ἄνω, κάτω ποιέω· "τὰ δὲ κάτω, ἄνω. ταῦτα εἰπεῖν αὐτὸν ἔτεα ὡς δέκα κου γενόντα, καὶ τοὺς γυναῖκας ἐν θωυμασμῷ γενέσθαι· τὸν δὲ, ἀναμνησθέντα, ὕστερον δὴ ἐπεί τε ἀνδρώθη, καὶ ἔσχε τὴν βασιληΐδα, ποιήσαντα τοῦτο ἐπ' Αἴγυπτον στρατιήν. Συμβῆναι δὲ καὶ ἄλλο τι τοιόνδε πρῆγμα γενέσθαι ἐς τοῦτο στρατόπεδον ταύτην. ἦν τὴν δεικέρων Ἄμασις ἀνὴρ γένος μὲν Ἁλικαρνησσεύς, ἔνομα δέ οἱ Φάνης, καὶ γνώμην ἱκανὸς, καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος. ἔσπε ὁ Φάνης μεμφόμενός κου τι Ἄμασι, ἐκδιδράσκει πλοίῳ ἐξ Αἰγύπτου, βουλόμενος Καμβύσῃ ἐλθεῖν ἐς λόγους. οἷα δὲ ἐόντα αὐτὸν ἐν τοῖσι δεικάροισι λόγου μικροῦ, δεινάμενόν τε τὰ περὶ Αἴγυπτον ἀτρεκέστατα, μεταδιώκει ὁ Ἄμασις, σπουδὴν ποιεύμενος ἑλεῖν. μεταδιώκει δὲ, τὸν εὐνέοχον τὸν πιστότατον ἀπορτείλας τριήρει κατ' αὐτὸν, ἐς αἱρέει μὲν ἐν Λυκίῃ, ἑλὼν δὲ, ἐκ ἀνήγαγε ἐς Αἴγυπτον. σοφίῃ γάρ μιν περιῆλθε ὁ Φάνης. καταμεθύσας γὰρ τοὺς φυλάκους, ἀπαλλάσσετο ἐς Πέρσας. ὡρμημένῳ δὲ Καμβύσῃ στρατεύεσθαι ἐπ' Αἴγυπτον,

Atque ita quidem memorant Perſæ. II Ægyptii autem Cambyſem ſuum vendicant, aſſerentes ex hac Apriæ filia illum eſſe genitum. Cyrum enim fuiſſe qui ad Amaſin miſerit ſuper filia, non Cambyſem. Quod quum dicunt, non recte dicunt: etſi eos hoc non latet. nam ſiqui alii, profecto & Ægyptii recte norunt mores Perſarum: 1 apud quos illud in primis nefas eſt, illegitimum obtinere regnum, ſi adſit legitimus. Præterea Caſſandanes filius erat Cambyſes, Pharnaſpe viro Achæmenida genitæ, non mulieris Ægyptiæ. Sed Ægyptii 2 rem geſtam transferunt, fingentes ſibi cum Cyri familia intercedere cognationem. & hæc quidem ita ſe habent. Cæterum ille ſermo mihi non probatur, quo III dicitur mulierem quandam Perſidem ad uxores Cyri introgreſſam, quum liberos Caſſandanes aſſiſtentes forma ac ſtatura egregia conſpicaretur, ſupramodum admirabundam magnis tuliſſe illam laudibus: eique Caſſandanem (quæ Cyti eſſet uxor) ita dixiſſe, Me, quæ talium filiorum ſum mater, Cyrus contemptui habet, præponens quandam ex Ægypto ancillam. Videlicet infenſam Niteti iſta dixiſſe: & ei maximum natu filiorum Cambyſem ſubjeciſſe, Ego vero tibi mater, quum in virilem ætatem adolevero, ſumma Ægypti reddam ima, & ima, ſumma. idque dixiſſe circiter decem natum annos, admirantibus mulieribus. Et quum in virilem adoleviſſet ætatem, & regnum obtinuiſſet, hujus rei memorem, Ægypto bellum intuliſſe. Acceſ- IV ſit huc & aliud quiddam, ad hanc ſumendam expeditionem. Erat quidam auxiliariorum Amaſis, nomine Phanes, genere Halicarnaſſeus, vir conſilio præſtans, & in re bellica ſtrenuus. hic Phanes neſcio quid Amaſi ſuccenſens, navigio profugit ex Ægypto, volens in colloquutionem venire Cambyſis. Eum Amaſis (quod inter auxiliares non parvi momenti eſſet, quodque de rebus Ægypti nonnihil compertiſſimum haberet) inſequi ſtatuit, adhibita diligentia aſſequendi. Itaque ad hominem inſequendum mittit cum triremi eunuchorum fidiſſimum, qui Phanem aſſequutus in Lycia cepit, ſed non reduxit in Ægyptum, 3 ab illo prudentia ſuperatus. Nam Phanes inebriatis cuſtodibus abiit in Perſas, Cambyſemque molientem adverſus Ægyptum expeditionem,

1 Primum quidem per legem non licere ut illegitimus regnum obtineat, quum legitimus adeſt: deinde Caſſand. filium fuiſſe Cambyſem, Phar. 2 Rem ita narrant ut invertant, 3 Phanes enim cum aſſutia circumvenit. Nam inebriat. cuſtod.

& quo

& quo pacto carentia aquis loca transmitteret ambigentem, adiit. Eique cum alias Amasis res exposuit, tum vero quæ ad transmittendum pertinebant, suadens, ad regem Arabum mitteret oratum ut sibi tutum præberet transitum.

V Hâc enim duntaxat patet ingressus in Ægyptum. Nam à Phœnice [1] usque ad montes Cadytis, quæ est urbs eorum Assyriorum qui nunc Palæstini vocantur: ab urbe Cadyti non minore (ut mea fert opinio) quam Sardis, emporia secundum mare usque ad urbem Ienysum, Arabicæ ditionis sunt. Ab urbe Ienysо rursus Syriacæ, usque ad lacum Serbonidis, juxta quem Casius mons pertingit ad mare, A Sarbonidis lacu in quo Typho fertur occultatus, deinceps jam Ægyptus est. Hoc tamen intercapedinis quod est inter urbem Ienysum & montem Casium & lacum Serbonidis, non exiguus tractus est, sed itineris instar

VI trium dierum, vehementer aridus. Verum quod pauci eorum qui in Ægyptum navigant, notum habent, hoc dicere institui: Ex omni Græcia, & præterea ex Phœnice, portatur in Ægyptum bis quotannis [2] vas fictile vini plenum: & tamen ibi ne unum quidem numero (ut sic dicam) vas vinarium fictile aspici [3] vacuum potest. Ubinam (dicat aliquis) hæc vasa consumuntur? hoc quoque ego depromam. Præfecti provinciarum necesse habent ex sua quisque urbe colligere vasa testacea quæ Memphin portentur: eadem è Memphi alii aqua impleta portare in hæc arida Syriæ loca, [4] ita hydriæ supervenientes in Ægypto sumptæ, ad veteres, in Syriam portantur.

VII Atque hunc in modum quem dixi aqua contracta, Persæ usi fuerunt, qui hoc ingressu apparato quamcelerrime Ægypto potiti sunt. Sed tunc, quum in expedito aqua non esset, Cambyses, audito hospitis Halicarnassei consilio, missis ad regem Arabum nunciis tutum iter precatus, obti-

VIII nuit, data acceptaque invicem fide. Servant autem fidem Arabes inter homines ut qui maxime quam hunc in modum dant: Quoties fœdus inire volunt, alius quidam medius inter utrosque stans, acuto lapide ferit volam, juxta majores digitos eorum qui fœdus ineunt. Deinde sumpto flocco ex utriusque vestimento,

κὴ ἀπορέοντι τὸν ἔλασιν ὅκως τὸν ἄνυδρον διεκπερᾷ, ἐπελθὼν φέρζει μὲ κὴ ταῦλλα τὰ Ἀμάσιος πρήγματα· ἐξηγέετο δὲ κὴ τὸν ἔλασιν, ὧδε παραινέων· πέμψαντα φᾶσι τὸν Ἀραβίων βασιλέα, δέεσθαι τὸν διέξοδον οἱ ἀσφαλέα φᾶσαι ἔχειν. Μούνη δὲ ταύτη εἰσὶ φανεραὶ ἐσβολαὶ ἐς Αἴγυπτον. ἀπὸ γὰρ Φοινίκης μέχρι ἔρων τῆς Καδύτιος πόλιος, ἥ ἐστι Συρίων τῆς Παλαιστινέων καλεομένων· ἀπὸ δὲ Καδύτιος, ἐούσης πόλιος (ὡς ἐμοὶ δοκέει) Σαρδίων ἐς πολλῷ ἐλάσσονος· ἀπὸ ταύτης τὰ ἐμπόρια τὰ ἐπὶ θαλάσσης μέχρι Ἰηνύσου πόλιός ἐστι τῆς Ἀραβίης. ἀπὸ δὲ Ἰηνύσου, αὖτις Συρίων μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, παρ' ἣν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. ἀπὸ δὲ Σερβωνίδος λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγος τὸν Τυφὼ κεκρύφθαι, ἀπὸ ταύτης ἤδη Αἰγυπτίων. τὸ δὴ μεταξὺ Ἰηνύσου πόλιος, κὴ Κασίου τε ὄρεος κὴ τῆς Σερβωνίδος λίμνης, ἐὸν τοῦτο οὐκ ὀλίγον χωρίον. ἀλλ' ὅσον τε δὴ τρεῖς ἡμέρας ὁδόν, ἄνυδρόν ἐστι δεινῶς. Τὸ δὲ ὀλίγοι τῶν ἐς Αἴγυπτον ναυτιλλομένων ἐνενοήκασι, τοῦτο ἔρχομαι φράσων. ἐς Αἴγυπτον ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάσης, κὴ πρὸς ἐκ Φοινίκων, κέραμος ἐσάγεται πλήρης οἴνου δὶς τοῦ ἔτεος ἑκάστου. κὴ ἓν κεράμιον οἰνηρὸν ἀριθμῷ κείμενον οὐκ ἔστι, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, εἰσιόντι. κοῦ δῆτα (εἴποι τις ἄν) ταῦτα ἀναισιμοῦνται; ἐγὼ κὴ τοῦτο φράσω. δεῖ τὸν μὲν δήμαρχον ἕκαστον συλλέξαντα ἐκ τῆς ἑωυτοῦ πόλιος πάντα τὸν κέραμον, ἄγειν ἐς Μέμφιν· τοὺς δὲ ἐκ Μέμφιος ἐς ταῦτα δὴ τὰ ἄνυδρα τῆς Συρίης χωρίζειν, πλησαντάς ὑδατος. οὕτω ὁ ὀπφοιτέων κέραμος, κὴ ἐξαιρεόμενος ἐν Αἰγύπτῳ ἔτι τῶν παλαιῶν, κομίζεται ἐς Συρίην. Οὕτω μὲν νυν Πέρσαι εἰσὶ οἱ τὴν ἐσβολὴν ταύτην φᾶσι σπεύσαντες ἐς Αἴγυπτον, κὴ δὴ τὰ εἰρημένα, ἁλόντες ὕδατι, ἐπεί τε τάχιστα παρέλαβον Αἴγυπτον· τότε δὲ ἐκ ἐόντος κου ὕδατος ἑτοίμου, Καμβύσης πυθόμενος τοῦ Ἁλικαρνησσέος ξείνου, πέμψας φᾶσι τὸν Ἀραβίων ἀγγέλους, κὴ δεηθεὶς τῆς ἀσφαλείης, ἔτυχε· πίστις δέ τε κὴ δεξαίμενος παρ' αὐτοῦ. Σέβονται δὲ Ἀραβίοι πίστις ἀνθρώπων ὁμοίως τοῖσι μάλιστα. ποιεῦνται δὲ αὐτὰς τρόπῳ τοιῷδε· τῶν βουλομένων τὰ πιστὰ ποιέεσθαι, ἄλλος ἀνὴρ ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐν μέσῳ ἑστεὼς, λίθῳ ὀξέϊ τὸ ἔσω τῶν χειρῶν φᾶσι τοὺς δακτύλους τοὺς μεγάλους ὀπταμνέει τῶν ποιεομένων τὰς πίστις· κὴ ἔπειτα λαβὼν ἐκ τοῦ ἱματίου ἑκατέρου κροκύδια,

[1] Usque ad fines Cadytis, quæ est urbs eorum Assyriorum qui Palæst. [2] *Vel,* Amphora vini plena. *sic & in sequentibus. Vel potius,* Amphoræ vini plenæ, *ut sit positus singul. pro plurali.* [3] *Vox respondens huic in textu Gr. non habetur: sed ex κείμενον, quod ibi legitur, factum fuit κενὸν, id est, vacuum.* [4] Ita amphoræ quæ invehuntur, sumptæ in Ægypto, ultra veteres in Syriam portantur. Et quidem Persæ ii sunt qui hunc in Ægyptum transitum apparârunt, contracta, ut modo dixi, aqua, simulatque occuparunt Ægyptum. *Intellige autem* Ultra veteres, *pro eo quod est, ultra eos quæ jam antea ibi erant.*

ἀλείφει τῷ αἵματι ἐν μέσῳ κειμένους λίθους ἑπτά. τοῦτο ἢ ποιέων, ἐπικαλέει τόν τε Διόνυσον καὶ τὴν Οὐρανίην. ἐπικαλεσαμένῳ δέ οἱ τούτῳ ταῦτα, ὁ τὰς πίστις ποιησάμενος τοῖσι φίλοισι, παρεγγυᾷ τὸν ξεῖνον, ἢ καὶ τὸν ἀστόν, ἢν πρὸς ἀστὸν ποιέηται. οἱ δὲ φίλοι, καὶ αὐτοὶ τὰς πίστις δικαιεῦσι σέβεσς. Διόνυσον δὲ θεὸν μοῦνον καὶ τὴν Οὐρανίην ἡγέονται εἶναι. καὶ τῇ τε τοιχῶν τὴν κυρτὴν κείρεσς φασὶ, κατάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κεκάρθαι. κείρονται δὲ κατερεφέλα, ἀξυρῶντες τὲς κροτάφους. ὀνομάζουσι δὲ τὸν μὲν Διόνυσον, Οὐροτάλτ· τὴν δὲ Οὐρανίην, Ἀλιλάτ. Ἐπεὶ ὦν τὴν πίστιν τοῖσι ἀγχίλοισι τοῖσι ἀπὸ Καμβύσεω ἀπιγμένοισι ἐποιήσατο ὁ Ἀραβίων, ἐμηχανᾶτο τοιάδε· ἀσκοὺς καμήλων πλήσας ὕδατος, ἐπέσαξε δὴ τὰς ζωὰς τῇσι καμήλοισι πάσας· τοῦτο δὲ ποιήσας, ἤλασε ἐς τὴν ἄνυδρον, καὶ ἐνθαῦτα τὸν Καμβύσεω στρατὸν ἔστη μὲν ὁ πίθανώτερος τῶν λόγων εἰρῆσθαι. δεῖ δὲ καὶ τὸν ἧσσον πίθανον (ἐπεὶ γε δὴ λεχθῆναι) μὴ δηθῆναι. ποταμός ἐστι μέγας ἐν τῇ Ἀραβίῃ τῇ αὐτῇ ὄνομα Κόρυς· ἐκδιδοῖ δὲ οὗτος ἐς τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην θάλασσαν. ἀπὸ τούτου δὴ ὦν τοῦ ποταμοῦ λέγεται τὸν βασιλέα τῇ Ἀραβίῃ, ῥαψάμενον ὠμοβοέων καὶ τῶν ἄλλων θερμάτων ὀχετὸν μήκεϊ ἐξικνεόμενον ἐς τὴν ἄνυδρον, ἀγαγεῖν διὰ τούτων τὸ ὕδωρ. ἐν δὲ τῇ ἀνύδρῳ μεγάλας δεξαμενὰς ὀρύξαντα, ἵνα δεκόμενα τὸ ὕδωρ σῴζωσι. ὁδὸς δ' ἔστι δυώδεκα ἡμερέων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐς ταύτην τὴν ἄνυδρον. ἄγειν δὲ μιν διὰ τριῶν τειῶν ἐς τρεῖς χωρία. Ἐν δὲ τῇ Πηλουσίῳ καλεομένῳ στόματι τοῦ Νείλου ἐστρατοπεδεύετο Ψαμμήνιτος ὁ Ἀμάσιος παῖς, οὐ συμβαίνων Καμβύσῃ. Ἄμασιν γὰρ οὐ κατέλαβε ζῶντα Καμβύσης ἐλάσας ἐπ' Αἴγυπτον. ἀλλὰ βασιλεύσας ὁ Ἄμασις τέσσερα καὶ τεσσεράκοντα ἔτεα, ἀπέθανε. ἐν τοῖσι οὐδὲν οἱ ἀνάρσιον πρῆγμα συνεπέσχε. ἀποθανὼν δέ, καὶ ταριχευθεὶς ἐτάφη ἐν τῇσι ταφῇσι τῇσι ἐν τῷ ἱρῷ, τὰς αὐτὸς οἰκοδομήσατο. ὅτε δὲ Ψαμμήνιτον τὸν Ἀμάσιος βασιλεύσαντα Αἰγύπτου, φάσμα Αἰγυπτίοισι μέγιστον δὴ ἐγένετο. ὕδατος γὰρ θάλασσαι αἱ Αἰγύπτιαι, ἔστε μὲν πρότερον ἀδαμᾶ ὑδεῖσαι, ἔστε ὕστερον, τομέχει ἐμεῦ, ὡς λέγουσι αὐτοὶ Θηβαῖοι. ἐγὼ δὲ δὴ ἔτεα τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου τοσαῦτα· ἀλλὰ καὶ τότε ὕδατος αἱ θάλασσαι ψεκάσι. Οἱ δὲ Πέρσαι, ἐπεί τε διεξελάσαντες τὴν ἄνυδρον, ἵζοντο πέλας τῆς Αἰγυπτίων, ὡς συμβαλέοντες, ἐνθαῦτα οἱ ἐπίκουροι οἱ τοῦ Αἰγυπτίου, ἐόντες ἄνδρες Ἕλληνές τε καὶ Κᾶρες, μεμφόμενοι τῷ Φάνῃ ὅτι στρατὸν ἤγαγε ἐπ' Αἴγυπτον ἀλλόθροον,

104

ἢν ἐδὲν οἱ μέγα ἀνάρσιον

inungit eo sanguine septem lapides in medio positos, inter inungendum invocans Dionysum & Uraniam. Hoc acto, idem qui fuit sequetter fœderis inter amicos contrahendi, vadatur hospitem, aut forte civem, si cum cive res agitur. Quod fœdus & ipsi qui amicitiam contraxerunt, servare justum censent. Dionysum quem Urotalt, & Uraniam quam Alilat appellant, solos deos esse arbitrantur. 1 Et quemadmodum Dionysum, ita puellarum capillum tondere aiunt. tondentur autem in rotundum, tempora subradentes. Igitur postquam IX fœdus cum nunciis iniit Arabs, talem rem commentus est: Camelos omnes, posteaquam utribus camelinis aqua completis oneravit, egitque ad loca humore carentia, ibi Cambysis exercitum præstolabatur. Ex iis quæ narrantur, hoc quod dixi propius fidem est, tamen id quoque quod minus credibile est, quandoquidem refertur, commemorare debeo. Est magnum in Arabia flumen nomine Corys, exiens in mare quod dicitur rubrum: ab hoc flumine fertur Arabum rex canalem ex bovinis aliisque crudis coriis consutum, tanta longitudine produxisse, ut ad loca arida per illum aquam produceret: inque ipso arido solo ingentes cisternas fodisse, qua recepta aqua potum suppeditarent. Et quum sit à flumine ad terram aridam duodecim dierum via, per tres aquæ ductus in totidem partes aquam deduxisse. ¶ Cæterum X apud Nili ostium quod dicitur Pelusium, habebat castra PSAMMENITUS Amasis filius, Cambysem opperiens. Nam Amasim Cambyses in Ægyptum progressus non vivum nactus est, sed defunctum, quum quatuor & quadraginta annis regnasset: per quos nihil admodum calamitatis est expertus. defunctusque & sale conditus est, & in sepulchris quæ ipse ædificaverat, situs intra templum. Sub ejus autem filio Psammenito maximum extitit Ægyptiis portentum: Apud Thebas Ægyptias (quod neque prius unquam neque postea ad meam usque ætatem contigit, ut ipsi Thebani aiunt) pluit. 2 Thebis tamen tunc pluit guttis. Persæ porro ubi ficXI canea peragraverunt, subsedere, vicini Ægyptiis, tanquam jam 3 congressuri. Ibi Ægyptiorum auxiliarii Græci & Cares, Phani qui externum exercitum in Ægyptum adduxisset, infensi,

1 Eodemque modo quo tonsus est Dionysus, tonderi se aiunt. 2 Nam in superiore Ægypto penitus non pluit. Thebis tamen &c. 3 Legit συμβαλέοντες, ut &vet. nostri cod. habent.

hoc rei

hoc rei in illum ſunt machinati: Filios qui erant à Phane relicti in Ægypto, in caſtra perduxerunt, atque in conſpectum patris, poſitoque in medio duorum exercituum cratere: dehinc productos ſingulos puerorum ſuper craterem obtruncaverunt. Omnibus interfectis, vinum & aquam in craterem intulerunt: quo ſanguine epoto, auxiliares ita conflixerunt, Acri prœlio commiſſo, perquam multis utrinque cadentibus, in
XII fugam vertuntur Ægyptii. Ibi ego rem mirandam vidi, ab indigenis edoctus: Oſſa eorum qui in acie ceciderunt, quum jacerent fuſa, ut ab initio diſtincta fuerant, ſeorſum erant Perſarum, aliorſum Ægyptiorum: ſed Perſarum capita adeo fragilia ſunt, ut ſi velis ferire, vel ſolo calculo perforare poſſis: Ægyptiorum autem ita firma, ut ea vix ictu lapidis 1 elidas. Cujus rei cauſam hanc illi reddebant, (facile mihi perſuadentes) quod Ægyptii ſtatim à pueris radere capita incipiunt, & os capitis ad ſolem redditur compactum. Quæ eadem cauſa eſt non calveſcendi. nam ex omnibus hominibus pauciſſimos quis Ægyptios calvos videat. His igitur hoc cauſæ eſt cur robuſta capita geſtent. At Perſis cur fragilia ſint capita, id in cauſa eſt quod à principio aſſuefiunt operire capita, geſtantes pilea tiaraſque. 2 Hæc ego hujuſcemodi oſſa vidi. Vidi item alia iſtis ſimilia in Papremi, eorum qui una cum Achæmene filio Darii ab
XIII Inaro Libye ſunt cæſi. Ægyptii quoque poſtquam ex acie terga dederunt, nullo ordine fugam capeſſunt. Ad quos, quum ſe recepiſſent Memphin, miſit Cambyſes adverſo flumine navim Mitylenæam cum caduceatore viro Perſa, qui illos ad deditionem hortaretur. Ii ubi navim adventare Memphin vident, frequentes ex urbe effuſi, navim corrumpunt, viroſque fruſtatim dilaniatos in oppidum afferunt. Et Ægyptii quidem 3 poſt hæc obſeſſi aliquamdiu reſtiterunt. Libyes vero id animadvertentes, eadem ſibi quæ Ægypto contigiſſent veriti, ſeſe citra pugnam dediderunt, tributumque inter ſe partiti dona miſerunt. Cyrenæi quoque ac Barcæi itidem ut Libyes timentes, ſimilia & ipſi fecere. Cambyſes munera quæ à Libybus venere, perbenigne accepit: quæ autem à Cyrenæis, ſuccenſens, ut opinor, quod exigua erant. quingentas enim minas argenti miſerant, quas

μηχανῶνται πρῆγμα ἐς αὐτὸν τοιόνδε· ἦσαν τῷ Φάνῃ παῖδες ἐν Αἰγύπτῳ καταλελειμμένοι. τοὺς ἀγαγόντες ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἐς ὄψιν τοῦ πατρὸς, κρητῆρα ἐν μέσῳ ἔστησαν ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων· μετὰ δὲ, ἀγχόνησι χρεώμενοι ἕνα ἕκαστον τῶν παίδων, ἔσφαζον ἐς τὸν κρητῆρα. ἅμα δὲ πάντων δὲ διεξελθόντων τῶν παίδων, οἶνόν τε καὶ ὕδωρ ἐσεφόρεον ἐς αὐτόν. ἐμπιόντες δὲ τοῦ αἵματος πάντες οἱ ὁπλῖται, οὕτω δὴ συνέβαλον. μάχης δὲ γενομένης καρτερῆς, καὶ πεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων πλήθεϊ πολλῶν, ἐτράποντο οἱ Αἰγύπτιοι. θώϋμα δὲ μέγα εἶδον πυνθόμενος ἀπὸ τῶν ἐπιχωρίων. τῶν γὰρ ὀστέων ἀδιακρίτως κεχυμένων χωρὶς ἑκατέρων τῶν ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ πεσόντων· (χωρὶς μὲν γὰρ τῶν Περσέων κέεται τὰ ὀστέα, ὡς ἐχωρίσθη κατ' ἀρχάς, ἐτράποντο δὲ, τῶν Αἰγυπτίων) αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαὶ εἰσὶ ἀδρανέες οὕτω ὥστε εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλέειν, διατετραίνεις· αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, οὕτω δή τι ἰσχυραὶ, ὡς μόγις ἂν λίθῳ παίσας διαῤῥήξειας. αἴτιον δὲ τούτου τόδε ἔλεγον (καὶ ἐμέ γ' εὐπετέως ἔπειθον) ὅτι Αἰγύπτιοι μὲν, αὐτίκα ἀπὸ παιδίων ἀρξάμενοι, ξυρεῦνται τὰς κεφαλὰς, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον παχύνεται τὸ ὀστέον. τοὐτοῦ δὲ τοῦτο καὶ μὴ φαλακρῶσι αἴτιόν ἐστι. Αἰγυπτίων γὰρ ἂν τις ἐλαχίστους ἴδοι φαλακροὺς πάντων ἀνθρώπων. τούτοισι μὲν δὴ τοῦτό ἐστι αἴτιον ἰσχυρὰς φορέειν τὰς κεφαλάς. τοῖσι δὲ Πέρσῃσι ὅτι ἀδρανέας φορέουσι, αἴτιον τόδε· σκιητροφέουσι ἐξ ἀρχῆς, πίλους ταράσσοντες τὰ φορέοντες. ταῦτα μὲν νυν τοιαῦτα. εἶδον δὲ καὶ ἄλλα ὁμοῖα τούτοισι ἐν Παπρήμι, τῶν ἅμα Ἀχαιμένεϊ τῷ Δαρείου διαφθαρέντων ὑπὸ Ἰνάρου τοῦ Λίβυος. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ὡς τῆς μάχης ἐτράποντο, ἔφυγον ὑδατι κόσμῳ. κατειληθέντων δὲ ἐς Μέμφιν, ἔπεμπε ἀνὰ πόλαμὸν Καμβύσης νέα Μιτυληναίην κήρυκα ἄγουσαν ἄνδρα Πέρσῃ· ἐς ὁμολογίην προκαλεόμενος Αἰγυπτίους. οἱ δὲ, ἐπεί τε τὰς νέας εἶδον ἐσελθούσας ἐς τὸν Μέμφιν, ἐκχυθέντες ἀλέες ἐπὶ τοῦ τείχεος, τάς τε νέας διέφθειραν, καὶ τοὺς ἄνδρας κρεωργηδὸν διασπάσαντες, ἐφόρεον ἐς τὸ τεῖχος, καὶ Αἰγύπτιοι μὲν τοῦτο πολιορκεύμενοι, χρόνῳ παρέσχον· οἱ δὲ περιοικέες Λίβυες, δείσαντες τὸ γενόμενον ἐπὶ τοῖσι Αἰγυπτίοισι γενόμενον, παρέδοσαν σφέας αὐτοὺς ἀμαχητί· καὶ φόρον τε ἐπέξαντο, καὶ δῶρα ἔπεμπον. ὡς δὲ Κυρηναῖοι καὶ Βαρκαῖοι, δείσαντες ὁμοίως καὶ οἱ Λίβυες, τοιαῦτα ἐποίησαν. Καμβύσης δὲ τοῦ μὲν ἐκ τῶν Λιβύων ἐλθόντα δῶρα, φιλοφρόνως ἐδέξατο· τοῦ δὲ ἐκ Κυρηναίων ἀπιγμένα μεμφθείς, ὡς ἐμοὶ δοκέει, ὅτι ἦν ὀλίγα. ἔπεμψαν γὰρ δὴ πεντακοσίας μνέας ἀργυρίου οἱ Κυρηναῖοι· ταύτας

1 Perfringas. 2 Et hæc quidem ita ſe habent. 3 Obſeſſi tandem ad deditionem venerunt. At Libyes vicini eadem &c.

δὲ τὰς χεῖρας φιλοτίμως

δεσπό-

δεκατόμυθ., αὐτοχειρίη διέπειρε τῇ σφατιῇ. Ἡμέρῃ ἕ δεκάτῃ ἀπ' ἧς παρέλαβε τὸ τεῖχ. τὸ ἐν Μέμφι Καμβύσης, καθίσας ἐς τὸ πρόσθιον δὴ λύμῃ τὸν βασιλέα τ' Αἰγυπτίων Ψαμμήνιτον, βασιλεύσαντα μῆνας ἕξ, τῶνδε κατίσας σφι ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι, διεπειρᾶτο αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, ποιέων " τάδε. θυγατέρα αὐτοῦ τοῦ δυναστέα ἐσθῆτι δουλίῃ, ἐξέπεμπε ἐπ' ὕδωρ ἔχουσαν ὑδρήϊον· σφέας πέμπε ἕ κ ἄλλας παρθένους ἀπολέξας ἀνδρῶν τ' πρώτων, ὁμοίως ἐσαλμύσας τῇ τοῦ βασιλέ. ὡς ἕ βοῇ τε κ κλαυθμῷ παρῆσαν αἱ παρθένοι " πρὸς τοὺς πατέρας, οἱ μ ἄλλοι πάντες ἀνεβόων τε κ ἀνέκλαον, ὁρέοντες τὰ τέκνα κεκακωμένα· ὁ ἕ Ψαμμενίτ., περιϊδὼν κ μαθών, ἔκυψε ἐς τοῦ γοῦ. παρελθουσέων ἕ τῶν ὑδροφόρων, δευτέρα οἱ τὸν παῖδα ἐξέπεμπε μετ' ἄλλων Αἰγυπτίων διχιλίων τοῦ αὐτοῦ ἡλικίου ἐχόντων. τοὺς δὲ ἀυχένας χάλῳ δεδεμένους ἦγον, καὶ τὰ στόματα ἐγκεχαλινωμένους. ἄγοντο δὲ ποινὴν τοιήνδε Μιτυληναίων τοῖσι ἐν Μέμφι ἀπολομένοισι σὺν τῇ νηΐ. ταῦτα γὰ ἐδίκασαν οἱ βασιλήιοι δικασταί, ὑπὲρ ἀνδρὸς ἑκάστου δέκα Αἰγυπτίων τοῦ πρώτων ἀνταπολλυσθαι. ὁ ἕ, ἰδὼν παρεξιόντας, κ μαθὼν τὸν παῖδα " ἀγόμενον ἐπὶ θάνατον, τ' ἄλλων Αἰγυπτίων τ' ξυνεκατημένων αὐτὸν " κλαιόντων, τὠὐτὸ ἐποίησε τὸ κ ἐπὶ τῇ θυγατρί. παρελθόντων ἕ κ τούτων, σιωπὴ εἶχε ὥστε τῶν σιμπότεων οἱ ἄνδρα ἀπηλικέστερον σκεπτόμενον ἐκ τῶν ἐόντων, ἔχοντά τε ὀλίγα, εἰ μὴ ὅσα πτωχός, κ προσαιτέοντα τοῦ στρατιλοῦ παρεόντα, Ψαμμήνιτόν τε τ' Ἄμασ., κ τοὺς ἐν τῷ περσικῷ κατημένους Αἰγυπτίων. ὁ δὲ Ψαμμήνιτ. ὡς εἶδε, ἀνακλαύσας μέγα, κ καλέσας ὀνομαστὶ τὸν ἑταῖρον, ἐπηρώτα τοῦ τὰ ποιεύμενα " τρεῖς φύλακοι, οἱ τὸ ποιούμενον πᾶν ἐξ ἐκείνου ἐπ' ἐκφορῇ ἐξόδῳ, Καμβύσῃ ἐσήμαινον. θωϋμάσας ἕ ὁ Καμβύσης " τὸ ποιούμενον, πέμψας ἄγγελον, ἠρώτα αὐ" τὸν, λέγων τάδε, Δεσπότης σε Καμβύ" σης Ψαμμήνιτε ἐρωτᾷ διότι δὴ τοῦ μ " θυγατέρα ὀρέων κεκακωμένην, κ τὸν " παῖδα δὴ δεύτερον ἐόντα, ἔστε ἀνέ" κωσας, ἔστε " ἀνέκλαυσας, τὸν δὲ πλη" σίον, (ἐδέν σοι προσήκοντα, ὡς ἄλλων " πυνθάνομαι) ἐτίμησας. ὁ μ δὴ ταῦτα ἐπηρώτα. ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε, " Ὦ παῖ Κύρου, τὰ μ οἰκήια οὐ μέζω κακὰ ἦ ὥστε ἀνακλαίειν· τὸ δὲ τοῦ ἑταίρου πάθ.,

sua manu prehensas, dispersit in milites. ¶ Decimo autem die quam muros Memphis cepisset Cambyses, Psammenito Ægyptiorum rege, qui sex omnino regnarat 1 menses, collocato in suburbanis, ignominiæ gratia, cum Ægyptiis aliis, hoc fecit ut ejus animum experiretur: Filiam illius, vestitu servili circumdatam, cum hydria ad aquam emisit: & cum ea similiter indutas alias quas delegerat, primorum virorum filias virgines. Quæ ubi ad patres pervenerunt cum ejulatu ploratuque, cæteri quidem patres conspectis filiabus tam male acceptis, vicissim vociferati sunt atque fleverunt: Psammenitus autem intuens atque intelligens, humi vultum demisit. Prætergressis puellis aquam ferentibus, secundo loco Cambyses ante oculos Psammeniti misit filium ejus cum duobus millibus Ægyptiorum æqualis ætatis, vinctas fune cervices & frenata ora habentibus. Ducebantur autem luituri pœnas his Mitylenæis qui cum navi fuerant ad Memphin obtruncati. Ita enim censuerant regii judices, pro singulis suorum interfectis denos primorum Ægyptiorum interficiendos. Psammenitus prætereuntes intuens, & filium animadvertens duci ad mortem, aliis Ægyptiis qui circumsedebant comploratibus, *ac indigne ferentibus*, ipse idem quod erga filiam fecit. His quoque prætergressis, accidit ut quidam 2 compotorum ejus natu grandior, pristinis bonis delapsus, ac nihil habens nisi quæ inops mendicabat, obiret exercitum, necnon Psammenitum aliosque Ægyptios in suburbanis consistentes. Quem ut conspexit Psammenitus erumpente ingente fletu, compellans nomine amicum, caput suum cædebat. Aderant autem ei tores observatores, qui ut quicquid ab illo fiebat, ex omni viarum exitu Cambysi renunciarent. 3 Ea quæ fiebant admiratus Cambyses, misso nuncio Psammenitum percontatus est, inquiens, Psammenite, herus te Cambyses interrogat quamobrem tu, qui visa filia indigne affecta, viso etiam filio ad mortem eunte, neque ejulasti neque flevisti, pauperem tanti feceris, tibi (ut ab aliis audivit) non propinquum. Et Cambyses quidem ita interrogavit: Psammenitus autem his verbis respondit, Fili Cyri, domestica mala erant majora quam ut possem ea deflere: at lamentatio amici

1 Menses. *nam μῆνας & in vulg. edit. & in vet. cod. legitur.* 2 Convictorum. 3 Quod factum admir.

digna

digna lacrymis fuit, qui è multis ac fortunatis opibus ad inopiam recidit, in extremo limine ſenectutis. 1 Hæc ubi reſponſa ab hoc renunciata ſunt, viſus eſt illis Pſammenitus, ut ab Ægyptiis fertur, recte reſpondiſſe. Croeſuſque dicitur illacrymaſſe, item qui aderant Perſæ, ipſique Cambyſi commiſerationem ſubiiſſe, ut protinus jusſerit & filium ex his qui morti addicti eſſent liberari, & patrem è ſuburbanis excitatum ad ſe
XV perduci. Sed filium quidem qui adierunt, non jam ſuperſtitem invenerunt, ſed primo loco truncatum: ipſum vero Pſammenitum excitatum ad Cambyſem perduxerunt: ubi reliquum vitæ vixit, nihil violentum paſſus. Qui ſi compertus fuiſſet non affectaſſe res novas, accepiſſet Ægyptum ut eam procuraret. Nam conſueverunt Perſæ in honore habere filios regum: & etiamſi qui ab eis defecerint, tamen illorum filiis reſtituere principatum. Quod eos ita facere conſueſſe, cum aliis permultis poteſt probari documentis, tum vero hoc, quod Thannyra Inari Libyis filius recepit quem pater obtinuerat, principatum: quodque Pauſiris Amyrtæi filius & ipſe paternum recuperavit imperium. 2 Nec ipſis Inaro & Amyrtæo quicquam amplius à Perſis irrogatum eſt. Nunc Pſammenitus male cogitans, mercedem accepit. nam quum ad defectionem Ægyptios induxiſſet, captus eſt: ac deinde à Cambyſe convictus, epoto cruore taurino, ſtatim expiravit. Atque hunc in modum iſte
XVI deceſſit. ¶ Cambyſes autem è Memphi urbem Sain abiit, animo faciendi quæ fecit. Etenim ſimulatque in ædes Amaſis ingreſſus eſt, imperavit cadaver Amaſis è conditorio afferri: deinde prolatum verberibus cædi ac vellicari, & ſtimulis pungi, 3 omni denique contumelia infeſtari. Quod facientes poſtquam defatigati erant, (nam cadaver utpote ſalitum reſiſtebat, nec quicquam omnino elidebatur) juſſit cremari: haudquaquam ſancta jubens: quia Perſæ deum ignem eſſe arbitrantur, & apud neutros moris eſt cremare cadavera: apud Perſas quidem, propter id quod dictum eſt, quia nefas eſſe aiunt deo depaſci cadavere hominis: apud Ægyptios autem, quia perſuaſum habent ignem

ἄξιον ἰῶν δακρύων· ὃς ἐκ πολλῶν τε καὶ εὐ- "
δαιμόνων ἐκπεσών, ἐς πλουσίου ἀπελᾶν, "
δεῖ γήρεος. ἐδάκρυσε. καὶ ταῦτα μὲν ἀπεκρί- 106
νατο τάδε τέτε, αὐτὸς δὲ ἐθώμασε. καὶ οἱ ἐφάνθησαν. καὶ σφι οἰκ.
ὡς ἔ λέγεται ὑπ' Αἰγυπτίων, δακρύσαι μὲν
Κροῖσον (ἐπετρύχετο γὰρ καὶ αὐτὸς ὑποκαθήμενος
Καμβύσῃ ἐπ' Αἴγυπτον) δακρύσαι δὲ
Περσέων τὸς παρεόντας. αὐτὸς τε Καμβύ-
σῃ ἐσελθεῖν οἰκτίρον τινα· καὶ αὐτίκα κελεύειν
τὸν τε οἱ παῖδα ὑπ' τῶν ἀπολλυμένων ἀγαγεῖν,
καὶ αὐτὸν ὑπ' τῇ περσηίῃ ἀναστήσαντας,
ἄγειν παρ' ἑωυτόν. Τὸν μὲν δὴ παῖδα εὗ-
ρον αὐτῷ οἱ μετιόντες, οὐκέτι σῶζόμενον, ἀλ-
λὰ πρῶτον καταχοπέντα. αὐτὸν δ' Ψαμ-
μήνιτον ἀναστήσαντες, ἦγον πρὸς Καμβύσεα·
ἔνθα τῇ λοιπῇ διῆγε τῇ τὸν, ἔχων οὐδὲν βί-
αιον. εἰ δὲ καὶ ἐπιχειρήσειν μὴ πολυπραγμονεῖν,
ἀπέλαβε ἂν Αἴγυπτον, ὥστε ὑπερβαίνειν
αὐτός. ἐπεὶ τιμὰν ἐώθασι Πέρσαι τῶν βα-
σιλίων τοὺς παῖδας· τῶν, ὅσοι καὶ σφέων ἀπο-
στάντα, ὅμως τοῖσί γε παισὶ αὐτῶν ἀποδιδόσι
τὴν ἀρχήν. πολλοῖσι μὲν νυν καὶ ἄλλοισι
ἔστι καταμῶσθαι ὅτι τοῦτο ὕτω νενόμικασι
ποιέειν· ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε, τῷ Λίβυος Ἰνά-
ρου παιδὶ Θαννύρᾳ, ὃς ἀπέλαβε τὴν οἱ
ὁ πατὴρ εἶχε ἀρχήν· καὶ τῷ Ἀμυρταίου
Παυσίρι· καὶ γὰρ οὗτος ἀπέλαβε τὴν τοῦ πα-
τρὸς ἀρχήν. καί τοι Ἰνάρῳ τε καὶ Ἀμυρ-
ταίῳ ὁκόσοι κω Πέρσαι κακὰ πλέα ἐρ-
γάσαντο. νῦν δὲ μηχανώμενος κακὰ ὁ Ψαμ-
μήνιτος, ἔλαβε τὸν μισθόν· ἀπίσας γὰρ Αἰ-
γυπτίους ἦλω. ἐπεί τε δὲ ἐπαΐς ἐγένετο
ὑπὸ Καμβύσεω, αἵματος ταύρου πιὼν, ἀπέ-
θανε παραχρῆμα. ὕτω δὴ οὗτος ἐτελεύτησε.
Καμβύσης δὲ ὑπ' Μέμφιος ἀπίκετο ἐς Σαΐν
πόλιν, βουλόμενος ποιῆσαι τὰ δὴ καὶ ἐποίη-
σε. ἐπεί τε γὰρ ἐσῆλθε ἐς τὰ τοῦ Ἀμάσιος
οἰκία, αὐτίκα ἐκέλευε ὑπ' τῆς τάφης
τὸν Ἀμάσιος νέκυν ἐκφέρειν ἔξω. ὡς δὲ
ταῦτα ὑπετέλεα ἐγίνετο, μαστιγῶν τὸν νέ-
κυν ἐκέλευε, καὶ τὰς τρίχας ἀποτίλλειν, καὶ
κεντῶν, καὶ πάντα πόνον λυμαίνεσθαι. ἐπεὶ
τε δὲ καὶ ταῦτα ἐκαμνον ποιεῦντες, (ὁ γὰρ δὴ
νεκρὸς, ἅτε τεταριχευμένος, ἀντεῖχέ τε
καὶ οὐδὲν διεχέετο) ἐκέλευσε μιν ὁ Καμ-
βύσης κατακαῦσαι· ἐντελλόμενος ἐκ ὅσια.
Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσι εἶναι τὸ πῦρ·
τὰ ὦν κατακαίειν τοὺς νεκροὺς, οὐδαμῶς ἐν
νόμῳ οὐδετέροισί ἐστι, Πέρσῃσι μὲν, διὰ ὅπερ
εἴρηται, θεῷ δ' ἀνάγειν οὐ νόμος νεκρὸν ἀνθρώπου· Αἰγυπτίοισι δὲ νενόμισται πῦρ

1 Hæc quum ab iſto renunciata eſſent, viſus eſt Pſammenitus recte reſpondiſſe. feruntque Ægyptii, Croeſum (nam hic quoque à Cambyſe in Ægyptum adductus fuerat) eoſque qui aderant Perſas illacrymaſſe. 2 Quamvis nulli Perſas pluribus malis quam Inarus & Amyrtæus affeciſſent. Verum Pſammenitus quum fraudem molitus eſſet, mercedem accepit. Deprehenſus enim Ægyptios ad defectionem ſollicitare, ac deinde à Cambyſe convictus, &c. 3 *Vel, omnibus denique modis vexari.*

δηλον

θηρίον ἔῃ ἔμψυχον· πάντα ᾧ αὐτὸ κατεδιέειν τάπερ ἂν λάβῃ πλησθὲν ᾧ αὐτὸ τῆς βορῆς, συναπιθήκειν τῷ κατεδιομβώῳ. ἔνιοι θηρίοισι νόμῳ ἑωμῶς σφί ϐῃσι τὸν νέκυν διδόναι. καὶ ἀπὸ ταῦτα ταριχεύουσι, ἵνα μὴ κείμενος ὑπὸ σκωλήκων καταβρωθῇ. ὕστερον ὧδε τοῖσι νομιζόμενα ἐνετέλλετο ποιέειν ὁ Καμβύσης. ὡς μὲν οἱ Αἰγύπτιοι λέγουσι, ἐκ Ἄμασις ἦν ὁ ταῦτα παθών, ἀλλὰ ἄλλός τις τῶν Αἰγυπτίων, ἔχων τὴν αὐτὴν ἡλικίην Ἄμασι· ᾧ λυμαινόμενοι Πέρσαι, ἐδόκεον Ἄμασιν λυμαίνεσθαι. λέγουσι γὰρ ὡς πυνθόμενος ἐκ μαντηίου ὁ Ἄμασις τὰ περὶ ἑωυτὸν ἀποθανόντα μέλλοντα γίνεσθαι, ὕστερον δὴ ἀκέομενα τὰ ὑπαρχόμενα, τὸν μὲν ἄνθρωπον τοῦτον τὸν μαστιγωθέντα, ἀποθανόντα ἔθαψε ἐν τῇσι θύρῃσι ἐντὸς τῆς ἑωυτοῦ οἰκήσης, ἑωυτὸν δὲ ἐνετείλατο τῷ παιδὶ ἐν μυχῷ τῆς οἰκήσης ὡς μάλιστα θεῖναι. αἱ μὲν νυν ἐκ τοῦ Ἀμάσιος ἐντολαὶ αὗται, αἱ εἰς ταφὴν τε καὶ τὸν ἄνθρωπον ἔσχον, ἔμοι δοκέουσι ἀρχὴν γενέσθαι, ἄλλως δ' αὐτὰ Αἰγύπτιοι σημῆναι. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐβουλεύσατο στρατηίας ἐπί τε Καρχηδονίους, καὶ ἐπὶ Ἀμμωνίους, καὶ ἐπὶ τοὺς μακροβίους Αἰθίοπας, οἰκημένους ἐπὶ Λιβύης ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ. βουλευομένῳ δέ οἱ ἔδοξε, ἐπὶ μὲν Καρχηδονίους τὸν ναυτικὸν στρατὸν ἀποστέλλειν· ἐπὶ δὲ Ἀμμωνίους, τοῦ πεζοῦ ἀποκείναντα· ἐπὶ δὲ τοὺς Αἰθίοπας, κατασκόπους πρῶτον, ὁμόσαι τε τὸν ἐν τούτοισι τοῖσι Αἰθίοψι λεγομένῳ εἶναι ἡλίου τράπεζαν, εἰ ἔστι ἀληθέως, καὶ πρὸς ταύτῃ τὰ ἄλλα κατοψομένους· δῶρα δὲ τῷ λόγῳ φερούσας τῷ βασιλεῖ αὐτέων. Ἡ δὲ τράπεζα τοῦ ἡλίου, τοιήδέ τις λέγεται εἶναι· λειμών ἐστι ἐν τῷ περάτεϊ, ἐπίπλεως κρεῶν ἑφθῶν πάντων τῶν τετραπόδων· ἐς τὸν τοὺς μὲν νύκτας ἐπιτηδεύοντας πιθάνεσθαι τὰ κρέα τοὺς ἐν τέλεϊ ἑκάστους ἐόντας τῶν ἀστῶν, τοὺς δὲ ἡμέρας δαίνυσθαι περιόντα τὸν βουλόμενον. φάναι δὲ τοὺς ἐπιχωρίους ταῦτα τοῦ γῆ αὐτοῦ ἀναδιδόναι ἑκάστοτε. ἡ μὲν δὴ τράπεζα τοῦ ἡλίου καλεομένη, λέγεται εἶναι τοιήδε. Καμβύσης ᾧ ὡς ἔδοξε πέμπειν τοὺς κατασκόπους, αὐτίκα μετεπέμπετο ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος, τῶν ἰχθυοφάγων ἀνδρῶν τοὺς ἐπισταμένους τὴν Αἰθιοπίδα γλῶσσαν. ἐν ᾧ ᾧ τούτους μετῆσαν, ἐν τούτῳ ἐκέλευε ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα πλέειν τὸ ναυτικὸν στρατόν. Φοίνικες ᾧ οὐκ ἔφασαν ποιήσειν ταῦτα· ὁρκίοισί τε γὰρ μεγάλοισι ἐνδεδέσθαι, καὶ οὐκ ἂν ποιέειν ὅσια ἐπὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἑωυτῶν στρατεύσαντας. Φοινίκων δὲ ὑ βουλομένων, οἱ λοιποὶ οὐκ ἀξιόμαχοι ἐγίνοντο. Καρχηδόνιοι μὲν νυν ὕστερον

animatam beluam esse, & omnia quæ nascuntur devorare, & postquam devorando fuerit expleta, una cum ipsa re devorata emori. Non esse vero apud eos consuetudinem mortuum beluis tradendi, sed saliendi, tum ob id, tum ne humatus devoretur à vermibus. Ita neutris consuetam rem jussit agi Cambyses. Quanquam (ut ipsi aiunt Ægyptii) non Amasis fuit qui ista passus est, sed alius quidam Ægyptius eadem qua Amasis ætate: quem Persæ Amasin arbitrantes vexaverunt. Memorant enim, Amasin, quum ex oraculo audisset quæ circa se defunctum futura essent, hoc modo rei venturæ medendum putasse, ut hunc hominem qui flagellatus erat, mortuum 1 ad postes sepeliret extra conditorium suum, se autem in conditorii quam intimo recessu collocari filio mandaret. Mihi tamen non videntur hæc ab initio Amasis fuisse mandata de sua & alterius hominis sepultura, sed aliàs ab Ægyptiis adornata. ¶ SECUNDUM hæc Cambyses constituit 2 trifarium movere bellum, adversus Carthaginienses, adversus Ammonios, adversus Æthiopes macrobios, *id est longevos*, qui Africam ad australe mare incolunt. & adversus quidem Carthaginienses, nauticas copias: adversus autem Ammonios, peditatum: adversus vero Æthiopes, prius exploratores mittere, per speciem dona ferendi illorum regi, spectatum illic mensam Solis, nunquid revera esset: simulque res Æthiopicas exploratum. Solis autem mensa talis esse memoratur: est in suburbanis pratum, omnium quadrupedum assa refertum carne, quam per noctem singuli civium magistratus properant ponere: ad eamque, ubi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere. Hæc autem ipsa à terra reddi assidue indigenæ aiunt. Et mensa quidem quæ Solis vocatur, talis esse fertur. Cambyses autem ubi statuit exploratores dimittere, continuo ab urbe Elephantina accersit ex Ichthyophagis, *id est, pisce vescentibus*, maxime gnaros Æthiopicæ linguæ. 3 Usquedum isti veniunt, interea navales copias Carthaginem versus navigare jubet. verum hæc exequuturos se Phœnices negaverunt. esse enim magno cum illis jurejurando se devinctos: præterea non facturos sancte si adversus liberos suos militarent. nam cæteri Phœnicibus ire recusantibus, ad pugnandum haud idonei erant. Ita Carthaginienses quomi-

XVII XVIII XIX

107

1 Ad fores intra conditorium suum, 2 Triplex 3 Et interim dum istos accersefet, navales copnus in

nus in ſervitutem Perſarum redigerentur evaſerunt: quoniam Cambyſes haud æquum ducebat vim afferre Phœnicibus, qui ſeipſos Perſis dediderant, ex quibus nauticus omnis conſtabat exercitus. Sed & Cyprii qui adverſus Ægyptum in militia erant, ſeſe & ipſi dediderant.

XX Porro Cambyſes Poſteaquam ex urbe Elephantina advenerunt Ichthyophagi, eos ad Æthiopes miſit, juſſis cum ea dicere quæ oporteret, tum dona ferre, amiculum purpureum, aureumque torquem tortilem, & armillas, ac unguenti alabaſtrum, cadumque vini 1 Phœnicei. ¶ Æthiopes autem ii ad quos miſit Cambyſes, feruntur eſſe maximi omnium hominum atque pulcherrimi: diverſiſque uti à cæterorum hominum ritibus, cum aliis, tum vero hoc circa regnum: quod quem è popularibus maximum & pro magnitudine validum judicant,

XXI hunc regem deligendum cenſent. Ad hos itaque viros Ichthyophagi venerunt, offerenteſque regi munera, ita loquuti ſunt, Cambyſes, Perſarum rex, cupiens amicus tibi fieri atque hoſpes, nos miſit, jubens ut in colloquium tuum veniremus, tibique hæc dona daremus, quorum ipſe uſu maxime delectatur. Ad hos Æthiops, gnarus ad explorandum veniſſe, talia reſpondit, Neque rex Perſarum vos ideo cum donis miſit quod magni faciat hoſpitium meum, neque vos vera loquimini, quippe qui ad explorandum noſtrum imperium veniſtis: neque juſtus ille vir eſt. ſi enim juſtus foret, non alienam regionem affectaret, ſed eſſet ſua contentus, nec homines à quibus nihil laceſſitus eſt in ſervitutem redigeret. Ei nunc vos hunc arcum date, ita dicentes, Rex Æthiopum regi Perſarum conſilium dat, 2 quando Perſæ tam facile trahent in tanta magnitudine arcus, tunc adverſus macrobios Æthiopes cum majoribus copiis moveat bellum: interim diis gratias habeat, qui non inducunt 3 filiis

XXII Æthiopum ut præter ſuam velint aliam comparare regionem. Hæc loquutus, arcum laxavit, eiſque qui venerant dedit. Tum ſumpto purpureo amiculo, rogavit quidnam eſſet & quomodo confectum. & quum Ichthyophagi veritatem de purpura deque tinctura dixiſſent, Doloſi, inquit, homines, doloſa ſunt veſtimenta. Secundo loco de auro ſciſcitatus, de tortili monili atque armillis,

δυλοσιώλω διέφυγον πρὸς Περσέων. Καμβύσης γὰρ βίλω ἐκ ἐδικαίω προσφέρειν Φοινίξι, ὅπ σφέας τε αὐτὸς" ὀκδεδώκεσαν Πέρσησι, ϗ πᾶς ὁκ Φοινίκων ἤρτητο ὁ ναυτικὸς ϛρατός. ὀδόντες δὲ ϗ Κύπριοι σφέας αὐτὸς Πέρσῃσι, ἐϛρατεύοντο ἐπ' Αἴγυπτον. Ἐπεί τε δὲ τῷ Καμβύσῃ ὁκ τῆς Ἐλεφαντίνης ἀπίκρυτο οἱ ἰχθυοφάγοι, ἔπεμπε αὐτὸς ἐς τὸς Αἰθιοπας, ἐντειλάμνος τὰ λέγειν χρλῶ· ϗ δῶρα φέρονλας, πρφυρεόν τε εἶμα, ϗ χρύσεον ϛρεπτὸν περιαυχένιον, ϗ ψέλλια, ϗ μύρε ἀλάβαϛρον, ϗ φοινικήιε οἴνε κάδον. οἱ δὲ Αἰθιοπες ὅτοι ἐς τὸς ἀπέπεμψε ὁ Καμβύσης, λέγονλαι εἶ) μέγιϛοι ϗ κάλλιϛοι ἀνθρώπων πάντων. νόμοισι δὲ ϗ ἄλλοισι χρᾶσθαι αὐτὸς κεχωρισμένοισι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ϗ δὴ ϗ κτ' τλὼ βασιληίλω τοιῶδε· τὸν ἂν τῶν ἀσῶν κρίνωσι μέγιϛόν τε εἶ), ϗ κτ' τὸ μέγαθ. ἔχειν τλὼ ἰχνὼ, τῦτον αἰξιῦσι βασιλδύειν. Ἐς τέτυς δὴ ὧν τὸς ἄνδρας ὡς ἀπίκρυτο οἱ ἰχθυοφάγοι, διδόντες τὰ δῶρα τῷ βασιλέϊ αὐτέων, ἔλεγον τάδε, Βασιλδὺς ὁ Περσέων Καμβύσης, βυλόμνος φιλ. τοι ϗ ξειν. ἡμέας, ἡμέας τε ἀπέπεμπε ἐς λόγυς τοι ἐλθεῖν κελδύων, ϗ δῶρα ταῦτά τοι διδοῖ, τοῖσι ϗ αὐτὸς μάλιϛα ἥδεται χρεώμνος. ὁ δὲ Αἰθιοψ, μαθὼν ὅτι κατόπλας ἦκοιεν, λέγει πρὸς αὐτὸς τοιάδε, Οὔτι ὁ Περσέων βασιλδὺς δῶρα ὑμέας ἔπεμψε φέρονλας, περιμνῶν πολλῦ ἐμοὶ ξεινν. γενέϛαι· ἔτε ὑμεῖς λέγετε ἀληθέα· ἦκέτε γὰρ κατόπλας τῆς ἐμῆς ἀρχῆς. ἔτε ἐκεῖνν. ἀνὴρ ἔϛι δίκαιν.· εἰ γὰρ ἦν δίκαιν., ἔϛ' ἂν ἐπεδύμησε χώρης ἄλλης ἢ τῆς ἑωϋτῦ. ἔϛ' ἂν ἐς δυλοσιώλω ἀνθρώπυς ἦγε ἐπ' ὧν μηδὲν ἠδικέαϛαι. νῦν ϑ αὖτ τόξον τόδε διδόνλες, τάδε ἔπεα λέγετε, Βασιλδὺς ὁ Αἰθιόπων συμβυλδύει τῷ Περσέων βασιλέϊ, ἐπειδὰν ὕτω εὐπετέως ἕλκωσι τὰ τόξα Πέρσαι ἐόντα μεγάθεϊ τοσαῦτα, τότε ἐπ' Αἰθιοπας τὸς μακροβίυς πλήθεϊ τε ϗ καλλόμνον ϛρατδύεδ. μέχρι δὲ τύτων, ἅτοῖσι εἰδέναι χρεὸν, οἱ ἐκ ἔϛι νόον τρέπυσι Αἰθιόπων παισὶ γλῶ ἄλλλω περσκλᾶσθαι τῇ ἑωϋτῶν. Ταῦτα δὲ εἰπας, ϗ ἀνεὶς τὸ τόξον, παρέδωκε τοῖσι ἥκυσι. λαβὼν ϑ τὸ εἶμα τὸ πρφύρεον, ἠρώτα ὅ, τι εἴη, ϗ ὅκως πεποιημνον. εἰπόντων ϑ τῶν ἰχθυοφάγων τλὼ ἀληθηίλω περὶ τῆς πρφύρης ϗ τῆς βαφῆς, δολερὸς ϕ τὸς ἀνθρώπυς ἔφη εἶ), δολερὰ ϑ ἀυτέων τὰ εἵμαϛα. δύτερα ϑ, τὸν χρυσὸν ἠρώτα ϛρεπτὸν τὸν περιαυχένιον, ϗ τὰ ψέλλια.

ΧΧΙ ἐδεδώκεσαν

1 Palmei. 2 Quum Perſæ tam facile tendent tantæ magnitudinis arcus, *quam facile hunc à me tendi videtis*, tunc copiis ſupramodum magnis inſtructus macrobiis Æthiopibus bellum inferat. 3 *Id eſt*, Æthiopibus.

ἐξηγεομένων ὁ τῷ ἰχθυοφάγων τὸν νόμον
ἐπ' αὐτῷ, " αὐτέων, γελάσας ὁ βασιλεὺς, καὶ νομίσας
εἶναι σφέα πέδας, εἶπε ὡς παρ' ἑωυτοῖσι
εἰσὶ ῥωμαλεώτεραι τυτέων πέδαι. τέλος-
τον δ', ἠρώτα τὸ μύρον. εἰπόντων δὲ τῆς ποιή-
σιος πέρι καὶ ἀλείψιος, τὸν αὐτὸν λόγον τε
καὶ πρὸς τῷ εἰρωτῶντι εἶπε. ὡς δὲ ἐς τὸν οἶνον
ἀπίκετο, καὶ ἐπύθετο αὐτῷ τίλῳ πίνεσι,
ἀφηδὲς ἐὸν τῷ πόματι, ἐπείρετο ὅ, τι τε σι-
τέεται ὁ βασιλεὺς, καὶ χρόνον ὁκόσον μα- 10
108 κρόταλον ἀνὴρ Πέρσης ζώει. οἱ δὲ, σιτέεσθαι
μὲν τὸν ἄρτον εἶπαν, ἐξηγεόμενοι τῷ πυ-
ρῶν τίλῳ φύσιν· ὀγδώκοντα δ' ἔτεα ζόης
πλήρωμα ἀνδρὶ μακρόταλον προκέεσθαι.
πρὸς ταῦτα ὁ Αἰθιοψ ἔφη, οὐδὲν θωῦμά-
ζειν εἰ σιτεόμενοι κόπρον, ἔτεα ὀλίγα ζώ-
εσι. οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαῦτα δύνασθαι ζώειν
σφέας, εἰ μὴ τῷ πόματι ἀνέφυρον. φέρ-
ζων τοῖσι ἰχθυοφάγοισι τὸν οἶνον. τοῦτο γὰρ
ἑωυτοὺς ἔφασαν Περσέων ἐπεύξας. Ἀντειρομέ- 20
νων δὲ τὸν βασιλέα τῷ ἰχθυοφάγων τῆς
ζόης καὶ δίαιτης πέρι, ἔτεα μὲν ἐς εἴκοσι καὶ
ἑκατὸν τοὺς πολλοὺς αὐτέων ἀπικνέεσθαι, ὑπερ-
βαλλόντως δέ τινας καὶ ταῦτα. σίτησιν δὲ εἶ-
ναι κρέα τε ἑφθὰ, καὶ πόμα, γάλα. θωῦμα δὲ
ποιεύμενον τῷ καλαμόκοπων πέρι τῷ ἐτέ-
ων, ὅτι κριθὴν σφι ἐξηύρισαν, ἀφ' ἧς λυό-
μενοι, λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, κατάπερ εἰ
ἐλαίῳ εἴη· ὄζειν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὡσεὶ ἰὸν.
ἀδυνὲς δὲ τὸ ὕδωρ τῆς κρήνης ταύτης ἦν 30
δή τι ἔλεγον οἱ κατάσκοποι, ὡς τε μη-
δὲν οἷόν τε εἴη ἀφ' αὐτῆς ἐπιπλέειν, μήτε
ξύλου, μήτε τῷ ὅσα ξύλου ἐστὶ ἐλαφρότε-
ρα. ἀλλὰ πάντα σφέα χωρέειν ἐς βυσσόν.
τὸ δὲ ὕδωρ τοῦτο, εἰ σφί ἐστι ἀληθέως οἷόν τι
λέγεται, ἀφ' τοῦτο ἂν εἶεν τούτῳ τὰ πάν-
τα χρεώμενοι μακρόβιοι. ἀπὸ τῆς κρήνης
δὲ ἀπαλλαττομένων, ἀγαγεῖν σφέας ἐς
δεσμωτήριον ἀνδρῶν, ἐνδεδεμένους πάντας ἐν
πέδῃσι χρυσέῃσι δεδεμένας. ἔστι δὲ ἐν τούτοισι 40
τοῖσι Αἰθιόψι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώ-
τατον καὶ τιμιώτατον. ἐνθεσμοθετημένοι δὲ καὶ τὸ
δεσμωτήριον, ἐδήσαντο καὶ τίλῳ τῷ Ἡλίου
λεγομένῳ τεράπεζαν. Μετὰ δὲ ταύτην,
τελευταίαις ἐδήσαντο τὰς δήκας αὐτέων,
αἳ λέγονται σκοδιάζεσθαι ἐξ ὕελου, τρόπῳ
τοιῷδε. ἐπεὰν τὸν νεκρὸν ἀμύνωσι, εἴτε δὴ
κατάπερ Αἰγύπτιοι, εἴτε ἄλλως κως, γυ-
ψώσαντες ἅπαντα αὐτὸν, γραφῇ κοσμέουσι,
ἐξομοιεῦντες τὸ εἴδος ἐς τὸ δυνατόν· ἔπειτα δὲ οἱ περιιστᾶσι στήλην ἐξ ὕελου πεπιτημέ-
νην κοίλην. ἡ δὲ σφι πολλὴ καὶ εὐεργὸς ὀρύσσεται. ἐν μέσῃ δὲ τῇ στήλῃ ἐνεὼν ἀφαί-
ρεται ὁ νέκυς, ἔπειτε ὀδμὴν ἐκλείπει ἄχαριν παρεχόμενον, ἔπειτε ἄλλο οὐδὲν ἐκ τοῦ

ex quibus qui ſunt Babylonii originem duxerunt. Zopyri autem præſtantia facta nemo Perſarum, Darii judicio, ſupergreſſus eſt, neque eorum qui prius neque eorum qui poſterius extiterunt, præter unum Cyrum: cui comparari nullus unquam Perſarum dignum ſe exiſtimavit. Feruntque Darius hoc dictum ſæpenumero uſurpaſſe, præoptaturum ſe Zopyrum nihil eſſe cladis paſſum, quam viginti ſibi Babylones ultra illam quam haberet acquiri. Egregie vero eum remuneratus eſt, cum dando quotannis quæ apud Perſas ſunt honorificentiſſima, atque alia permulta, tum tradita Babylone immuni, quoad viveret, in peculiarem portionem. Hujus Zopyri filius fuit Megabyzus, qui dux exercitus extitit in Ægypto adverſus Athenienſes & ſocios: atque hujus Megybyzi filius Zopyrus ille qui ad Athenienſes transfugit a Perſis. CLX

HERO-

HERODOTI
HALICARNASSEI
HISTORIARUM
Liber quartus, qui inſcribitur
MELPOMENE.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ
ΤΟΥ
ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΕΤΑΡΤΗ,
Ἐπιγεγραμμένη
ΜΕΛΠΟΜΕΝΗ.

POST Babylonis expugnationem, Darius adverſus Scythas expeditionem fecit. Nam quum floreret viris Aſia & magno pecuniæ proventu, cupido inceſſit ei Scythas ulciſcendi: quippe qui priores injuriam intuliſſent, quum Mediam ingreſſi eſſent, & eos qui 1 occurrerant, prælio viciſſent. Etenim Scythæ (quemadmodum ſuperius à me dictum eſt) duodetriginta annos ſuperiori Aſiæ imperitaverunt. ſiquidem perſequentes gentem Cimmeriam, ingreſſi Aſiam, abrogarunt imperio Medos, qui ante ipſorum adventum Aſiam obtinuerant. Sed Scythas, quum octo & viginti annos peregre abfuiſſent, 2 in patriam revertentes, excepit non minor quam Medicus fuerat, labor. Offenderunt enim non exiguum exercitum ſibi occurrentem. Uxores namque eorum, in diuturna virorum abſentia 3 ad ſervos acceſſerant viſu orbatos. Orbant autem Scythæ ſervos omnes lactis gratia, quod potant, ita id facientes: Sufflatoria oſſa fiſtulis ſimillima ſumuntur, eaque genitalibus equarum impoſita ore inflantur. hoc aliis facientibus, alii equas emulgent. Hoc ideo ſe facere aiunt, quod venæ equarum ſufflatæ implentur & mammæ deſcendunt. Poſteaquam emulxere lac, in concava vaſa lignea diffundunt. His circumpoſiti cæci lac agitant. cujus quod ſummum eſt delibatur, pretioſiuſque habetur: vilius autem, quod ſubſidit. Hujus rei gratia Scythæ quemcunque capiunt, viſu orbant. non enim agricolatores ſunt, ſed 4 paſtores. Ex his igitur ſervis & uxoribus Scytharum progenita eſt juventus: quæ ſuorum natalium conditione cognita, obviam perrexit iis qui revertebantur à Medis. Et primum

ΜΕΤΑ' ὃ τὴν Βαβυλῶνα αἵρεσιν ἐγλύφετο ἐπὶ Σκύθας αὐτῷ Δαρείῳ ἔλασις. ἀνθούσης γὰρ τῆς Ἀσίης ἀνδράσι, καὶ χρημάτων μεγάλων σιωμένων, ἐπεθύμησε ὁ Δαρεῖος τίσασθαι Σκύθας, ὅτι ἐκεῖνοι "πρότεροι" ἐσβαλόντες ἐς τὴν Μηδικὴν, καὶ νικήσαντες μάχῃ τοὺς ἀντιωμένους, ἐπῆρξαν ἀδικίης. τῆς γὰρ ἄνω Ἀσίης ἦρξαν (ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται) Σκύθαι ἔτεα δυῶν δέοντα τεσσήκοντα. Κιμμερίους γὰρ διωκόντες ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀσίην, καταπαύσαντες τῆς ἀρχῆς Μήδους. ἔστι γὰρ, πρὶν ἢ Σκύθας ἀπικέσθαι, ἄρχειν τὰ Ἀσίης· τοὺς δὲ Σκύθας ἀποδημήσαντας ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτεα, καὶ δι' ἐρημίης τοσαύτης κατιόντας ἐς τὸ σφετέρων, ἐξεδέξατο ἐκ ἐλάσσονα πόνον τοῦ Μηδικοῦ· εὗρον γὰρ ἀντιωμένην σφι στρατιὴν ἐκ ὀλίγην. αἱ γὰρ τῶν Σκυθέων γυναῖκες, ὡς σφι οἱ ἄνδρες ἀπῆσαν χρόνον πολλὸν, ἐφοίτεον πρὸς τοὺς δούλους. Τοὺς δὲ δούλους οἱ Σκύθαι πάντας τυφλοῦσι, τῆς γάλακτος εἵνεκα, τὸ πίνουσι· ποιεῦντες ὧδε· ἐπὰν φυσητῆρας λάβωσι ὀστέινους, αὐλοῖσι προσεμφερεστάτους, τούτους ἐνδήσαντες ἐς τὰ θηλέων ἵππων τὰ ἄρθρα, φυσῶσι τοῖσι στόμασι· ἄλλοι δὲ ἄλλων φυσεόντων ἀμέλγουσι. φασὶ δὲ τοῦδε εἵνεκα τοῦτο ποιεῖν· τὰς φλέβας τε πίμπλασθαι φυσωμένας τῆς ἵππου, καὶ τὸ ὕδωρ κατίεσθαι. ἐπὰν δὲ ἀμέλξωσι τὸ γάλα, ἐσχάντες ἐς ξύλινα ἀγγήια κοῖλα, καὶ περιστήσαντες κύκλῳ τὰ ἀγγήια τοὺς τυφλοὺς, δονέουσι τὸ γάλα. καὶ τὸ μὲν ἄνω τοῦ βουτύρου ἀπαρύσαντες, ἡγέονται εἶναι τιμιώτερον· τὸ δ' ὑποστάμνιον, ἧσσον τοῦ ἑτέρου. Τούτων δὲ εἵνεκα ἅπαντα τὸν ἂν λάβωσι οἱ Σκύθαι, ὀκτυφλοῦσι. οὐ γὰρ ἀρόται εἰσὶ, ἀλλὰ νομάδες. Ἐκ τούτων δὴ ὧν σφι τῶν δούλων καὶ τῶν γυναικῶν ἐτράφη νεότης· οἱ ἐπεί τε ἔμαθον τὸ σφετέρων ἐξύσιον, ἀντιοῦντο τοῖσι κατιοῦσι ἐκ τῶν Μήδων· καὶ πρῶτα

πρῶτον δὲ ἐμβαλόντες

1 *Intellige de iis qui in occurſum ad reſiſtendum illis venerant.* 2 In patriam poſt tam longum temporis intervallum revert. 3 Cum ſervis rem habuerant. 4 Nomades.

τὰ τοὺς

μὴ τὴν χώρην ἀπετάμοντο, τάφρον ὀρυξάμενοι εὐρέαν, καὶ τατείνουσαν ἐκ τῶν Ταυρικῶν ὀρέων ἐς τὴν Μαιῶτιν λίμνην, ἥτις ἔστι μεγίστη· μαχεσαμένων δὲ σφίσι τῶν Σκυθέων ἀντιπαρατιζομένων ἐμάχοντο. γινομένης δὲ μάχης πολλάκις, καὶ ἀσυμμαχόντων ἐδὲν πλέον ἔχειν τῶν Σκυθέων τῇ μάχῃ, εἶς αὐτῶν ἔλεξε τάδε, Οἷα περ ὑμῦν, ἄνδρες Σκύθαι, δέλοισι τοῖσι ἡμετέροισι μαχόμενοι; αὐτοί τε ἐλάσσονες κτείνομενοι γινόμεθα, καὶ ἐκείνους κτείνοντες ἐλασσόνων τοὺς λοιπῶν ἀρξόμεθα. νῦν ὦν μοι δοκέει ἀσπίδας μὲν καὶ τόξα μετεῖναι, λαβόντα δὲ ἕκαστον τῶν ἵππων τὴν μάστιγα, ἰέναι ἐπ' αὐτούς. μέχρι μὲν γὰρ ὄρεος ἡμέας ὅπλα ἔχοντας, οἱ δὲ ὑπελάμβανον ὁμοίους τε καὶ ἐξ ὁμοίων ἡμῖν εἶναι· ἐπεὰν δὲ ἴδωσι μάστιγας ἀντὶ ὅπλων ἐχούσας, μαθόντες ὡς εἰσὶ ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συνιόντες τοῦτο, οὐκ ὑπομενέουσι. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Σκύθαι, 141 ἐποίουν. ὑπερέβαλλε γὰρ αὐτοὺς ἡ τῶν ἀνομένων, τῆς μάχης τε ἐπελάθοντο, καὶ ἐφέροντο. οὕτω οἱ Σκύθαι τῆς τε Ἀσίης ἦρξαν, καὶ ἐξελαθέντες αὖτις ὑπὸ Μήδων, κατῆλθον τρόπῳ τοιῷδε ἐς τὴν σφετέρην. τῆσδε εἵνεκα ὁ Δαρεῖος πέμψας βυλόμενος, συνήγειρε ἐπ' αὐτοὺς στρατεύμα. Ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι, νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων ἐστὶ τὸ σφέτερον. τοῦτο δὲ ἡμῖν ὧδε ἄνδρα ἡμέας πρώτων ἐν τῇ χώρῃ ταύτῃ ἐούσῃ ἐρήμῃ, τῷ οὔνομα ἐστὶ Ταργίταον. τοῦ δὲ Ταργιτάου τούτου τοὺς γονέας λέγουσι εἶναι (ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, λέγουσι δ' ὦν) Διός τε καὶ Βορυσθένεος. τοῦ πατρὸς δυσγενέα. ἡμέας μὲν τοιούτου δή τινος ἡμέας τὸν Ταργίταον τοῦτον δὲ γενέσθαι παῖδας τρεῖς, Λιποξαΐην, καὶ Ἀρποξαΐην καὶ νεώτατον Κολάξαϊν. ἐπὶ τούτων ἀρχόντων, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόμενα χρύσεα ποιήματα, ἄροτρόν τε καὶ ζυγὸν καὶ σάγαριν καὶ φιάλην, πεσεῖν ἐς τὴν Σκυθικήν. καὶ τὸν ἰδόντα πρῶτον τὸν πρεσβύτατον ἰέναι, βυλόμενον αὐτὰ λαβεῖν· τὸν δὲ χρυσὸν, ἐπιόντι κατακαῆναι. ἀπαλλαχθέντος δὲ τούτου, προσιέναι τὸν δεύτερον καὶ τὸν αὖτις ταυτὰ ποιέειν. τοὺς μὲν δὴ καιόμενον τὸν χρυσὸν ἀπῶσαι· τρίτῳ δὲ τῷ νεωτάτῳ ἐπελθόντι κατασβῶσαι, καί μιν ἐκεῖνον κομίσαι ἐς ἑωυτόν. καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀδελφεοὺς περὶ ταῦτα συνιόντας, τὴν βασιληίην πᾶσαν παραδοῦναι τῷ νεωτάτῳ. Ἀπὸ μὲν δὴ Λιποξάϊος γενέσθαι τούτους τοὺς Σκυθέων οἱ Αὐχάται γένος καλέονται· ἀπὸ δὲ τοῦ μέσου Ἀρποξάϊος, οἱ Κατίαροί τε καὶ Τράσπιες καλέονται· ἀπὸ δὲ τοῦ νεωτάτου αὐτέων, τοὺς βασιλέας οἱ καλέονται Παραλάται. σύμπασι δὲ ἐστὶ ἔνομα Σκολότους, τὸ βασιλέος ἐπωνυμίην. Σκύθας δὲ

quidem regionem interſepſit ducta lata foſſa, quæ à Tauricis montibus pertingebat ad Mæotin paludem omnium maximam: 1 deinde in his conſiſtens, Scythis introire conantibus repugnabat. Sæpe commiſſa pugna, quum nihil tamen Scythæ proficerent, quidam ex eis inquit, Quidnam rei facimus viri Scythæ, cum noſtris ipſorum ſervis dimicantes? qui & quum interficimur, ipſi pauciores efficimur: & illos interficiendo, paucioribus deinceps imperabimus. Mihi videtur haſtis arcubuſque omiſſis ſumenda flagella quibus equos verberamus, & ad illos propius eundum. Nam quoad vident nos arma habentes, arbitrantur ſe ſimiles nobis, atque è ſimilibus eſſe: ubi nos pro armis verbera tenentes viderint, tunc ſe noſtros ſervos eſſe intelligentes, atque id agnoſcentes, non perſtabunt. Hoc Scythæ IV quum audiſſent, ita ſibi faciendum putaverunt. Qua ex re perculſi illi, pugnæ immemores, fugam capeſſerunt. Ita Scythæ imperio ſunt Aſiæ potiti: & rurſus à Medis ejecti, ad terram hunc in modum reverſi. Hac de cauſa Darius ulciſcendi cupidus, comparavit exercitum. ¶ Scythæ gentem ſuam omnium V noviſſimam eſſe aiunt, idque hoc modo extitiſſe. Virum quendam in hac terra, quum deſerta eſſet, primum fuiſſe, nomine Targitaum, & ejus parentes (quod tamen mihi 2 non probatur) Jovem, Borythenisque fluvii filiam. Tali genere ortum aiunt Targitaum: ejuſque tres liberos fuiſſe, Lipoxain, Arpoxain, & 3 noviſſimum Colaxain. His regnantibus, demiſſa cœlitus in Scythicam regionem, ex auro facta, aratrum, jugum, ſecurim, phialam. Quæ quum primus omnium inſpexiſſet natu maximus, acceſſiſſe animo illa ſumendi: ſed eo accedente, aurum arſiſſe: hoc digreſſo, ſecundum acceſſiſſe, & itidem aurum arſiſſe. Ambobus ab ardenti auro ſummotis, quum minimus natu accederet tertius, aurum fuiſſe extinctum, & ab illo aſportatum. eaque re majores fratres animadverſa, totum regnum ad minimum detuliſſe. Et à Lipoxai quidem progenitos eſſe Scythas, quorum VI genus Auchatæ appellatur: ab Arpoxai vero, qui medius fuit, eos qui Catiari & Traſpies nominantur: à minimo autem natu, reges qui Paralatæ vocantur. Omnibus autem nomen eſſe Scolotis, regis cognomen. ſed Scythas

1 Deinde vero conantibus irrumpere Scythis ſe prœlio opponebat. 2 Non fit veriſimile) 3 Natu minimum. Græci

VII Græci appellavere. Hunc in modum se extitisse Scythæ memorant, & ex quo extiterunt, à primo rege Targitao, usque ad Darii adversus ipsos transitum, annos omnino mille non amplius fuisse. Aurum vero illud sacrum [1] in primis custoditur à regibus, placaturque majoribus hostiis, & aditur quotannis solenniter. & qui aurum sacrum habens, die festo dormierit sub dio, is nunquam perennare fertur: & ob id dari ipsi tantum soli quantum uno die vectus equo peragrare potest. Quum autem regio sit ingens, Colaxain constituisse trifarium filiis suis regnum: eorumque unum & quidem maximum, ubi aurum asservatur. [2] Superiora autem ad ventum aquilonem vergentia, ultra quam regionem nulli incolere possint, neque prospicere neque transire, propter interfusas pennas. Pennis enim tum terram tum aerem oppletum esse: & has
VIII præpedire visum. Hæc Scythæ de seipsis pariter ac de regione superiore narrant. ¶ At Græci qui Pontum incolunt, ad hunc modum: Herculem, Geryonis vaccas agentem, in hanc perveniſſe terram, quæ deserta esset, quam nunc Scythæ incolunt. Geryonem autem habitasse extra Pontum in terra quam Græci insulam Erythiam vocant, contra Gades, quæ sunt extra columnas Herculis in Oceano. (Oceanum vero, ab ortu solis incipientem, circumfluere terram, verbis quidem affirmant, sed re tamen non demonstrant.) Herculem, quum illinc ad regionem quæ nunc Scythica vocatur venisset, subſtrata sibi pelle leonis obdormisse (deprehenderat enim eum vehemens pluvia & gelu) & dum dormit, interea equas ejus à curru pascentes,
IX divina quadam sorte amotas, non comparuisse. Eas experrectus quum indagaret, omnem regionem colluſtrans, tandem in terram quæ dicitur Hylæa devenisse: ibique in antro quandam inveniſſe virginem ancipitis naturæ, humanæ ac serpentinæ: superne quidem, [3] femorum tenus, fœminam: inferius autem, viperam. Eam conspicatum Herculem atque admiratum, interrogasse nuncubi suas equas errabundas vidisset. Illamque respondisse, Se quidem illas habere: sed non prius redditurum ei quam cum ipsa coiisset: Herculem pro ea mercede cum fœmina concubuisse.

Ἕλληνες ἐνόμασαν. Γεγενέναι μὲν νυν σφέας, ὅτε λέγουσι οἱ Σκύθαι· ἔτεα δὲ σφι, ἐπεί τε γεγόνασι, τὰ σύμπαντα, λέγουσι ἐξ ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλῆος Ταργιτάου· ἐς τοῦ Δαρείου διάβασιν τοῦτο ὀλίγῳ σφέας, χιλίων ἐὸν πλέω, ἀλλὰ τοσαῦτα. τὸν δὲ χρυσὸν τοῦτον τὸν ἱρὸν φυλάσσουσι οἱ βασιλῆες ἐς ταμάλιστα, καὶ θυσίῃσι μεγάλῃσι ἱλασκόμενοι μετέρχονται ἀνὰ πᾶν ἔτος. ὃς δ' ἂν ἔχων τὸν χρυσὸν τὸν ἱρὸν ἐν τῇ ὑπαίθρῳ κατακοιμηθῇ, οὗτος λέγεται ὑπὸ Σκυθέων ἐὼν διενιαυτίζειν· δίδωσι δέ οἱ ἅμα τοσοῦτο ὅσα ἂν ἵππῳ ἐν ἡμέρῃ μιῇ περιελάσῃ αὐτός. τῆς δὲ χώρης ἐούσης μεγάλης, τριφασίας τὰς βασιληίας τοῖσι παισὶ τοῖσι ἑωυτοῦ καταστήσασθαι Κολάξαϊν· καὶ τοῦτον μὲν μεγίστην ποιῆσαι, ἐν τῷ τὸν χρυσὸν φυλάσσεσθαι· τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορέην λέγουσι ἄνεμον τοῦ ὑπαρχόντων τῆς χώρης, ἐκ οὗ τε ἔτι πρόσω ὁρᾶν, ὅτε διεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων· πτερῶν γὰρ καὶ τοῦ γῆ καὶ τοῦ ἠέρος ἔτι πλέον, καὶ ταῦτα ἔτι τὰ ἀποκληίοντα τοῦ ὄψιος. Σκύθαι μὲν ὧδε ὑπὲρ σφέων τε αὐτῶν, καὶ τῆς χώρης τῆς κατύπερθε λέγουσι. Ἑλλήνων δὲ οἱ τὸν Πόντον οἰκέοντες, ὧδε· Ἡρακλέα ἐλαύνοντα τὰς Γηρυόνεω βοῦς, ἀπικέσθαι ἐς γῆν ταύτην ἐοῦσαν ἐρημίην, τὴν τινα νῦν Σκύθαι νέμονται. Γηρυόνεα δὲ οἰκέειν, ἔξω τοῦ Πόντου, κατοικημένον, τὴν Ἕλληνες λέγουσι Ἐρύθειαν νῆσον, τὴν πρὸς Γηδείρισι τοῖσι ἔξω τοῦ Ἡρακληίων στηλέων τοῦ τῷ Ὠκεανῷ. τὸν δὲ Ὠκεανὸν λόγῳ μὲν λέγουσι ἀπὸ ἠλίου ἀνατολέων ἀρξάμενον, γῆν πᾶσαν ῥέειν, ἔργῳ δὲ οὐκ ἀποδεικνῦσι. ἐνθεῦτεν τὸν Ἡρακλέα ἀπικέσθαι ἐς τὴν νῦν Σκυθίην χώρην καλεομένην. καταλαβεῖν δὲ αὐτὸν χειμῶνά τε καὶ κρυμόν. ἐπειρυσάμενον δὲ τὴν λεοντῆν, κατυπνῶσαι. τὰς δὲ οἱ ἵππους τὰς ἀπὸ τοῦ ἅρματος νεμομένας ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ, ἀφανισθῆναι θείῃ τύχῃ. ὡς δὲ ἐγρέσθαι τὸν Ἡρακλέα, διζήσασθαι. Πάντα δὲ τὰ τῆς χώρης ἐπεξελθόντα, τελευτῆσαι ἀπικέσθαι ἐς τὴν Ὑλαίην καλεομένην γῆν. ἐνθαῦτα δὲ αὐτὸν εὑρεῖν ἐν ἄντρῳ μιξοπάρθενόν τινα Ἐχίδνην δισφυέα. τῆς τὸ μὲν ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτέων, ἔστε γυναικὸς τὸ δὲ ἔνερθεν, ὄφιος. ἰδοῦσα δὲ καὶ θωυμάσαντα, ἐπείρεσθαι μιν εἰ κου ἴδοι ἵππους πλανωμένας. τὴν δὲ φάναι ἑωυτοῦ ἔχειν, καὶ οὐκ ἀποδώσειν σφεῖς πρὶν ἢ οἱ μιχθείη. τὸν δὲ Ἡρακλέα μιχθῆναι ἐπὶ τῷ μισθῷ τούτῳ.

142

---

1 Studiosissime. 2 Quæ vero sunt Boream versus, ultra eos qui supremam regionis partem incolunt, ea nec prospici nec transiri posse propter interf. &c. 3 Natura.

κείνῳ

κείνῳ τε δὴ ἐπιβαλέσθαι τὴν ἀπόδοσιν τῆς ἵππων, βουλομένῳ ὡς πλεῖστον χρόνον συνεῖναι τῇ Ἡρακλείῃ· τὸν, χρησάμενον, ἐθέλειν ἀπαλλάσσεσθαι· τὸν δ', ἀποδιδόντα "σαν αὐτῷ εἰπεῖν, Ἵππους μὲν δὴ τούτους "ἀπαιρήμεθα ὑπὸ τάδε, ἔσωσά τοι ἐγώ· σῶ- "σαι δέ τι σὺ παρέχεις. ἐγὼ γὰρ ἐκ σεῦ τρεῖς "παῖδας ἔχω. τούτους, ἐπεὰν ἡβώοντας τρέ- "φῃς, ὅ, τι χρὴ ποιέειν, ἐξηγέο σύ· εἰ μὲν "αὐτῇ κατοικίζω (χώρης γὰρ τῆσδε ἔχω τὸ "κράτος αὐτὴ) εἰ δὲ ἀποπέμπω σῷζά σε. τῷ μὲν δὴ ταῦτα ἐωτειρωτᾶν. ἡ δὲ λέγουσι "πρὸς ταῦτα εἰπεῖν, Ἐπεὰν ἀνδρωθέντας "ἴδωμαι τοὺς παῖδας, τάδε ποιεῦσα ἐκ ἂν ἀ- "μαρτάνοις. τὸν μὲν ἂν ὁρᾷς αὐτέων τόδε "τὸ τόξον ὧδε διατεινόμενον, καὶ τὴν ζω- "σὴν τὴνδε καταζωννύμενον, τοῦτον μὲν τῆσδε "τῆς χώρης οἰκήτορα ποιεῦ. ὃς δ' ἂν τῶν "τέων τὰ ἔργων τὰ ἐγὼ ἐντέλλομαι λίπῃ, ἐκ- "πεμπε ἐκ τῆς χώρης. καὶ ταῦτα ποιεῦσα, "αὐτή τε εὐφρανέεαι, καὶ τοὺς ἐντεταλμένα ποι- "ήσεις. Τὸν μὲν δὴ εἰρύσαντα τὸ τόξον τὸ ἕτε- ρον (δύο γὰρ δὴ φορέειν τέως Ἡρακλέα) καὶ τὴν ζωστῆρα προσδείξαντα, ὧδε δῆναι τὸ τόξον τε καὶ τὴν ζωστῆρα, ἐχόντα ἐπ' ἄκρης τῆς συμ- βολῆς φιάλην χρυσέην· διδόντα δὲ ἀπαλ- λάσσεσθαι. τὸν δ', ἐπεί οἱ ἡβωμένους τοὺς παῖ- δας ἀνδρωθῆναι, τοῦτο μὲν σφι ἐνόμασαι πάν- τας, τὸν μὲν, Ἀγάθυρσον, αὐτέων· τὸν δ' ἐπι- γενόμενον, Γελωνόν· Σκύθην δὲ, τὸν νεωτάτων· τοῦτο δὲ, τῆς ὀπτασίης μεμνημένον αὐτῷ, ποιῆσαι τὰ ἐντεταλμένα. καὶ δὴ δύο μὲν οἱ τῶν παίδων τὸν τε Ἀγάθυρσον καὶ τὸν Γελωνόν ἐκ οἷός τε ἐγένοντο ἐξικέσθαι πρὸς τὰ προκείμενον ἆεθλον, οἰχόμενοι ἐκ τῆς χώρης, ἐκ- βληθέντας ὑπὸ τῆς γειναμένης. τὸν δὲ νεώ- τερον αὐτέων Σκύθην ὀπτελέσαντα, κα- ταμείναντα ἐν τῇ χώρῃ. καὶ ἀπὸ μὲν Σκύθεω τοῦ Ἡρακλέος ἡμέας τοὺς αἰεὶ βασιλέας γινο- μένους Σκυθέων. ἀπὸ δὲ τῆς φιάλης, ἔτι δὲ καὶ ἐς τόδε, φιάλας ἐκ τῶν ζωστήρων φορέειν Σκύ- θας. τὸ δὲ μοῦνον " μηχανᾶσθαι τῇ μητέρα Σκύθῃσι. Ταῦτα δὲ Ἑλλήνων οἱ τὸν πόν- τον οἰκέοντες λέγουσι. ἔστι δὲ καὶ "ἄτερος λό- γος. ἔχων ὧδε· (τῷ μάλιστα λεγομένῳ αὐ- τοὺς πρόσκειται) Σκύθας τοὺς νομάδας, οἰκη- σάντας ἐν τῇ Ἀσίῃ, πολέμῳ παθεῖν ὑπὸ Μασσαγετέων, οἰχομένους διαβάντας πόλεμον Ἀράξεα ἐπὶ γῆν τὴν Κιμμερίην. τὴν γὰρ νῦν νέμονται Σκύθαι, αὐτοπλέηλαι τοπαλαιὸν ἐοῦσι Κιμμερίων. τοὺς δὲ Κιμμερίους, ὁρμωμένων Σκυθέων, βουλεύεσθαι, ὡς στρατῷ ὁρμῶντο μεγάλῳ. καὶ δὴ τὰς γνώμας σφέων κεχωρι- σμένας, ἐνίσασι μὲν ἀμφοτέρας, ἀμείνω δὲ τὴν τῶν βασιλέων. τὴν μὲν γὰρ δὴ τοῦ δήμου φέρειν γνώμην, ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη, μηδὲ "περὶ πολλοῦ δέοντα κινδυ-

Sed quum illa differret reddere equas, cupida diutiſſime cum Hercule concumbendi, at hic cuperet receptis equis abire, ad poſtremum illis redditis mulierem dixiſſe, Has ego tibi equas quæ huc venerant, ſervavi: tu earum ſervatarum pretium mihi perſolviſti. Concepi enim ex te filios tres: qui ubi adoleverint, expone quid facere debeam: nunquid hîc 1 habere domicilium, (nam ipſa hujus regionis imperium teneo) an ad te mitti. Hæc percontatæ reſpondiſſe, Poſteaquam eos in virilem ætatem adoleviſſe videris, ſi ita facies non delinques: quem animadverteris eorum hunc arcum ita tendentem, & hoc balteo ita præcinctum, eum tu hujus regionis incolam effice: qui autem his operibus quæ mando non erit par, eum hinc ablegabis. Hæc exequendo & ipſa lætaberis, & præceptis meis obtemperabis. Atque X ita loquutum Herculem tetendiſſe alterum arcum, (duos enim geſtabat) & balteum præmonſtraſſe, atque utrunque mulieri tradidiſſe, arcum & balteum, qui balteus in extrema commiſſura haberet auream phialam: & his donatis abiiſſe. Illam pueris natis nomina impoſuiſſe, uni, Agathyrſo: 2 ſequenti, Gelono: 3 noviſſimo, Scythæ. Et quum in virilem ætatem adoleverunt, eandem mandatorum memorem illa peregiſſe: & duos quidem filiorum, Agathyrſum ac Gelonum, qui propoſito certamini non ſuffeciſſent, à matre ablegatos è regione exceſſiſſe: Scytham vero qui rem compleſſet, ibidem remanſiſſe: & ab illo Scytha Herculis *filio* progeneratos qui deinceps fuerint reges Scytharum: ab illa autem phiala, Scythas ad hanc uſque ætatem phialas in balteis ferre: & id ſolum Scythæ matrem excogitaſſe. Hæc Græci qui habitant in XI Ponto referunt. ¶ Fertur & alius ſermo ita habens, cui ipſe præcipue aſſentior: Scythas 4 pecuarios, qui Aſiam incolunt, quum à Maſſagetis bello vexarentur, Araxe tranſmiſſo, in Cimmeriam abiiſſe. nam regio quam nunc Scythæ incolunt, ea fertur olim fuiſſe Cimmeriorum. Sed invadentibus Scythis Cimmerios, quum deliberarent, tanquam qui à magno invaderentur exercitu, in ſententia diſcrepaſſe, hinc reges, inde plebem: utraque quidem valida, ſed regum meliore. nam populus ſentiebat abſtinendum bello, nec oportere adverſus multos *pugnando* adire

μεῖσθαι. καὶ δὴ καὶ ταύτης ἐπεκράτησε ἡ γνώμη τῶν βασιλέων. ἐδόκεε γὰρ τοῖσι βασιλεῦσι τοὺς μὲν ἄνδρας ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρης, ἐκβαλόντας δὲ μάχεσθαι τοῖσι ἀνδράσι τῶν ἀρχὴν ἀπαιρήσονται. ἐπεὰν δὲ ἐκλίπωσι τὴν γῆν οἱ ἄνδρες, καὶ αὐτοὶ ἔχοντες τὴν τῶν ἀνδρῶν ἀρχὴν ἐκβαλέειν τοὺς ἐκβαλόντας. ἐπὶ ταύτην δὴ τὴν γνώμην ἐλθόντες οἱ βασιλέες τῶν Κιμμερίων, ἐξεστρατεύοντο ἐπὶ τοὺς ἐκβαλέοντας. οἱ δὲ ἐκβαλόμενοι ἐς τὴν ἑωυτῶν ἐσέβαλλον ἀθρόοι. καὶ ἐν τῇσι ἐσβολῇσι μαχόμενοι ἐνικήθησαν οἱ βασιλέες τῶν Κιμμερίων, καὶ ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ἐκβαλόντων ἐς τὴν ἐκείνων ἐκπεσόντες. οὕτω δὴ ἐκλιπόντων τὴν γῆν τῶν Κιμμερίων, ἐλθόντες Σκύθαι οἱ νομάδες ἔσχον κενὴν τὴν γῆν καὶ ἐκτήσαντο πᾶσαν. καὶ ἔστι ἔτι καὶ νῦν Κιμμέριον τεῖχος τὸ ἐπὶ τῷ Κιμμερίῳ πορθμῷ καλεόμενον, ἔστι δὲ καὶ Κιμμερίη ἤιόνος ἐστὶ ἡ ἄνω φέρουσα ἐς μεσόγαιαν, οἰκέουσί τε δὴ Κιμμέριοι τὴν καλεομένην τότε ὑπὸ σφέων Κιμμερίην. ἐστὶ δὲ καὶ Κιμμερίη πόλις ἐπὶ τῷ στόματι τῷ Κιμμερίῳ κειμένη. καὶ ἔστι ἡ Κρὴμνοι καλεομένη. καὶ Κιμμέριον πορθμὸν ἐόντα τὸν ἐπὶ τῇ Μαιήτιδι λίμνῃ ἐπὶ τὸν Εὔξεινον πόντον ἐκδιδόντα, ἐπὶ τοῦτον τὸν πορθμὸν ἐξελάσαντες οἱ Κιμμέριοι τοὺς Σκύθας ἔφευγον, καὶ ἐσέβαλον ἐς τὴν νῦν Σκυθικὴν οἰκεομένην, ἐλθόντες δὲ ἐς τὴν Ἀσίην ἐδίωκον τὴν Σκυθικὴν ἐκλιποῦσαν καὶ ἐσέβαλον ἐς τὴν χερσόνησον ἐν τῇ νῦν Σινωπὴ πόλις ἵδρυται Ἑλλὰς ἐοῦσα, ἐν τῇ καὶ Σκύθαι ἐσέβαλον οἱ νομάδες, καὶ ἐδίωκον τοὺς Κιμμερίους. ἐπιστάμενοι δὲ τὴν ὁδὸν ταύτην ἐκ τῶν ἀεὶ ἐπιόντων ἐπιστρατευομένων, ἐπὶ τὴν Μηδικὴν ἐσέβαλον. ἡ γὰρ ἐρημίη ἐστὶ ἡ ἐπὶ τὴν Μηδικὴν φέρουσα, ἐοῦσα ἐπίπεδος καὶ εὐδένδρεος. ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλη ὁδὸς ἐπὶ τὸν Παρνασσὸν τὸν Καυκάσιον ὄρος ὑψηλὸν καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ μεγάλα. ἐνθαῦτα δὲ ἐλθόντες οἱ Κιμμέριοι καὶ ἐπιστάμενοι

periculum: at reges, pro regione cum invasoribus dimicandum. Ita quum neutris alteri obtemperare vellent, & populus censeret sine prœlio demigrandum, tradita invasoribus regione: reges vero, in sua potius patria occumbendum, nec una cum plebe fugiendum censuisse, quot bona habuissent, & quot mala evidentia habituri essent patria profugi, reputantes: hæc illos sentientes, inter se decertasse, utrosque numero pares: & omnes qui mutuis ictibus concidissent, fuisse à populo Cimmeriorum sepultos ad flumen Tyrem: (& eorum adhuc sepulcrum extat.) Sepultis his, illum è regione migrasse: quam desertam supervenientes Scythas occupavisse. XII Extantque adhuc in Scythia tum muri Cimmerii, tum portoria Cimmeria, tum regioni cuidam nomen Cimmeriæ est, & Bosphorus qui Cimmerius appellatur. Constat autem Cimmerios [1] in Asiam fugisse Scythas, & Chersonnesum condidisse, ubi nunc Synope Græca urbs sita est. Apparet etiam Scythas in persequendis illis Mediam intrasse, via aberrantes. nam Cimmerii quidem fugientes, iter semper secundum mare tenebant: Scythæ autem ad eos dexteram Caucasum habentes insequebantur, donec ingressi sunt Mediam, itinere in mediterranea conXIII verso. ¶ Alia quoque fertur communis Græcorum barbarorumque narratio: Aristeus quidam Proconnesius, versificator, Castrobii filius, memoravit se Phœbo instinctum venisse ad Issedonas: & supra hos incolere Arimaspos, viros unoculos: & item supra hos esse grypas, qui aurum asseruent: ac super hos esse Hyperboreos, *id est superaquilonares*, ad mare pertingentes. Hos autem omnes, præter Hyperboreos, Arimaspis autoribus, assidue finitimis bellum inferre, & ab Arimaspis exterminari Issedones, ab Issedonibus Scythas. A Scythis autem vexatos Cimmerios, qui ad australe mare incolebant, regionem relinquere. Itaque ne Aristeus quidem cum Scythis de ea regione conXIV sentit. Qui unde fuerit, qui hæc retulit, dictum est à me: sed à me dicetur item quænam de eodem viro in Proconneso & Cyzico audierim. Aristeum aiunt, quum nullo suæ civitatis esset inferior genere, ingressum in Proconneso fullonicam officinam, decessisse: fullonemque, occlusa officina, abisse denunciatum rem propinquis defuncti.

νδύειν· τὼ ὃ τῷ βασιλήων, ἁμφὶ χεῦαι ϖερὶ τῆς χώρης τοῖσι ἐπήλυσι. ἔκων δὴ ἐθέλειν πείθεσθαι ἔτε τοῖσι βασιλεῦσι τὸν δῆμον, ἔτε τῷ δήμῳ τὲς βασιλέας. τὲς μὲ δὴ ἀπαλλάσσεσθαι βεληδέας ἀμαχητί, τὼ χώρω ϖροϊδόντας τοῖσι ἐπήλυσι· τοῖσι ὃ βασιλεῦσι δοξαι ἐν τῇ ἑωυτῶ κέεσθαι ἀποθανόντας, μηδὲ συμφεύγειν τῷ δήμῳ· λογισαμένους ὅσα τε ἀγαθὰ πεπόνθασι, καὶ ὅσα φεύγοντας ἐκ τῆς πατρίδος κακὰ ἐπίδοξα καταλαμβάνει. ὡς ὃ δόξαι σφι ταῦτα, ἁμιλλᾶσθαι, καὶ ἀριθμὸν ἴσους γενομένους, μάχεσθαι ϖρὸς ἀλλήλους. καὶ τὲς μὲ ἀποθανόντας πάντας ὑϖ' ἑωυτῶν, θάψαι τὸν δῆμον τῶν Κιμμερίων ϖροπύλαιον Τύρῃ· καί σφεων ἔτι δῆλός ἐστι ὁ τάφος. θάψαντας ὃ, ὕστερον τὼ ἐξοδον ἐκ τῆς χώρης ϖοιέεσθαι. Σκύθας ὃ ἐπελθόντας, λαβεῖν ἐρήμω τὼ χώρω. Καὶ νῦν ἔστι μὲ ἐν τῇ Σκυθικῇ Κιμμέρια τείχεα, ἔστι δὲ ϖορθμήια Κιμμέρια. ἔστι ὃ καὶ χώρη ἔνομα Κιμμερίη. ἔστι δὲ Βόσπορος, Κιμμέριος καλεόμενος. φαίνονται δὲ οἱ Κιμμέριοι φεύγοντες ἐς τὼ Ἀσίω τὲς Σκύθας, καὶ τὼ Χερσόνησον κτίσαντες, ἐν τῇ νῦν Σινώπη πόλις Ἑλλὰς οἴκισαι. φανεροὶ δέ εἰσι καὶ οἱ Σκύθαι διώξαντες αὐτὲς, καὶ ἐσβαλόντες ἐς γλῶ τὼ Μηδικλώ, ἁμαρτόντες τῆς ὁδῦ. οἱ μὲ γὰ Κιμμέριοι αἰεὶ τὼ ϖρὸς θάλασσαν ἔφευγον· οἱ δὲ Σκύθαι, ἐν δεξιῇ τὸν Καύκασον ἔχοντες, ἐδίωκον· ἐς ὃ ἐσέβαλον ἐς τὼ Μηδικὼ γλῶ, ἐς μεσόγαιαν τῆς ὁδῦ τραφθέντες. Οὗτος ὃ ἄλλος ξυὸς Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων " ἡμόμνος λόγος εἴρηται. ἔφη δὲ Ἀριστέης ὁ Καυστροβίου, ἀνὴρ Προκοννήσιος, ποιέων ἔπεα, ἀπικέσθαι ἐς Ἰσσηδόνας, φοιβόλαμπτος ἡμόμνος· Ἰσσηδόνων δ' ὑϖοικέειν Ἀριμασποὺς, ἄνδρας μουνοφθάλμους. ὑϖὲρ δὲ τουτέων, τὲς χρυσοφύλακας γρύπας· τουτέων δὲ, τὺς ὑϖερβορέους, κατήκοντας ἐπὶ θάλασσαν. τούτους ὧν πάντας, πλὴν Ὑπερβορέων, ἀρξάντων Ἀριμασπῶν, αἰεὶ τοῖσι πλησιοχώροισι δηϊτίθεσθαι· καὶ ὑϖὸ μὲ Ἀριμασπῶν ἐξαναστέους ἐκ τῆς χώρης Ἰσσηδόνας· ὑϖὸ δὲ Ἰσσηδόνων, Σκύθας. Κιμμερίους ὃ οἰκέοντας ὅπῃ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ, ὑϖὸ Σκυθέων πιεζομένους, σκλείεσθαι τὴ χώρω. οὕτω ὠδὲ ἔπος συμφέρεται ϖερὶ τῆς χώρης ταύτης Σκύθῃσι. Καὶ ὅδε μὲ ἔλεγε Ἀριστέης ὁ ταῦτα " εἰπὰς, εἰρηται. τὸν δὲ ϖερὶ αὐτῦ ἤκουον λόγον ἐν Προκοννήσῳ καὶ Κυζίκῳ, λέξω. Ἀριστέα γὰ λέγουσι, ἐόντα τῶν ἀστῶν ὠδενὸς γενεῇ ὑϖοδεέστερον, ἐστελθόντα ἐς κναφήιον ἐν Προκοννήσῳ, ἀποθανεῖν. καὶ τὸν κναφέα κλῆσαι τὸ ἐργαστήριον, οἰχεσθαι ἀγγελέοντα τοῖσι ϖροσήκουσι τῷ νεκρῷ.

" ἡμόμνος λέγόμενος

" ϖαύσας, εἰρηκα.

1 *Id est, In Asiam venisse quum fugerent Scythas.*

ἐσκεδασμένου ἤδη τοῦ λόγου ἀνὰ τὴν πόλιν ὡς τεθνηκὼς εἴη ὁ Ἀριστέης, ἐς ἀμφισβασίας τοῖσι λέγουσι ἀπικνέεσθαι ἄνδρα Κυζικηνὸν, ἥκοντα ἐξ Ἀρτάκης πόλιος· φάντα σύντυχεῖν τέ οἱ ἰόντι ἐπὶ Κυζίκου, καὶ ἐς λόγους ἀπικέσθαι. καὶ τοῦτον μὲν ἐντεταμμένως ἀμφισβητέειν· τοὺς δὲ περοίκους τοῦ νεκροῦ ἐπὶ τὸ κναφήιον παρεῖναι, ἔχοντας τὰ περόσφορα, ὡς ἀναιρησομένους· ἀνοιχθέντος δὲ τοῦ οἰκήματος, ἔτε τεθνεῶτα, ἔτε ζῶντα φανῆναι Ἀριστέην· μετὰ δὲ ἑβδόμῳ ἔτεϊ φανέντα αὐτὸν ἐς Προκόννησον, ποιῆσαι τὰ ἔπεα ταῦτα τὰ νῦν κατ' Ἕλλήνων Ἀριμάσπεα καλέεται. ποιήσαντα δὲ, ἀφανισθῆναι τὸ δεύτερον. Ταῦτα μὲν αἱ πόλιες αὗται λέγουσι. τὰ δὲ οἶδα Μεταποντίνοισι τοῖσι ἐν Ἰταλίῃ συγκυρήσαντα μετὰ τὴν ἀφάνισιν τὴν δεύτερον Ἀριστέω τοῦ Προκοννησίου ἔτεσι τεσσερακοντα καὶ διηκοσίοισι, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος ἐν Προκοννήσῳ τε καὶ Μεταποντίῳ εὕρισκον. Μεταποντῖνοι γὰρ φασι αὐτὸν Ἀριστέα φανέντα σφι ἐς τὴν πόλιν, κελεῦσαι βωμὸν Ἀπόλλωνι ἱδρύσασθαι, καὶ Ἀριστέω τοῦ Προκοννησίου ἐπωνυμίην ἔχοντα ἀνδριάντα παρ' αὐτὸν ἱστάναι. φάναι γὰρ σφι τὸν Ἀπόλλωνα Ἰταλιωτέων μούνοισι δὴ ἀπικέσθαι ἐς τὴν χώρην, καὶ αὐτός οἱ ἕπεσθαι ὁ νῦν ἐὼν Ἀριστέης· τότε δὲ ὅτε εἵπετο τῷ θεῷ, κόρακι εἰκασθῆναι· καὶ τὸν, εἰπόντα ταῦτα, ἀφανισθῆναι· σφέας δὲ Μεταποντῖνοι λέγουσι ἐς Δελφοὺς πεμψαντας, τὸν θεὸν ἐπειρωτᾶν ὅ, τι τὸ φάσμα τοῦ ἀνθρώπου εἴη· τὴν τε Πυθίην σφέας κελεύειν πείθεσθαι τῷ φάσματι· πειθομένοισι δὲ, ἄμεινον συμβῆναι. καὶ σφέας δεξαμένους ταῦτα, ποιῆσαι ὅσα τελέα. καὶ νῦν ἔστασι ἀνδριὰς ἐπωνυμίην ἔχων Ἀριστέω, παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι τοῦ Ἀπόλλωνος. τοῦτον δὲ αὐτὸν διάφορα ἐξαῖσι· τὸ δὲ ἄγαλμα ἐν τῇ ἀγορῇ ἵδρυται. Ἀριστέω μὲν νυν περὶ τοσαῦτα εἰρήσθω. τῆς δὲ γῆς τῆς πέρι ὁ λόγος ὅδε ὥρμηται λέγεσθαι, οὐδεὶς οἶδε ἀτρεκέως ὡς ὅ, τι τὸ κατύπερθε ἔσχι. οὐδενὸς γὰρ δὴ αὐτόπτεω εἰδέναι φαμένου δύναμαι πυθέσθαι· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης, τοὔπερ ὀλίγῳ πρότερον τούτων μνήμην ἐποιεύμην, οὐδὲ οὗτος περιωτέρω Ἰσσηδόνων, ἐν αὐτοῖσι τοῖσι ἔπεσι ποιέων, ἔφησε ἀπικέσθαι· ἀλλὰ τὰ κατύπερθε ἔλεγε ἀκοῇ, φὰς Ἰσσηδόνας ἐξ τοὺς ταῦτα λέγοντας. ἀλλ' ὅσον μὲν ἡμεῖς ἀτρεκέως ἴσμεν μακρότατον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἀκοῇ ἐξικέσθαι, πᾶν εἰρήσεται. Ἀπὸ τοῦ Βορυσθενειτέων ἐμπορίου (τοῦτο γὰρ ἤδη σχεδὸν θαλασσίων μεσαίτατόν ἐστι πάσης τῆς Σκυθίης)

Dissipatoque jam per urbem rumore Aristeum esse vita functum, 1 superveniſſe sermoni de hac re disputantium; quendam Cyzicenum, ex urbe Artacia profectum, qui diceret sese fuisse congressum cum Aristeo apud Cyzicum, atque colloquutum. Et quum id iste contendendo asseveraret, propinquos mortui ad fullonicam præsto fuisse, habentes quæ ad efferendos homines expediunt: sed aperta domo, Aristeum nec vivum comparuisse nec mortuum. septimoque deinde anno, quum in Proconneso comparuisset, eos versus feciſſe qui nunc à Græcis Arimaspei vocantur: quibus conditis, rursus evanuisse. Hoc istæ civitates commemorant: 2 quod scio congruisse cum Metapontinis qui sunt in Italia, trecentis & quadraginta annis postquam iterum evanuit Aristeus, quemadmodum conjiciens & in Proconneso & apud Metapontinos inveni. Metapontini enim aiunt Aristeum, quum apud ipsos apparuisset, jussisse aram Apollini extrui, & juxta eam erigi statuam quæ cognomen Aristei Proconnesii haberet: quod diceret Apollinem ad eos 3 solos ex Italiotis in ipsorum terram veniſſe, se illum assectante, & qui nunc Aristeus esset, tum fuisse corvum quum deum assectaretur. Et hæc loquutum evanuisse. Eoque aiunt Metapontini se Delphos ad deum misisse scisciatum quodnam illud hominis esset 4 proloquium, sibique jussisse Pythiam ut dicto audientes essent. melius enim cum ipsis actum iri, si parerent. Se igitur hæc admittentes 5 perfeciſſe. Et nunc statua extat cognomine Aristei, juxta aram ipsam Apollinis, in foro extructam: circumstantibus utrinque lauris. Hæc de Aristeo hactenus. ¶ Regione autem de qua nos dicere instituëramus, quænam sunt ulteriora, nemo exploratum habet. neque enim id ego ab aliquo audire potui, qui se diceret nosse quod ipse vidisset. Ac ne Aristeus quidem ipse (cujus paulo ante feci mentionem) in iis quos fecit versibus, ait se ultra Issedones processisse: sed ulteriora fando sibi esse cognita, quod Issedones diceret ista commemorare. Verum nos, quoad 6 longissime rem investigare potuimus, omnem referemus: Ab emporio Borysthenarum (hoc enim ex maritimis totius Scythiæ est maxime medium)

144

Cyzicenum quendam, ex Artace urbe venientem, altercatum fuisse cum illis qui *id* dicerent: affirmantem se Aristeo occurrisse, eunti Cyrizum, & cum eo colloquutum esse. Qua de re dum pertinaciter contenderet, propinquos mort. 2 At ista Metapontinis qui sunt in Italia, contigisse scio trecent. 3 Solos ex Italiotis esse in quorum terram Apollo venisset, 4 Visum, 5 Præstitisse. *Vil*, effecta reddidisse. 6 Pœnitissime primi

primi incolunt Callipidæ, qui ſunt Græcoſcythæ, *id eſt*, *è Grecis factii Scythæ*: ſuper hos aliud genus eorum qui vocantur Halizones. Horum utrique cum 1 in cæteris ſervant ritum Scytharum, tum in ſerendo, atque veſcendo cæpe, allio, lente, milio. Supra Halizones autem incolunt Scythæ aratores, 2 qui non ad panem conficiendum ſerunt triticum, ſed ad illud torrendum. Supra hos incolunt Neutri: quorum tractus qui ad aquilonem vergit, quantum nos ſcimus, deſertus eſt. Atque hæ quidem nationes juxta flumen Hypanin colunt, ac occidentalem partem Boryſthenis. Verum tranſmiſſo Boryſthene, à mari prima eſt Hylæa: dehinc habitant Scythæ agricolæ, quos Græci qui 3 ſub Hypane incolunt, Boryſthenitas appellant, ipſi vero ſe Olbiopolitas. Hi igitur agricolæ Scythæ 4 colunt eum quidem tractum qui vergit ad auroram, trium dierum itinere, pertingentes ad flumen nomine Panticapem: 5 eum vero qui ad ventum aquilonem, undecim dierum navigatione, Boryſthenem verſus. tractus autem qui ulterior eſt, in multum ſane ſpatii deſertus eſt. Ultra quam ſolitudinem habitant Androphagi, *id eſt*, *virorum carne veſcentes*, ſeparata natio, ac nequaquam Scythica. At ſupra hos deſerta jam proculdubio omnia, nec ulla gens, quantum nos ſcimus. At horum Scytharum qui agricolæ ſunt plagam quæ ad auroram vergit, tranſmiſſo flumine Panticape, Scythæ nomades, *id eſt*, *pecuarii*, incolunt, neque ſerentes quicquam neque arantes. Nuda autem arboribus eſt omnis hæc plaga præter Hylæam. Nomades autem iſti incolunt tractum quatuordecim dierum longitudinis, auroram verſus, ad Gerrhum uſque flumen. Trans Gerrhum autem ſunt 6 ea quæ vocantur regia, & Scythæ optimi pariter & plurimi, & qui ſuos ſervos eſſe cæteros Scythas arbitrantur: à meridie quidem ad Tauricam regionem pertingentes: ab aurora vero, ad foſſam 7 quam dixerunt iſti qui à cæcis geniti fuerunt, Oryxam: & ad emporium paludis Mæotidis, quod vocatur Cremni, *id eſt*, *præruptæ*: quorum pars ad flumen Tanain porrigitur. At quæ ſuperiora ſunt, ad ventum aquilonem, Scythis regiis, ea incolunt Melanchlæni, alia gens non Scythica. Et ſupra Melanchlænos paludes ſunt, & deſerta

XVIII

XIX

XX

ἀπὸ τούτου πρῶτοι Καλλιπίδαι νέμονται, ἐόντες Ἕλληνες Σκύθαι. ὑπὲρ δὲ τούτων, ἄλλο ἔθνος, οἱ Ἀλαζόνες καλέονται. ἔστι δὲ καὶ οἱ Καλλιπίδαι τὰ μὲν ἄλλα κατὰ ταυτὰ Σκύθῃσι ἐπασκέουσι· σῖτον δὲ καὶ σπείρουσι, καὶ σιτέονται καὶ κρόμμυα καὶ σκόροδα καὶ φακοὺς καὶ μέγχρους. ὑπὲρ δὲ Ἀλαζόνων οἰκέουσι Σκύθαι ἀροτῆρες, οἳ οὐκ ἐπὶ σιτήσει σπείρουσι τὸν σῖτον, ἀλλ' ἐπὶ πρήσει. τούτων δὲ κατύπερθε οἰκέουσι Νευροί. Νεύρων δὲ τὸ πρὸς βορέω ἄνεμον, ἔρημον ἀνθρώπων, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν. ταῦτα μὲν παρὰ τὸν Ὑπάνιν ποταμὸν ἔστι ἔθνεα πρὸς ἑσπέρης τοῦ Βορυσθένεος. Ἀπὸ δὲ Ἀγαθύρσων τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης, πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη· ἀπὸ δὲ ταύτης, ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί· τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενείτας· σφέας δὲ αὐτοὺς, Ὀλβιοπολίτας. ἔστι ὧν οἱ γεωργοὶ Σκύθαι νέμονται τὸ μὲν πρὸς τλὼ ἠῶ, ὅσον τρεῖς ἡμέρας ὁδὸν κατήκοντες ἐπὶ ποταμὸν τὸν ἔνομα κέεται Παντικάπης· τὸ δὲ πρὸς βορέω ἄνεμον, πλόον ἀνὰ τὸν Βορυσθένεα ἡμερέων ἕνδεκα. ἤδη δὲ κατύπερθε τούτων ἡ ἔρημός ἐστι ἐπὶπολλόν. μετὰ δὲ τλὼ ἔρημον Ἀνδροφάγοι οἰκέουσι, ἔθνος ἐὸν ἴδιον, καὶ ἐδαμῶς Σκυθικόν. τὸ δὲ τούτων κατύπερθε, ἔρημον ἤδη ἀληθέως, καὶ ἔθνος ἀνθρώπων οὐδὲν, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν. Τὸ δὲ πρὸς τλὼ ἠῶ τοῦ γεωργῶν τούτων Σκυθέων, Ἀγαθύρσῳ τὸν Παντικάπῃ ποταμὸν, νομάδες ἤδη Σκύθαι νέμονται, οὔτε σπείροντες οὐδὲν, οὔτε ἀρόωντες· ψιλὴ δὲ δενδρέων ἡ πᾶσα αὕτη γῆ, πλὴν τῆς Ὑλαίης. οἱ δὲ νομάδες οὗτοι τὸ πρὸς τλὼ ἠῶ, ἡμερέων τεσσερέων καὶ δέκα ὁδὸν νέμονται χώρῃ κατατείνουσαν ἐπὶ ποταμὸν Γέρρον. Πέρην δὲ τοῦ Γέρρου ταῦτα δὴ τὰ καλεόμενα βασιληΐδα ἐστὶ, καὶ Σκύθαι οἱ ἄριστοί τε καὶ πλεῖστοι· καὶ τοὺς ἄλλους νομίζοντες Σκύθας, δούλους σφετέρους εἶναι. κατήκουσι δὲ οὗτοι τὸ μὲν πρὸς μεσαμβρείην, ἐς τλὼ Ταυρικλώ· τὸ δὲ πρὸς ἠῶ, ἐπί τε τάφρον, τλὼ δὴ οἱ ὀκ τῆς τυφλῶν χωμένοι ὤρυξαν, καὶ ἐπὶ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος τὸ ἐμπόριον, τὸ καλέεται Κρημνοί. τὰ δὲ αὐτῆς κατήκουσι ἐπὶ ποταμὸν Τάναϊν. Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορέω ἄνεμον τῶν βασιληΐων Σκυθέων οἰκέουσι Μελαγχλαίνοι, ἄλλο ἔθνος, καὶ οὐ Σκυθικόν. Μελαγχλαίνων δὲ τὸ κατύπερθε, λίμναι, καὶ ἔρημος γῆ οὐδεμίη,

1 In cæteris quidem ritu Scytharum ſervant, ſed frumentum ſerunt & edunt, necnon cæpe, & allium, & lentem, & milium. 2 Qui frumentum non ad veſcendum ſerunt, ſed ad vendendum. Sup. 3 Ad Hypanin fluvium incol. 4 Colunt, orientem quidem verſus, trium dierum iter. 5 Boream autem verſus, dierum undecim, ſecundo flumine Boryſthene. 6 *Vel*, Ea quæ vocantur regiæ, *ſub.* domus. 7 Quam foderunt qui è cæcis illis orti fuerunt. *E cæcis illis quorum videlicet facta fuit ſupra mentio.*

ἔστι ἀνδρώπων, κατύσον ἡμεῖς ἴσμεν. Τάναϊν δὲ πολαμὸν διαβάντι, ἐνέτι Σκυθικὴ, ἀλλ' ἡ μὲ πρώτη τῷ Λαξίων, Σαυροματέων ἔστι, οἳ ἐκ τοῦ μυχοῦ ἀρξάμενοι τῆς Μαιήτιδος λίμνης, νέμονται τὰ πρὸς βορέω ἄνεμον, ἡμερέων πεντεκαίδεκα ὁδὸν, πᾶσαν ἔρεσαν ψιλὴν καὶ ἀγρίων καὶ ἡμέρων δενδρέων. ὑπὲρ τούτων οἰκέουσι ὑπὲρ τετοισι δευτέρῳ λάξιν ἔχοντες Βουδῖνοι, γῆν νεμόμενοι πᾶσαν δασέην ὕλῃ παντοίῃ. Βουδίνων δὲ κατύπερθε πρὸς βορέω, ἔρημος ἐστὶ πρώτη μὲ ἐρημίη, ἐπ' ἡμερέων ἑπτὰ ὁδὸν. Μετὰ δὲ τὴν ἐρημίην ἀποκλίνασι μᾶλλον πρὸς ἀπηλιώτεω ἄνεμον, νέμονται Θυσσαγέται, ἔθνος πολλὸν καὶ ἴδιον. Ζώουσι δὲ ἀπὸ θήρης. συνεχέες δὲ τούτοισι ἐν τοῖσι αὐτοῖσι τόποισι κατοικημένοισι εἰσὶ τοῖσι οὔνομα κεῖται Ἰύρκαι· καὶ οὗτοι ἀπὸ θήρης ζώοντες τοιῷδε· λοχᾷ ἕκαστος δένδρεον ἀναβάς. τὰ δὲ ἔστι πυκνὰ ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώρην· ἵππος δὲ ἑκάστῳ δεδιδαγμένος ἔστι γαστέρα κοίλος, ταπεινὸς εἶναι, ἕτοιμός ἐστι, καὶ κύων· ἐπεὰν δὲ ἀπίδῃ τὸ θηρίον ἀπὸ τοῦ δενδρέου, πιέζουσι, βαίνουσι ἐπὶ τὸν ἵππον, διώκει καὶ ὁ κύων ἕπεται. ὑπὸ δὲ τούτων, τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τετραμμένον οἰκέουσι Σκύθαι ἄλλοι, ἀπὸ τῆς βασιληίων Σκυθέων ἀποστάντες, καὶ ὕστερον ἀποικήσαντες ἐς τοῦτον τὸν χῶρον. Μέχρι μὲ δὴ τῆς τούτων τῶν Σκυθέων χώρης, ἔστι ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα, πεδιὰς τιγῆ καὶ βαθύγεως· τὸ δ' ἀπὸ τούτου, λιθώδης τε ἔστι καὶ τρηχείη. διεξελθόντι δὲ καὶ τῆς τρηχείης χώρης πολλὸν, οἰκέουσι ὑπωρέην ὀρέων ὑψηλῶν ἄνθρωποι λεγόμενοι εἶναι πάντες φαλακροί, ἐκ γενετῆς γινόμενοι, καὶ ἔρσενες καὶ θήλεαι ὁμοίως· καὶ σιμοί· καὶ γένεια ἔχοντες μεγάλα· φωνὴν δὲ ἰδίην ἱέντες. ἐσθῆτι δὲ χρεώμενοι Σκυθικῇ· ζῶντες δὲ ἀπὸ δενδρέων. Ποιητικὸν μὲ ἔνεμα τῷ δενδρέῳ τούτῳ τὸ ζώουσι, μέγαθος δὲ κατὰ σῦκον μάλιστά κη· καρπὸν δὲ φορέει κυάμῳ ἴσον, πυρῆνα δὲ ἔχει. τοῦτο ἐπὰν γήσηται πέπον, σακκέουσι ἱματίοισι· ἀπορρέει δ' ἀπ' αὐτοῦ παχὺ καὶ μέλαν. ὄνομα δὲ τῷ ἀπορρέοντι ἐστὶ ἄσχυ· τοῦτο δὲ καὶ λείχουσι, καὶ γάλακτι συμμίσγοντες πίνουσι· καὶ ἀπὸ τῆς παχυτητος αὐτοῦ τῆς τρυγὸς πλάθας συντιθέασι, καὶ τούτοισι σιτέονται. πρόβατα γὰρ σφι ἐ πολλὰ ἔστι· ἐ γὰρ τοι αὐλαίαι αἱ νομαὶ αὐτόθι εἰσί. ὑπὸ δενδρέῳ δὲ ἕκαστος κατοικήται, τὴν μὲ χειμῶνα, ἐπεὰν τὸ δένδρεον ἀποκαλύψῃ πίλῳ στεγνῷ λευκῷ· τὸ δὲ θέρος, ἄνευ πίλου. τούτους οὐδεὶς ἀδικέει ἀνθρώπων· ἱροὶ γὰρ λέγονται εἶναι. οὐδέ τι ἀρηίον ὅπλον κέκτηνται. καὶ τοῦτο μὲ, τοῖσι ἀποικέουσι ὅτι εἰσὶ οἱ τοὺς ἀποφονέας ἀποδιδρήσκοντες· τοῦτο δὲ, ὃς ἂν καταφύγῃ ἐς τούτους,

hominibus regio, quantum nos ſcimus. ¶ Trans flumen autem Tanain non eſt regio Scythica, 1 ſed prima Laxiotum Sauromatarum, qui à receſſu Mæotidos paludis incipientes, incolunt tractum qui ſpectat aquilonem, itinere dierum quindecim, vacuum prorſus arboribus tam agreſtibus quam fructiferis. Supra hos habitant (quæ ſecunda portio eſt) Budini, terram colentes totam omni arborum genere abundantem. Supra Budinos ad aquilonem ſtatim excipit ſolitudo octo dierum itineris. Poſt hanc ſolitudinem declinando magis ad ventum ſubſolanum, incolunt Thyſſagetæ, natio copioſa & 2 propria, & è venatu victitans. His contigui, & in eiſdem habitantes locis, ii quibus nomen inditum eſt Iyrcæ, & ipſi è venatione victitantes, hunc in modum: Conſcenſis arboribus quæ per omnem regionem frequentes ſunt, inſidiantur. ſingulis autem adeſt canis, & item equus, in ventrem cubare edoctus, humilius ſubſidendi gratia. Ubi quis igitur ab arbore feram viderit, ſagittaque percuſſerit, conſcenſo equo illam perſequitur, comitante cane. Super hos auroram verſus, incolunt alii Scythæ, qui à regiis Scythis deficientes, ita in hunc locum pervenerunt. Ad hos uſque Scythas omnis regio Scythica eſt campeſtris, & ſpiſſi ſoli: reliqua dehinc lapidoſa atque ſalebroſa. Cujus regionis magno tranſmiſſo ſpatio, incolunt ſub excelſorum montium radicibus homines qui ab ipſo natali dicuntur eſſe calvi, mares pariter & fœminæ, ſimis quoque naribus, & ingenti mento: propriam quandam vocem edentes, Scythicam geſtantes veſtem: ex arboribus victitantes. cui generi arboribus nomen eſt Ponticum, magnitudo fere eadem quæ fico, fructus fabæ inſtar nucleum habens. Id ubi maturaverit, veſtibus 3 imprimunt, & quod ab eo craſſum & nigrum defluit, nomine aſchy, id & lingunt, & lacte commixtum potant. ex ipſius quoque craſſitudinis fæce maſſas ad eſum componunt. Neque enim multum eſt iis pecorum, utpote non ſtudioſis rei pecuariæ. Sub arbore quiſque cubat: per hyemem quidem, ubi arborem pileo albo firmoque contexerint: per æſtatem vero, ſine hoc pileo. His nemo mortalium injuriam infert. ſacri enim dicuntur eſſe: nihilque Martiorum armorum poſſident. Iidem & finitimorum controverſias dirimunt, & quiſquis ad eos confugit,

XXI

XXII

XXIII

1 Sed prima quidem portio eſt Sauromat. *vel, fors.* 2 *Idiov. quod ſupra vertit* ſeparata. 3 Excolant.

is à ne-

is à nemine læditur. Nomen eis eſt Argippæi. Ad hos uſque calvos ingens
XXIV quoquoverſus proſpectus eſt regionis & gentium, quæ in conſpectu ſunt ex Boryſthenis atque ex aliis Ponticis emporiis. Scythæ qui ad eos commeant, per ſeptem interpretes totidemque linguas
XXV perveniunt. Horum tenus notitia rerum habetur: at quod ſupra illos calvos eſt, nemo pro comperto referre poteſt. nam montes editi atque prærupti tranſitum interdicunt, quos nemo tranſcendit. Iſti tamen calvi referunt, (quæ apud me fidem non habent) incoli montes ab hominibus capripedibus: quos ubi tranſieris, eſſe alios qui ſenos menſes dormiant. quod ego in primis non admitto. Sed tractum illum qui ad auroram calvis eſt, ab Iſſedonibus habitari ſine ambiguitate compertum eſt. Ille vero ſuperior qui vergit ad aquilonem, 1 tam Iſſedonibus quam calvis ignotus eſt, niſi quatenus iſti ipſi dicunt. ¶ Iſſedones porro
XXVI talibus moribus uti feruntur: Quoties pater alicui decefſit, omnes ejus propinqui pecora adducunt, quæ ubi mactaverunt concideruntque, concidunt & mortuum patrem illius à quo in convivium accipiuntur, commixtiſque omnibus carnibus convivium exhibent. Caput autem defuncti 2 denudatum purgaturnque inaurant, eoque pro ſimulacro utuntur, agentes illi quotannis majores hoſtias ceremoniaſque. Hæc filius patri facit, quemadmodum Græci natalitia. Dicuntur præterea & iſti juſti eſſe, & ipſorum uxores peræque fortes ac viri. Hi & ipſi cog-
XXVII noſcuntur. Quod ſupra hos eſt, ibi aiunt Iſſedones eſſe homines unoculos, & grypes auri cuſtodes. Hoc ab eis acceperunt Scythæ, à Scythis nos cæteri accipientes, verum putamus, ac Scythice eos appellamus Arimaſpos. nam arima Scythæ unum vocant, ſpu vero oculum.
XXVIII Omnis autem quam dixi regio, adeo infeſtatur hyberna lætitia ut octo menſibus tolerari non poſſit: tale illic gelu eſt. 3 ſicubi aquam effundas, modo facias ibi lutum, facies autem ſi illic ignem accenderis. Ibidem quoque mare glaciatur, & omnis Cimmerius Boſphyrus: ſuper quam glaciem omnes qui intra foſſam incolunt Scythæ exercitus ducunt, & plauſtra agunt trans mare uſque ad Indos. Ita vis Hyberna octo menſibus perſtat, quatuor tamen menſibus reliquis frigora illic ſunt. Ubi etiam quam in cæteris regionibus conditionem habet hyems.

οὗτος δ' ἀδικέεται· οὔνομα δέ σφι ἐστὶ *Ἀργιππαῖοι. Μέχρι μέν νυν τῶν Φαλακρῶν τουτέων, πολλὴ περιφάνεια τῆς χώρης ἐστί, καὶ τὰ ἔμπροσθεν ἐθνέων. καὶ γὰρ Σκυθέων τινὲς ἀπικνέονται ἐς αὐτούς, τοὺς ἑρμηνέων πολλῶν δεῖ πάντων· καὶ Ἑλλήνων τὰ ἐκ Βορυσθενεός τε ἐμπορίου καὶ τὰ ἄλλων Ποντικῶν ἐμπορίων. Σκυθέων δὲ οἱ ἂν ἔλθωσι ἐς αὐτούς, δι' ἑπτὰ ἑρμηνέων καὶ δι' ἑπτὰ γλωσσέων διαπρήσσονται. Μέχρι μὲν δὴ τουτέων γινώσκεται. τὸ δὲ τῶν Φαλακρῶν καταύτερθε οὐδεὶς ἀτρεκέως οἶδε φράσαι· ὄρεα γὰρ ὑψηλὰ ἀπορτάμνει ἄβατα, καὶ οὐδεὶς σφεα ὑπερβαίνει. οἱ δὲ Φαλακροὶ ὅτι λέγουσι, (ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες) οἰκέειν τὰ ὄρεα αἰγίποδας ἄνδρας· ὑπερβάντι δὲ τούτους, ἄλλους ἀνθρώπους εἶναι, οἳ τὰ ἑξάμηνον κοιμέωνται· τοῦτο δὲ οὐκ εὐδέκημαι τὰ ἀρχίω· ἀλλὰ τὸ μὲν πρὸς ἑσπέρην τῶν Φαλακρῶν γινώσκεται ἀτρεκέως ταῦτα· Ἰσσηδόνων οἰκεόμενον· τὸ μέντοι καταύτερθε πρὸς βορέην ἄνεμον, καὶ γινώσκεται, ἔτι τῶν Φαλακρῶν, ἔτε τῶν Ἰσσηδόνων, εἰ μὴ ὅσα αὐτέων τουτέων λέγονται. Νόμοισι δὲ Ἰσσηδόνες, τοῖσι δὲ λέγονται χρᾶσθαι· ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνοι πατὴρ, οἱ προσήκοντες πάντες προσάγουσι πρόβατα· καὶ ἐπεῖτα ταῦτα θύσαντες, καὶ καταταμόντες τὰ κρέα, καταλάμνουσι καὶ τὸν δεκόμενον τεθνεῶτα γονέα· ἀναμίξαντες δὲ πάντα τὰ κρέα, δαῖτα προτιθέντα. τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες, ἀποχρυσοῦσι· καὶ ἔπειτα ἅτε ἀγάλματι χρέωνται, θυσίας μεγάλας ἐπετείους ἔρδουσι πατρί. παῖς δὲ πατρὶ τοῦτο ποιέει, καθάπερ οἱ Ἕλληνες τὰ γενέσια. ἄλλως δὲ δίκαιοι καὶ ὅτι λέγονται χρᾶσθαι. ἰσοκρατέες δὲ ὁμοίως αἱ γυναῖκες τοῖσι ἀνδράσι. γινώσκονται μὲν δὴ καὶ ὅτι. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτων τὸ καταύτερθε, Ἰσσηδόνες εἰσὶ οἱ λέγοντες μουνοφθάλμους ἀνθρώπους καὶ χρυσοφύλακας γρύπας εἶναι. ταῦτα δὲ τουτέων Σκύθαι ταῦτα λαβόντες λέγουσι· ταῦτα δὲ Σκυθέων ἡμεῖς οἱ ἄλλοι νενομίκαμεν, καὶ ὀνομάζομεν αὐτοὺς Σκυθιστὶ Ἀριμασπούς. ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, σπὰ δὲ, τὸν ὀφθαλμόν. Δυσχείμερος δὲ αὕτη ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα χώρη ὥστε δὴ τοι δοκέειν· ἔνθα τὲς μὲν ὀκτὼ τοὺς μῆνας ἀφόρητος οἷός τε χέεται χρυμός, καὶ τοῖσι ὕδωρ ἐκχέας, πηλὸν κου ποιήσεις· πῦρ δὲ ἀνακαίων, ποιήσεις πηλόν· ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται, καὶ ὁ Βόσπορος πᾶς ὁ Κιμμέριος. καὶ ὑπὲρ κρυστάλλου οἱ ἐπὶ τοὺς τάφρους Σκύθαι καταστιβάδας ποιεύμενοι στρατεύονται. καὶ τὰς ἁμάξας ἐπελαύνουσι πέρην ἐς τὲς Ἰνδούς. ὥστε μὲν δὴ τὲς ὀκτὼ μῆνας διαπλέει χειμὼν ἐών· τὲς δὲ δύο λοιπὸς τέσσερας ψυχέα αὐτόθι ἔστι. κεχώρισται δὲ ὁ χειμὼν τὲς τρόπους πᾶσι τοῖσι ἐν ἄλλοισι χωρίοισι γινομένοισι χειμῶν. 146

1 Neque ab illis calvis neque ab Iſſedonibus *habitari* comperitur, 2 Pilis nudatum 3 Quibus ſi aquam eff. lutum non facies; facies au. * Ἀργιμπαῖοι. Salmaſius Exercit. Plinian. p. 209.

ἐν τῷ τλὼ μὲ ὠρείλω ἐκ ὕει λόγυ ἄξιον ὠδὲν, τὸ ϑ ϑέρ⊙., ὕον ἐκ ἀνίει. βρονταί τε ἤμ⊙ τῇ ἄλλῃ γίνονται, τινιχᾶτα μὲ ὐ γίνονται, ϑέρεος ϑ ἀμφιλαφέες· λὼ ϑ χειμ῟ρ⊙. βροντὴ γίνηται, ὡς τέρας νενόμιται ϑαϋμάζεσϑ· ὡς ϑ ἢ λὼ σεισμὸς γίνηται λὼ τε ϑέρεος λὼ τε χειμῶνος ἐν τῇ Σκυθικῇ, ὡς τέρας ϑαϋμάζεται. ἵπποι ϑ ἀνέχονται φέρυσι τὸν χειμῶνα τᾶτον, ἡμίονοι ϑ ὐδὲ ὄνοι ἀνέχονται τλὼ ἀρχλύ. τῇ ϑ ἄλλῃ ἵππυι μὲ ἐν κρυμῷ ἐσεᾶτες ἀπισφακελίζυσι, ὄνοι ϑ ἢ ἡμίονοι ἀνέχνται. Δοκέει δέ μοι ἢ τὸ γλύσ τῆ βοῶν τοιαϑόλυ ἀφ' ταῦτα ὐ φύειν κέρεα αὐτόϑι. μαρτυρέει δέ μυ τῇ γνώμῃ ἢ Ὁμήρ ἔπ⊙. ἐν Ὀδισσείῃ, ἔχον ὧδε,

Καὶ Λιβύλω, ὅϑι τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ πλέϑυσι·

ὀρϑῶς εἰρημύον, ἐν τοῖσι ϑερμοῖσι ταχὺ φύεσϑαι κέρεα· ἐν ϑ τοῖσι ἰσχυροῖσι ψύχεσι ἢ ὐ φύειν κέρεα τὰ κλίνεα ἀρχήν, ἢ φύσις, φύειν μόγις. Ἐνθαῦτα μὴ νυν ἀφ' τὰ ψύχεα γίνεται ταῦτα· ϑαϋμάζω ϑ (προαδήκας γὰ δή μοι ὁ λόγ⊙. ἐξ ἀρχῆς ἐδίζετο) ὅτι ἐν τῇ Ἠλείῃ πάσῃ χώρῃ ὐ δυνέαται γίνεσϑαι ἡμίονοι, ἔτε ψυχρᾶ τᾶ χώρυ ἐόντος, ἔτε ἄλλυ φανερᾶ αἰτίυ ὐδενός. φασὶ ϑ αὐτοὶ Ἠλεῖοι ἐκ καταίρης τὰ ὐ γίνεσϑαι σφι ἡμίονυς· ἀλλ' ἐπεὰν πρόσῃ ἡ ὥρη κυίσκεσϑαι τὰς ἵππυς, ἐξελαύνυσι ἐς τὺς πλησιοχώρυς αὐτάς· καὶ ἔνεισί σφι ἐν τῇ πρὸ πόλιος ὀπηδοῖσι τὺς ὄνυς, ἐς ὃ ἂν χῶσι αἱ ἵπποι ἐν γαστρί· ἔπειτα ϑ ὀπίσω ἀπελαύνυσι. Περὶ ϑ πρὸ περῶν, πρὸ Σκύϑαι λέγυσι ἀνάπλεων εἶναι τὸν πέρα, καὶ πυκνῶν εἵνεκα ἐκ οἷοί τε εἶναι ἔτε ἰδεῖν τὸ πρόσω τᾶ ἠπείρυ, ἔτε διεξιέναι, τλώδε ἔχω περὶ αὐτέων τλὼ γνώμλω· τὰ κατύπερϑε ταύτης τῆς χώρης αἰεὶ νίφεται, ἐλάσσονι ϑ τῷ ϑέρεος· ἢ δ χειμ῟ρ⊙., ὥσπερ καὶ εἰκός. ἤδη ὧν ὅστις ἀγχόϑεν χιόνα ὁρᾷ πίπλυσαν εἶδε, οἶδε τὸ λέγω. ἔοικε γὰ ἡ χιὼν πτερύσι. καὶ ϑ τὸν χειμῶνα τᾶτον ἐόντα τοιᾶτον ἀοίκητα τὰ πρὸς βορλῶ ὄζι τᾶ ἠπείρυ ταύτης. τὰ ὧν πέρα, εἰκάζονται τλὼ χιόνα, τὺς Σκύϑας τε καὶ τὺς περιοίκυς δοκέω λέγειν. ταῦτα μὴ νυν τὰ λέγεται, μακρότατα εἰρηται. Ὑπερβορέων ϑ πέρι ἀνδρώπων ἔτε τι Σκύϑαι λέγυσι ὠδὲν, ἔτε τινες ἄλλοι πρὸ ταύτη οἰκημένων, εἰ μὴ ἄρα Ἰσσηδόνες. ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, ὐδ' ὅτοι λέγυσι ὠδέν. ἔλεγον γὰ ἂν καὶ Σκύϑαι,

nam quum tempus pluendi eſt, nihil ibi quod ſit ullius momenti, pluit: æſtate pluere non ceſſat. 1 Quinetiam tonitrua cum alibi, tum ibi nulla exiſtunt, æſtas nubila eſt: hyeme ſi fiant tonitrua pro oſtento habetur. terræmotus in Scythia ſi exiſtat ſeu æſtate ſeu hyeme, tanquam prodigium admirantur. Eam vim hyemis equi perferunt, muli aſinique neque incipientem quidem ferunt: quum tamen alibi ſtantes in gelido equi tabeſiant, aſini vero ac muli durent. Et hæc XXIX
mihi videtur eſſe cauſa cur omnino cornua bovino generi non ſuccreſcant: aſtipulante ſententiæ meæ Homeri carmine in Odyſſea, quod ita habet,

Et Libyen, ubi ſunt cornuti protinus agni.

Quod recte dictum eſt, in locis calidis mature cornua, exiſtere. at in vehementibus frigoribus aut non oriuntur ſtatim pecoribus cornua aut ſi oriuntur, vix oriuntur. In Scythia itaque hoc propter XXX
frigora contingit. Quo magis miror (ab initio enim oratio mea indagare inſtituit) cur in omni Eleo agro muli nequeant gigni, quum neque locus ſit frigidus, neque ulla alia cauſa appareat. Aiunt Eleenſes ipſi ex imprecatione quadam id ſibi contigiſſe: quumque tempus adventat conceptus equarum, ſe in loca finitima illas educere: ibi poſtquam admiſerint aſinos, 2 dumque conceperint, tunc rurſus eas reducere. De XXXI
pennis autem quibus aiunt Scythæ oppletum eſſe aerem, & idcirco non poſſe proſpici longius continentem, nec ulterius tranſiri, hæc eſt mea ſententia: 3 Quod ultra eam regionem aſſidue ningit, & (ut credibile eſt) minus æſtate quam hyeme. nam, (prout cuilibet eminus intuenti cadentem nivem copioſam liquet quod dico) nix pennis aſſimilis eſt: & propter hanc talem hyemem inhabitabilia ſunt ejus continentis loca quæ ad aquilonem ſpectant. Eoque opinor, pennas nivem eſſe interpretantes Scythas ac circumjectas gentes, ita loqui. Verum 4 ea quæ reperiuntur, longiſſime dicta ſunt. ¶ De Hyperboreis XXXII
autem hominibus neque Scythæ quippiam, neque alii ulli illic incolentium memorant, præter Iſſedones: ne ipſi quidem (ut mihi videtur) dicentes aliquid. dicerent enim & Scythæ de hoc,

1 Tonitrua quo tempore ſunt alibi, ibi non ſunt, at æſtate frequentia exiſtunt. Quòd ſi hyeme &c. 2 Et gravidæ fuerint, tunc rurſ. 3 Quæ ſunt ultra hanc regionem loca, ſemper nivoſa ſunt, minus tamen (ut rationi conſentaneum eſt) æſt. quàm hyeme. Jam vero quiſquis cadentem copioſam nivem intuitus eſt comminus, intelligit quod dico. nix enim pennis ſimilis eſt. 4 Quæ commemorantur *ab aliis*, latiſſimè expoſita ſunt.

quem-

quemadmodum de unciculis dicunt. Quanquam & ab Hesiodo de Hyperboreis mentio fit: quinetiam ab Homero in Epigonis, si tamen Homerus re vera
XXXIII fecit hos versus. Sed multo plurima de his Delii memorant, sacra alligata in triticea stipula ex Hyperboreis delata venisse ad Scythas, à Scythis deinceps finitimos accepisse, gradatimque per singulos ad 1 occasum usque: atque illinc meridiem versus dimissa, à primis Græcorum Dodonæis esse accepta, & ab his descendisse ad Meliensem sinum, pervasisseque in Euboeam, & oppidatim usque ad Carystum: ab hac vero reliquisse Andrum. Carystios enim esse qui in Tenum portarint, Tenios vero in Delum: atque ita hæc sacra in Delum aiunt perveniisse. Sed primum Hyperboreos misisse duas puellas quæ ferrent hæc sacra, quas Delii aiunt Hyperochen & Laodicen: & cum his tutelæ gratia quinque è suis popularibus, qui eas deducerent: nunc Peripherees vocatos in Delo, ubi in magno honore habentur. Sed quum isti ab Hyperboreis missi, rursus non redirent, indigne ipsos Hyperboreos tulisse, si eos quos assidue mitterent non reciperent. Ita mississe qui ferrent ad confines suos sacra in stipula tritici ligata, juberentque illos considerate mittere ad aliam nationem: atque ita hæc gradatim missa, aiunt devenisse in Delum. His ego sacris simile quiddam fieri animadverti à fœminis Thraciis atque Pæoniis, quæ in sacrificando regiæ Dianæ, non sine stipula triticea id faciunt: atque ipse vidi eas facientes. Cæterum his virgi-
XXXIV nibus Hyperboreis vita functis in Delo parentant puellæ Deliæ ac pueri, tonsis utrique crinibus: quas 2 puellæ quidem fuso involutos, supra monumentum deponunt: pueri autem ad quandam herbam applicantes, & ipsi sepulchro imponunt. Est autem monumentum intra Artemisium ad sinistram intrantibus, oleaque supra ipsum est nata. Hoc honore ab incolis Deli afficiuntur hæ
XXXV virgines. Aiunt vero iidem Argin & Opin virgines ex Hyperboreis eorundem hominum ætate, in Delum venisse, etiam priores Hyperoche & Laodice: & has quidem venisse ad reddendum Lucinæ tributum quod pro partu muturando instituerant, Argin vero & Opin una cum ipsis deis adveniisse,

plerique non remeavere, sed in Ægina sub Athenienſibus occubuere. Et ipſe dux EVrybates ſingulari certamine ter victor, quarto ſub Sophane Decelis filio oppetiit. Verum Æginetæ ſua claſſe adorti incompoſitos Athenienſes ſuperavere, eorumque naves quatuor cum ipſis pugnatoribus cepere. Et Athenienſes quidem bellum cum Æginetis contraxerant. ¶ PERSES autem quæ ipſius partes erant exequebatur, cum famulo aſſidue in memoriam redigente ut reminiſceretur Athenienſium, tum Piſiſtratidis aſſidentibus, Athenienſeſque criminantibus, tum cupiditate per hunc prætextum quo nixus erat, ſubigendi Græcos quicunque ſibi terram & aquam denegaſſent. Itaque Mardonium, qui male rem navalem geſſerat præfectura amovit, alioſque deſignatos duces adverſus Eretriam & Athenas miſit, Datin genere Medum, & Artaphernem Artaphernis fratris ſui filium, datis mandatis ut Athenas atque Eretriam diriperent, captivoſque in conſpectum adducerent. Poſtquam hi duces declarati, ab rege digreſſi, ad planitiem Ciliciæ maritimam devenere cum ingenti ac bene inſtructo exercitu, & ibi caſtra poſuere, advenerunt nauticæ copiæ omnes, ut ſingulis erant imperatæ: ad hæc hippagogæ naves, quas ſuperiore Darius anno mandaverat tributariis ſuis præparandas. In has introductis equis atque terreſtri peditatu, ſexcentis cum triremibus in Ioniam contenderunt. Hîc non recto curſu ſecundum continentem, Helleſpontum & Thraciam verſus navigabant, ſed è Samo unde ſolverant, præter Icarium, interque inſulas: præcipue quidem (ut ego ſentio) metu circumeundi Athon, quem ſuperiori anno circum navigantes, magnam jacturam fecerant: ſed & coacti propter Naxon, quam antea non cepiſſent. Ad quam poſteaquam ex Icario pelago appulſi ſunt (in hanc enim ut primum copiæ ducetentur, Perſæ urgebant) Naxii memores priorum, fuga ſe in montes concitaverunt, non auſi reſiſtere. Eorum autem quos adepti ſunt Perſæ quum in ſervitutem rapuiſſent, delubra atque urbem incenderunt. His actis ad ceteras inſulas redeunt. Hæc dum iſti agunt, Delii relicta & ipſi Delo fuga Tenum abeunt. Eo tendentes naves præcedens Datis non ſinebat ad Delum habere ſtationem, ſed trans Delum

XCIII. XCIV. XCV. XCVI.

οἱ πλεῦνες ἐκ ἀπενόσησε ὀπίσω, ἀλλ' ἐτελόυτησε ὑπ' Ἀθηναίων ἐν Αἰγίνῃ. αὐτὸς ὃ ὁ στρατηγὸς Εὐρυβάτης μονομαχέων ἐπασκέων, τρεῖς μὲ ἀνδρας τρόπῳ τοιούτῳ ἀπηλείνει, τὸν ὃ τὸ τέλαρτον Σωφάνεα. τὸ Δεκελέως ἀπεθνήσκει. Αἰγινῆται ὃ, ἔσσι ἀτάκτοισι Ἀθηναίοισι συμβαλόντες τῇσι νηυσὶ, ἐνίκησε· καὶ σφέων νέας τέσσερας αὐτοῖσι ἀνδράσι εἷλον. Ἀθηναίοισι μὲ δὴ πόλεμος συνῆπτο πρὸς Αἰγινήτας. Ὁ ὃ Πέρσης τὸ ἐωυτοῦ ἐποίεε, ὥστε ἀναμιμνήσκοντός τε αἰεὶ τοῦ θεράποντος, μεμνῆσθαί μιν τῶν Ἀθηναίων, καὶ Πεισιστρατιδέων περσκατημένων καὶ διαβαλλόντων Ἀθηναίους. ἅμα ὃ βουλόμενος ὁ Δαρεῖος, ταύτης ἐχόμενος τῆς προφάσιος, καὶ ἀστρέφεος τὴν Ἑλλάδα τοὺς μὴ δόντας αὐτῷ γῆν τε καὶ ὕδωρ, Μαρδόνιον μὲν δὴ φλαύρως πρήξαντα τῷ στόλῳ ἐπαλύει τῆς στρατηγίης· ἄλλους ὃ στρατηγοὺς ἀποδέξας, ἀπέστειλε δή τε Ἐρέτρειαν καὶ Ἀθήνας, Δᾶτίν τε, ἐόντα Μῆδον γένος, καὶ Ἀρταφέρνεα τὸν Ἀρταφέρνεος παῖδα, ἀδελφιδεὸν ἑωυτοῦ. ἐπιτελάμενος ὃ ἀπέπεμπε ἐξανδραποδισομένους Ἀθήνας καὶ Ἐρέτρειαν, ἄγειν ἑωυτῷ ἐς ὄψιν τοὺς ἀνδραπόδα. Ὡς ὃ οἱ στρατηγοὶ ἕτοι οἱ ἀποδεχθέντες προθύμως ἐπὶ βασιλῆος, ἀπικνέοντο ἐς Κιλικίης ἐς τὸ Ἀλήϊον πεδίον, ἅμα ἀγόμενοι στρατὸν πολλὸν πεζὸν οὗ ἐσκευασμένον, ἐνθαῦτα προπεδευομένοισι ἐπῆλθε ἡ ναυτικὴ πᾶς στρατὸς ὁ ἐπιλεχθεὶς ἐκ πάσοισι, παρεγένοντο ὃ καὶ αἱ ἱππαγωγοὶ νέες, τὰς τῷ πρότερῳ ἔτεϊ περέπεμπε τοῖσι ἑωυτοῦ δασμοφόροισι Δαρεῖος ἑτοιμάζειν. ἐσβαλόμενοι ὃ τοὺς ἵππους ἐς ταύτας, καὶ τὸν πεζὸν στρατὸν ἐσβιβάσαντες ἐς τὰς νέας, ἔπλεον ἐξακοσίοισι τριήρεσι ἐς τὸν Ἰωνίδα. ἐνθεῦτεν ὃ διὰ τοῦ πόντου ἔπλεον ἔχοντες τὰς νέας ἐν δεξιῇ τὴν Ἑλλησπόντου καὶ τὴν Θρηίκην, ἀλλ' ἐκ Σάμου ὁρμεώμενοι, διὰ τε Ἰκάριον καὶ διὰ νήσων τὸν πλόον ἐποιεῦντο. ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέει, δείσαντες μάλιστα τὸν περὶ Δῆλον πλόον ἔπλωον Ἄθω, ὅτι τῷ πρότερῳ ἔτεϊ ποιεύμενοι ταύτῃσι τὴν κομιδὴν, μεγάλως περσέπαρε· περὶ ὃ, καὶ ἡ Νάξος σφέας ἐπάλησε, πρότερον ἐκ ἀλῶσα. Ἕως ὃ ἐκ τῆς Ἰκαρίης πελάγεος περσφερόμενοι περσέμιξαν τῇ Νάξῳ (ὅτι ταύτῃσι καὶ δὴ πρώτῃσι ἔσχον στρατιὴν οἱ Πέρσαι) μεμνημένοι τῶν πρότερον οἱ Νάξιοι, περὶ τὰ ὄρεα οἴχοντο φεύγοντες, οὐδὲ ὑπέμειναν. οἱ ὃ Πέρσαι ἀνδραποδισάμενοι τοὺς κατέλαβον αὐτέων, ἐνέπρησε καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὸ πόλιν. ταῦτα ὃ ποιήσαντες ὅπι τὰς ἄλλας νήσους ἀνάγοντο. Ἐν ᾧ ὃ ἕτοι ταῦτα ἐποίευν, οἱ Δήλιοι, ἐκλιπόντες καὶ αὐτοὶ τὴν Δῆλον, οἴχοντο φεύγοντες ἐς Τῆνον. τὴν ὃ στρατιὴν καταπλεύσας, ὁ Δᾶτις περιπλώσας, οὐκ ἔα τὰς νέας πρὸς τὴν Δῆλον προσορμίζεσθαι, ἀλλὰ πρόσω

231

πρὸς τὴν Δῆλον προσορμίζεσθαι, ἀλλὰ πρόσω

ἐν τῇ Ῥηναίῃ αὐτὸς ὁ πυθόμενος ἵνα ἔης οἱ Δή-
"λιοι, πέμπων κήρυκα, ἐπορεύσφι τάδε, Αν-
"δρες ἱροί, τί φεύγοντες οἰχεσθε, οὐκ ὀπίσω
"καταγνόντες καὶ ἐμεῦ; ἐγὼ γὰρ κὴ αὐτὸς ἐπὶ
τεσσεράκοντα. "πρόθυμός γε φρονέω, καὶ μοι ἐκ βασιλῆος
"ὧδε ἐπέσταλται· ἐν ἣ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ ἐγε-
"νοντο, ταύτῃσι μηδὲν σίνεσθαι, μήτε αὐτῇσι τῇσι
"χώρῃσι μήτε τοῖσι οἰκήτορας αὐτῆς. Νεῦ ὦν κὴ
ἄπιτε ἐπὶ τὰ ὑμέτερα αὐτέων, κὴ τῇσι νήσοισι νέ-
μεσθε. ταῦτα μὲν ἐπεκηρυκεύσατο τοῖσι Δη-
λίοισι· μετὰ δέ, λιβανωτοῦ τετραπλόσια τάλαντα
καταπρήσας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ἐθυμίησε. Δᾶτις μὲν
δὴ ταῦτα πρήσας, ἔπλεε ἅμα τῷ ἔαρι τῷ
ἐπὶ τὴν Ἐρέτριαν πρῶτα· ἅμα ἀναμὺξ κὴ
Ἴωνας κὴ Αἰολέας ἄγων· ὁ δὲ τότε νεωτὶ ἐξ-
αναχθέντα, Δῆλον ἐκίνησε, ὡς λέγουσι
Δήλιοι, κὴ πρῶτα κὴ ὕστατα, τὰ μέχρι ἐμέο ἐ-
σεισθεῖσα. κὴ τοῦτο μὲν ἐκ θεοῦ ἀνθρώποισι
τοῖσι μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν ἔφηνε ὁ θεός. ὅτι
γὰρ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος, κὴ Ξέρξεω τοῦ Δα-
ρείου, κὴ Ἀρτοξέρξεω τοῦ Ξέρξεω, τριῶν τοι-
τέων ἐπεξῆς γενεέων, ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ
Ἑλλάδι ἢ ὅσα ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ
Δαρείου γενομένας· τὰ μὲν, ἀπὸ τῶν Περσέων
αὐτῶν γενόμενα, τὰ δὲ, ἀπ' αὐτέων τῶν κορυ-
φαίων τοῦ ἀρχῆς πολεμούντων. ὥστε οὐδὲν
λύει ἀεικὲς κινηθεῖσαν Δῆλον, τοιῶδε ἔπος
ἀκίνητον. κὴ ἐν χρησμῷ δὲ γεγραμμένον
τοῦδε αὐτῆς ὧδε,

Κινήσω κὴ Δῆλον, ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν.

δύνασθαι δὲ κεῖ Ἑλλάδα γλῶσσαν ταῦτα τὰ
ὀνόματα, Δαρεῖος, ἐρξείης· Ξέρξης, ἀρηΐος·
Ἀρτοξέρξης, μέγας ἀρήιος. τούτους μὲν τοὺς
βασιλέας ὧδε ἂν ὀρθῶς κεῖ γλῶσσαν τὸ σφε-
τέρῳ Ἕλλῃνες καλέοιεν. Οἱ δὲ βάρβαροι
ὡς ἀπῆραν ἐκ τῆς Δήλου, περσίσχον πρὸς τὰς
νήσους. ἐνθεῦτεν δὲ στρατιὴν παρελάμβα-
νον, κὴ ὁμήρους τῶν νησιωτέων παῖδας ἐλάμβα-
νον· ὡς δὲ περιπλέοντες τὰς νήσους, περσέσχον
κὴ ἐς Κάρυστον, οὐ γὰρ δή σφι οἱ Καρύστιοι ὅτε ὁμή-
ρους ἐδίδοσαν, ὅτε ἔφασαν ὅτι πόλις ἀσυγκέτους
στρατιὰς, λέγοντες Ἐρέτριάν τε κὴ Ἀθη-
ναίους, ὅτι ταῦτα τούτους ἐπιλύρκεόν τε κὴ τὴν γῆν
σφέων ἔκειρον. ἐς ὃ κὴ οἱ Καρύστιοι παρέσπασ
ἐς τῶν Περσέων τὸν γνώμην. Ἐρετριέες δὲ,
πυνθανόμενοι τὸν στρατὸν τὸν Περσικὸν
ὅτι σφέας ὅπλευσε, Ἀθηναίων ἐδεήθησαν
σφίσι βοηθοὺς γενέσθαι. Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἀπεί-
παντο τὸν ὁπικουρίην, ἀλλὰ τοὺς τεσσερακοσι-
λίους κληρουχέοντας τῶν ἱππέων Χαλ-
κιδέων τὸν χώρην, τούτους σφι διδοῦσι τιμωρούς.
τούτων σφι τὴν χώ-
ρην, διδ. τῶν δὲ Ἐρετριέων τὸν ἄκρα τὴν οὐδὲν ὑγιὲς βάλλε-
ται, οἱ μετεπέμποντο μὲν Ἀθηναίους, ἐφρόνεον δὲ διφασίας ἰδέας. οἱ μὲν γὰρ Αὐλέων ἐβου-
λεύοντο ἐκλιπεῖν τὸν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίης·

apud Rheneam. Et ſimul cognito ubi Delii eſſent, miſſo caduceatore his eos verbis affatus eſt, Viri ſacri, quid fuga abiiſtis, non pro merito de me male opinantes? Ego enim & ipſe mea ſponte animatus ſum, & ab rege juſſus, quo in loco duo dii geniti ſunt, nequid aut eum locum aut ejus incolas lædam. Redite igitur ad veſtra ipſorum, & incolite inſulam. Hæc Deliis per caduceatorem dixit: mox trecentas thuris libras ſuper aram aggeſtas adolevit. His XCVIII. actis adverſus Eretriam primum navigavit, ſimul omnem claſſem, ſimul Ionas pariter atque Æoles agens. Statimque ab illius digreſſu Delos tremuit (ut Delii aiunt) ad meam uſq; ætatem tunc & primum & poſtremum commota, deo mala ventura hominibus portendente. Nam ſub Dario Hyſtaſpis, & Xerxe Darii, & Artaxerxe Xerxis filio, tribus iis deinceps ætatibus, plus malorum paſſa eſt Græcia quam viginti aliis ante Darium ætatibus, partim a Perſis, partim ab ipſis primoribus de principatu bellantibus: ut non abre Delos commota ſit, prius immobilis: de qua in oraculo ita ſcriptum erat,

Et Delon, quamvis ſit adhuc immota, movebo:

Et ſane in Græca lingua pollent hæc nomina. Darius idem quod ἐρξείης *id eſt coercitor:* Xerxes, idem quod ἀρήιος, *id eſt bellator, adverbium martius:* Artoxerxes, idem quod μέγας ἀρήιος, *id eſt magnus bellator*, Barbari, poſtquam a Delo ad XCIX. alias inſulas profecti ſunt, ſumebant illinc tum copias tum liberos inſulanorum obſides. Ut vero inſulas præternavigantes, Caryſtum appulerunt, Caryſtiiq; negarunt ſe vel obſides daturos vel militaturos adverſus vicinas civitates (videlicet Athenas & Eretriam ſignificãtes) Caryſtii tamdiu obſeſſi ſunt, eorumque ager vaſtatus, donec in deditionem Perſarum venerunt. Eretrienſes autem audito Perſarum exercitum adverſum ſe venire, auxilia ab Athenienſibus imploravere. Quibus non deneganda auxilia rati Athenienſes, miſerunt ſubſidio illis ea quatuor millia hominum qui Chalcidenſium equitum obtinuerant prædia. Sed Eretrienſium haud quaquam ſyncerum erat conſilium, qui tametſi accerſebant Athenienſes, tamen ancipiti ſententia vacillabant: quibuſdam eorum cenſentibus urbem deſerendam, & in cacumina Euboeæ eundum: quibuſ-

dam,

dam, qui propria lucra à Perſis expectarent, proditionem molientibus. Horum utrorumque animos animadvertens Æſchines Nothonis filius, Eretrienſium primarius, patefecit Athenienſibus omnem præſentium rerum ſtatum, oravitque ut domum abirent, ne una cum illis occumberent. Hæc conſulenti Æſchini obtemperantes Athenienſes, illinc in Oropum transgreſſi,
CI. ſalutem ſibi pepererunt. At Perſæ eo advecti, naves oræ Eretricæ ad fanum & Chœreas & Ægilia applicuerunt: potitique his locis, continuo equos expoſuere, & tanquam cum hoſtibus conflicturi ſe inſtruxere. Aduerſus quos non decreverunt Eretrienſes ſibi eſſe prodeundum: ſed quandoquidem ſententia de urbe non deſerenda evicerat, merito dabant operam ut mœnia cuſtodirent. Adorientibus autem ea Perſis, acri pugna per ſex dies certatum eſt: multiſque utrinq; cadentibus, ſeptimo die EUphorbus Alcimachi filius, & Philagrus Cynei, inter populares ſuos viri ſpectati, filius, urbem hoſtibus prodidere. Quam ingreſſi Perſæ, poſtquam templa ſpoliavere, incenderunt, in ultionem eorum templorum quæ Sardibus deflagrauerant, hominibus juſſu Darii in ſervitutem captis. ¶ Potiti
CII. Eretria, & aliquot illic dies morati, in Atticam navigaverunt, tuncque magnam partem vaſtaverunt, rati idem facturos Athenienſes quod Eretrienſes feciſſent, etenim erat locus Atticæ Marathon proxime Eretriam, ad equitandum opportuniſſimus, quo illos Hippias
CIII. Piſiſtrati filius deducebat. Eodem Athenienſes & ipſi re audita ad vim arcendam proceſſerunt, decem præfectis ſibi ducibus: quorum decimus erat Miltiades, cujus patrem Cimonem Steſagoræ filium fugere ex Athenis Piſiſtratum Hippocratis contigerat, & dum fugit, obtinere Olympiadem quadrijugo certamine: quam victoriam muneris gratia tranſtulit in Miltiadem ex matre germanum: proximaque Olympiade eiſdem equabus aliam Olympiadem quum viciſſet, a filiis Piſiſtrati interfectus eſt, non jam vivo Piſiſtrato. Interfectus eſt autem ad Prytaneum, noctu ſummiſſis percuſſoribus, ſepultuſque ante urbem trans viam quæ vocatur Diacœle: & è regione ſepultæ ſunt equæ illæ quæ tres Olympiacas victorias

ἄλλοι ὦ ἀυλίεων, ἴδια κέρδεα προσδεκόμενοι παρὰ τῶ Πέρσεω οἴσειν, προδοσίην ἐσκευάζοντο. μαθὼν ὦ τυτέων ἕκαστα ὡς εἶχε Αἰσχίνης ὁ Νόθωνος, ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα, φράζει τοῖσι ἥκουσι τῶν Ἀθηναίων πάντα τὰ παρεόντα σφι πρήγματα. προσδέκετό τε ἀπαλλάσσεσθαι σφέας ἐς τὴν σφετέρην, ἵναμὴ προσαπόλωνται. οἱ ὦ Ἀθηναῖοι ταῦτα Αἰσχίνῃ συμβουλεύσαντι πείθονται, καὶ ἕως μὲν ἀπέβαινον ἐς Ὠρωπόν, ἔσωζον σφέας αὐτούς. Οἱ ὦ Πέρσαι πλέοντες κατέσχον τὰς νέας τῆς Ἐρετρικῆς χώρης κατὰ τέμενος, καὶ Χοιρέας, καὶ Αἰγίλια. καταβάντες ὦ ἐς ταῦτα τὰ χωρία, αὐτίκα ἵππους τε ἐξεβάλλοντο, καὶ παρεσκευάζοντο ὡς προσιοῦσι μαχεσομένοισι τοῖσι ἐναντίοισι. οἱ ὦ Ἐρετριέες ἐπεξελθεῖν μὲν καὶ μάχεσθαι οὐκ ἐπιεῦντο βουλῇ, εἴκως ὦ ἀπεφυλάξατο τὰ τείχεα, τούτῳ σφι ἔμελε πέρι, ἐπεί τε ἐνίκα μὴ ἁλίσκεσθαι τὴν πόλιν, προσβολῇσι ὦ γενομένῃσι χαρτερῇσι πρὸς τὸ τεῖχος, ἔπιπτον μὲν ἐπὶ ἑξ ἡμέρας πολλοὶ μὲν ἀμφοτέρων· τῇ ὦ ἑβδόμῃ Εὐφορβός τε ὁ Ἀλκιμάχου, καὶ Φίλαγρος ὁ Κυνέου, ἄνδρες τῶν ἀστῶν δόκιμοι, προδιδοῦσι τοῖσι Πέρσῃσι τὴν πόλιν· οἱ ὦ, ἐπελθόντες ἐς τὴν πόλιν, τοῦτο μὲν, τὰ ἱερὰ συλήσαντες ἐνέπρησαν, ἀποτιννύμενοι τὰ ἐν Σάρδισι κατακαυθέντων ἱρῶν· τοῦτο ὦ, τοὺς ἀνθρώπους ἠνδραποδίσαντο, κατὰ τὰς Δαρείου ἐντολάς. Χειρωσάμενοι ὦ τὴν Ἐρέτριαν, καὶ ἐς γῆν διαπρήσαντες ὀλίγας ἡμέρας, ἔπλεον ἐς τὴν Ἀττικὴν, κατέργοντές τε πολλὸν, καὶ δοκέοντες ταῦτα τοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν τὰ καὶ τοὺς Ἐρετριέας ἐποίησαν. καὶ, ὡς ὦ ὁ Μαραθὼν εὐπετέστατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἀντιπρόσωπον ἦν, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης, ἐς τοῦτό σφι κατηγέετο Ἱππίης ὁ Πεισιστράτου. Ἀθηναῖοι ὦ ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, ἐβοήθεον καὶ αὐτοὶ ἐς τὸ Μαραθῶνα· ἦρχον δὲ σφέων στρατηγοὶ δέκα· τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης, τοῦ τὸν πατέρα Κίμωνα τὸν Στησαγόρεω κατέλαβε φυγεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων Πεισιστρατίδας τὸν Ἱπποκράτεος· καὶ αὐτῷ φεύγοντι, ὀλυμπάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνέβη· καὶ ταύτῃσι μὲν τὸν νίκῃσι ἀνελόμενον μὲν, τοῦτο ὑξενείκασε τῷ ὁμοπατρίῳ ἀδελφεῷ Μιλτιάδῃ. μετὰ ὦ, τῇ ὑστέρῃ ὀλυμπάδι τοῖσι αὐτοῖσι ἵπποισι νικῶν, ἐφθόνησε Πεισιστράτῳ ἀναιρηχθῆναι· καὶ τὸν νίκην παρεὶς τούτῳ, κατῆλθε ὀπίσω τὰ ἑωυτοῦ κομισόμενος. καί μιν ἀνελόμενον τοῖσι αὐτοῖσι ἵπποισι ἄλλην ὀλυμπάδα, κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, οὐκέτι ἐόντα ἐν τῷ αἰῶνι. κλέησι ὦ

ἕτοι μὲν καὶ τὸ πρυτανήιον, νυκτὸς ὑπεκκαύσαντες ἄνδρες. τέθαπται ὦ Κίμων πρὸ τοῦ ἄστεος, πέρην τοῦ Ἁλκμεωνίδεω καλεομένου ὁδοῦ. κατάντιον δ' αὐτοῦ αἱ ἵπποι τεθάφαται αὐτέων αἱ τρεῖς ὀλυμπιάδας

233. ἀνελόμενοι· ἐπὶ τῇσι δὴ καὶ ἄλλαι ἵπποι ἤνδησαν τὠυτὸ τοῦτο Εὐαγόρεω Λάκωνος· πλέω δὲ τούτων, ἑπτά. ὁ μὲν δὴ πρεσβύτερος τῶν παίδων τῶν Κίμωνι Στησαγόρης ἐὼν τυγχάνει τὰ πάτρια ἔχων ἀπὸ τοῦ πατρὸς Μιλτιάδεω τρεφόμενος ἐν τῇ Χερσονήσῳ· ὁ δὲ νεώτερος παρ' αὐτῷ Κίμωνι Ἀθηναίοισι, τὸ οὔνομα ἔχων ἀπὸ τοῦ οἰκηίου τοῦ Χερσινήσου Μιλτιάδεω, Μιλτιάδης. Οὗτος δὴ ὦν τότε ὁ Μιλτιάδης ἅτε ἐκ τῆς Χερσονήσου, ἐκπεφευγὼς δισσὸν θάνατον, ἐστρατήγεε Ἀθηναίων. ἅμα μὲν γὰρ, οἱ Φοίνικες αὐτοῦ οἱ ὑποδιώξαντες μέχρι Ἴμβρου, πολλῷ ἐπιεύντο λαβεῖν τε καὶ ἀναγαγεῖν παρὰ βασιλέα· ἅμα δὲ, ἐκφυγόντα τε τούτους, καὶ ἀπικόμενον ἐς τὰ ἑωυτοῦ, δικαιοῦντά τε εἶναι ἐν σωτηρίῃ ἤδη τὸ ἐνθεῦτεν μὲν οἱ ἐχθροὶ ὑποδεξάμενοι, ὑπὸ δικαστήριον αὐτὸν ἐσαγαγόντες, ἐδίωξαν τυραννίδος τῆς ἐν Χερσονήσῳ. ἀπιφυγὼν δὲ καὶ τούτους, στρατηγὸς ἦτε Ἀθηναίων ἀπεδέχθη, αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου. Καὶ πρῶτα μὲν, ἐόντες ἔτι ἐν τῷ ἄστεϊ οἱ στρατηγοὶ, ἀπέπεμψαν ἐς Σπάρτην κήρυκα Φειδιππίδην, Ἀθηναῖον μὲν ἄνδρα, ἄλλως δὲ ἡμεροδρόμον τε καὶ τοῦτο μελετῶντα. τῷ δὴ (ὡς αὐτός τε ἔλεγε Φειδιππίδης, καὶ Ἀθηναίοισι ἀπήγγελε) ἐνέτυχε τὸ Παρθένιον ὄρος τὸ ὑπὲρ Τεγέης ὁ Πὰν ὀνομαστὶ καλέει. βώσαντα δὲ τὸν τοῦ Φειδιππίδεω τὸν Πᾶνα, Ἀθηναίοισι κελεύσαι ἀπαγγεῖλαι διότι ἑωυτῷ ὑδεμίην ὀπιμέλειαν ποιεῦνται, ἐόντι δοκέει ἤδη Ἀθηναίοισι, καὶ πολλαχῇ γενομένῳ ἤδη σφίσι χρησίμῳ, τάδε τε καὶ ἐσαῦθις. καὶ ταῦτα μὲν Ἀθηναῖοι, καλαστάντων σφίσι ἔτι ἤδη τῶν πρηγμάτων, πιστεύσαντες εἶναι ἀληθέα, ἱδρύσαντο ὑπὸ τῇ ἀκροπόλι Πανὸς ἱρὸν, καὶ αὖτις ἀπὸ ταύτης τῆς ἀγγελίης θυσίῃσι ἐπετείῃσι καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται. Τότε δὲ πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ὁ Φειδιππίδης δεύτερος, ὅτε περὶ οἱ ἔφη καὶ τὸν Πᾶνα φανῆναι, δουλεσίους ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἄσεος ἦν ἐν Σπάρτῃ. "Ἀπικόμενος δὲ δὴ τοὺς ἄρχοντας ἔλεγε, Ὦ Λακεδαιμόνιοι, Ἀθηναῖοι ὑμέων δέονται σφίσι βοηθῆσαι, καὶ μὴ περιιδεῖν πόλιν ἀρχαιοτάτην ἐν τοῖσι Ἕλλησι δυλοσυνῃ περισσυσαν πρὸς ἀνδρῶν βαρβάρων. καὶ γὰρ Ἐρετριά τε νῦν ἠνδραποδίσται, καὶ πόλι λογίμῳ ἡ Ἑλλὰς γένοντο ἀδενεστέρη. ὁ μὲν δὴ σφι τὰ ἐντεταλμένα ἀπήγγελε· τοῖσι δὲ ἔδοξε μὲν βοηθέειν Ἀθηναίοισι, ἀδυνατέοντα δὲ σφι ἦν τοιαῦτα ποιέειν ταῦτα, βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον. ἦν γὰρ ἰσταμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη· εἰνάτῃ δὲ

ἡμεροδρόμος

CIV. reportarant. Idem quod istæ, jam aliæ equæ fecerant, quæ fuerunt Evagoræ Laconis: aliæ præterea nullæ. Per idem tempus major natu filiorum Cimonis Stesagoras, apud Miltiadem patruum in Chersoneso educabatur: minor autem apud ipsum Cimonem Athenis erat, nomen habens à Miltiade Chersoneti conditore. Hic igitur Miltiades è Chersoneso tunc profectus, dux Athenienſium erat, è duplici cæde elapsus: semel, quum eum Phœnices usque ad Imbrum persequuti sunt, magni facientes capere hominem ut ad regem perducerent: iterum, quum ab iis elapsum, domum suam reversum, ac se reducem esse existimantem, inimici sui exceperunt, & ad judicium deduxerunt, accusantes occupatæ in Chersoneso tyrannidis. Hoc reatu liberatus,

CV. suffragiis populi dux declaratus est. Duces autem quum adhuc in urbe essent, ante omnia legatum Spartam mittunt Phidippidem, illum quidem Athenienſem, sed tabellariam operam factitantem. Huic Phidippidi, ut ipse refert, & Athenienſibus renunciavit, circa Parthenium montem, qui supra Tegeam est, obvius fuit Pan: compellatoque nominatim Phidippide, jussit nunciari Athenienſibus quid ita illi nullam gererent curam sui, qui bene ipsis vellet, quique jam sæpenumero de eis bene meritus fuisset atque etiam futurus esset. His verbis fide habita, Athenienses, quod eorum jam status erat bene constitutus, extruxerunt sub arce templum Panis: illique annuis hostiis, ex quo nuncium accepere, sacrificant, & ardenti candelabro supplicant. Phi-

CVI. dippides autem hic qui sibi Pana dixit apparuisse tunc quum à ducibus missus est,[1] iterum Athenis egressus, Spartam pervenit, adienſque magistratus, Lacedæmonii, inquit, orant vos Athenienses ut sibi opem feratis, nec civitatem inter Græcos vetustissimam contemnatis, in discrimen adductã, ne barbaris viris serviat. Etenim Eretria direpta est, insigniq; civitate Græcia imbecillior reddita. His mandatis à Phidippide expositis, placebat quidm Lacedæmoniis opem ferre Athenienſibus: sed id sibi impossibile confestim facere erat, nolentibus legem rumpere nam erat nonus dies instantis mensis, quo die

---

1 Postridie quam Athenis egressus est. *Ad verbum, Secundanus ex Athenienſium urbe fuit Spartæ. At Valla* δευτεραῖος *accepit pro* δεύτερον. *Sic infra in hoc eodem libro,* τριταῖοι ἐκ Σπάρτης ἐχώρεον ἐς τὴν Ἀττικήν.

negabant

negabant se progressuros, nec nisi orbe lunari impleto. Et isti quidem plenilunium expectabant. CVII. Hippiæ autem Pisistrati filio, qui barbaros in Marathonem perducebat, visum hoc in somnis superiore nocte oblatum est: Videbatur sibi Hippias cum matre concumbere. Quo ex somnio conjectabat fore ut reversus Athenas, ac recepto dominatu senex domi suæ obiret. Hunc in modum interpretabatur visum suum. Dum autem prædam Eretriensem quam deposuerat, in insulam Styreorum nomine Ægileam, reportat, dumque naves ad Marathonem appulsas in stationibus locat, ac barbaros in terram egressos disponit, ei talia administranti contigit sternutatio, tussisque solito vehementior, vnde concussis ejus, utpote senis, plerisque dentibus, unus illorum ex violentia tussiendi excussus est, & in arenam delapsus: qui magna adhibita ad inveniendum diligentia, quum tamen non appareret, suspirans Hippias, ad eos qui aderant ait, Hæc terra non est nostra, nec eam poterimus nobis subjectam efficere, [1] sed tantummodo partem, quantum spatii dens qui mihi aderat, obtinet. Huc Hippias suam visionem CVIII. interpretabatur evasisse. Athenienses autem apud Herculis fanum instructis supervenere auxilio Platæenses, omni cum populo, qui sese Athenienses dediderant, & pro quibus frequentes jam labores susceperant Athenienses: dediderant autem sese hoc modo: Quum à Thebanis premerentur Platæenses, primum Cleomeni Anaxandridæ, qui intervenerat, atque Lacedæmoniis sese dediderant: à quibus tamen recepti non sunt, hac oratione utentibus, A nobis qui procul habitamus, frigidum quoddam fuerit vobis auxilium. nam priusquã nostrûm quisquam audiat, possitis occupati ab hostibus sæpe expugnari. Suademus autem ut volipsos Athenienses dedatis, vicinis pariter & ad tutandum non invalidis. Hoc Lacedæmonii non tam consulebant Platæensibus quod eis bene vellent, quam quod optarent Athenienses defatigari Bœotio bello. Id suadentibus Lacedæmoniis non adversati Platæenses, aditis Athenienses, dum rem divinam duodecim diis faciunt, eis ad aram suppliciter sedentes sese dediderunt. Aduersus quos Thebani re audita

οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν, μὴ οὐ πληρεῶν ἐόντων τῶν κύκλων. ἦσαν μὲν νυν τοῦ πανσέληνον ἔμενον. Τοῖσι δὲ βαρβάροισι καὶ ηγέετο Ἱππίης ὁ Πεισιστράτου ἐς τὸ Μαραθῶνα, τὸ παροιχομένης νυκτὸς ὄψιν ἰδὼν ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε· ἐδόκεε ὁ Ἱππίης τῇ μητρὶ τῇ ἑωυτοῦ συνευνηθῆναι. συνεβάλλετο ὧν ἐκ τοῦ ὀνείρου, καὶ ἐλθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἀνασωσάμενος τὴν ἀρχήν, τελευτήσειν ἐν τῇ ἑωυτοῦ γηραιός. ἐκ μὲν δὴ τοῦ ὄψιος συνεβάλλετο ταῦτα. τότε δὲ κατηγεόμενος, τοῦτο μέν, τὰ ἀνδραπόδια τὰ ἐξ Ἐρετρείης ἀπέβησε ἐς τὴν νῆσον τὴν Στυρέων, καλεομένην δὲ Αἰγίλειαν· τοῦτο δέ, καταγόμενος ἐς τὸ Μαραθῶνα τὰς νέας ὥρμιζε καὶ διέτασσε. ἐκβάντας δὲ ἐς τὴν γῆν τὰς βαρβάρους διέτασσε. καί οἱ ταῦτα διατάσσοντι ἐσῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνως ἢ ὡς εἰώθεε· ὁ δὲ πρεσβύτερος ἐὼν, τῶν ὀδόντων οἱ πλεῦνες ἐσείοντο. τυλέων δὲ ἕνα τῶν ὀδόντων ἐκβάλλει κατὰ βῆμα βῆξας. ἐκπεσόντα δὲ ἐς τὴν ψάμμον αὐτῦ, ἐπιμελέως πολλὴν ἀνεδὴν ἐξεύρειν. ὡς δὲ οὐκ εφαίνετό οἱ ὁ ὀδὺς, ἀναστενάξας, εἶπε πρὸς τοὺς παρεστεῶτας, Ἡ γῆ ἥδε οὐκ ἡμετέρη ἔῤῥι, οὐδέ μιν δυνησόμεθα καταστρέψασθαι. ὁκόσον δέ τι μοι μέρος μετῆν, ὁ ὀδὺς μετέσχε. Ἱππίης μὲν δὴ ταύτῃ τῇ ὄψι συνεβάλλετο ἐξεληλυθέναι. Ἀλωπεκίοισι δὲ τοῖσι παρὰ θαλάσσιοισι ἐν τεμένεϊ Ἡρακλέος, ἐπιλύδιον βοηθέοντες Πλαταιέες παρεγένοντο. καὶ δὴ καὶ ἐδεδώκεσαν σφέας αὐτοὺς τοῖσι Ἀθηναίοισι οἱ Πλαταιέες, καὶ πόνους κατὰ αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι συχνοὺς ἤδη ἀναιρέοντο. ἔδοσαν δὲ ὧδε. πεζόμαχοι κατὰ Θηβαίων οἱ Πλαταιέες, ἐδίδοσαν πρῶτα μὲν τοῖσι Κλεομένεϊ τε τῷ Ἀναξανδρείδεω καὶ Λακεδαιμονίοισι σφέας αὐτούς. οἱ δέ, ἐθελόντων, ἔλεγόν σφι τάδε, Ἡμεῖς μὲν ἑκατέρωθέν τε οἰκέομεν, καὶ ὑμῖν τοιόνδε τι γίνεται ἂν ὀπωρίζειν ψυχρόν. φθαίητε γὰρ ἄν πολλάκις ἐξανδραποδισθέντες ἢ τινα πυθέσθαι ἡμέων. συμβουλεύομεν δὲ ὑμῖν δόντας ὑμέας αὐτοὺς Ἀθηναίοισι, πλησιοχώροισί τε ἀνδράσι, καὶ τιμωρέειν ἐοῦσι εὖ καὶ οἷοισι. ταῦτα συνεβούλευον οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐν δυνοίην ὅτῳ τρόπῳ Πλαταιέων, ὡς βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἔχειν πόνους, συνεστεῶτας Βοιωτοῖσι. Λακεδαιμόνιοι μὲν νυν Πλαταιεῦσι ταῦτα συνεβούλευον· οἱ δὲ οὐκ ἐπίστευσαν, ἀλλ' Ἀθηναίων ἱρὰ παιόντων τοῖσι δώδεκα θεοῖσι, ἱκέται ἱζόμενοι δὴ τὸν βωμὸν, ἐδίδοσάν σφέας αὐτούς. Θηβαῖοι δὲ πυθόμενοι ταῦτα,

1. Sed eam illius portionem quæ ad me pertinebat, dens possidet.

ἐς ἐωυτοὺς ὅτι τὴν Πλαταιέων. Ἀθηναῖοι δὲ σφι ἐβοήθεον. μελλόντων δὲ σφέων συνάψειν μάχην, Κορίνθιοι ἐ αἰδεῖσθαι· αὐτυχέοντες ἤ, ἢ καταλλάξαντες, ὅπῃ ρεφάνην ἀμφοτέρων, ἔρεις τ χώρην ἔτι τοῖς δε· ἐὰν Θηβαίους Βοιωτῶν τοὺς μὴ βουλομένους ἐς Βοιωτοὺς τελέειν. Κορίνθιοι μὲ δὴ ταῦτα γνόντες ἀπαλλάσσοντο. Ἀθηναίοισι ἤ ἀπιοῦσι ἐπεδήκαντο Βοιωτοί· ὑπερέμβοι ἤ, ἐσπίπτῃς τῇ μάχῃ. ὑποβάντες ἤ οἱ Ἀθηναῖοι τὰς οἱ Κορίνθιοι ἔθηκαν Πλαταιεῦσι ἐς ὅρους, τούτους ὑποβάντες, τ Ἀσωπὸν αὐτῶν ἐπισάντο ὅρον Θηβαίοισι πρὸς Πλαταιέας ἐς ἢ Ὑσιάς. ἔδοξε μὲ δὴ οἱ Πλαταιέες σφέας αὐτὸς Ἀθηναίοισι τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ· ἦκον ἤ τότε ἐς Μαραθῶνα βοηθέοντες. Τοῖσι ἤ Ἀθηναίων στρατηγοῖσι ἐγίνοντο δίχα αἱ γνῶμαι· τῷ μὲ, μὴ ἐῶντων συμβάλλειν· (ὀλίγους γὰ ἐς μιῇ τῇ Μήδων συμβαλέειν) τ ἤ, ἢ Μιλτιάδεω, κελευόντων. ὡς ἤ δίχα ἐγίνοντο, ἢ νίκα ἡ χείρων τ γνωμέων, ἐνδώσων, ἦν γὰ ἐνδέκατος Ἀφιδνάῳθεν φυλοβασιλεύς· ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν· (τοπαλαιὸν γὰ Ἀθηναῖοι ὁμόψηφον τ πολέμαρχον ἐποιεῦντο τοῖσι στρατηγοῖσι) ἐὼ ἤ τότε πολέμαρχος Καλλίμαχος Ἀφιδνάῳθεν· πρὸς τοῦτον ἐλθὼν Μιλτιάδης, ἔλεγε τάδε, Ἐν σοὶ νῦ Καλλίμαχε ἔστι ἢ καταδουλῶσαι Ἀθήνας, ἢ ἐλευθέρας ποιήσαντα, μνημόσυνον λιπέσθαι ἐς τ ἄ. ἄνδ. c. οἷα ἐδὲ. ἐς τοὺς ἅπαντα ἀνθρώπων βίον, οἷον οὐδὲ Ἁρμόδιός τε κὴ Ἀριστογείτων λέλειπται. νῦ γὰ δὴ ἐξ ἧς ἐγίνοντο Ἀθηναῖοι, ἐς χθὲς ἥκουσι μέγιστον· κὴ ἐὼ μὴ γένωνται τοῖσι Μήδοισι, δέδοκται τὰ πείσονται οὐδὲ δεδεγμένοι Ἱππίην· ἐὼ ἤ νῦ ἡμῖν ἐστὶ ἡ πόλις, εἴη τε ἔστι πρώτη τ Ἑλληνίδων πολίων ἡγεμών· κῶς ὦν δὴ ταῦτα οἵά τε ἔστι ἡγεμών, καὶ κως ἐς ἔτι τυραννέων ἀνήκει τ πρήμάτων τὸ κῦρος. ἔχειν, νῦ ἔρχομαι φράσων. ἡμέων τῶν στρατηγῶν ἐόντων δέκα, δίχα γινομένων αἱ γνῶμαι, τῷ μὲν, κελευόντων, τῶν ἤ, ἐ συμβάλλειν. ἐὼ μὲν νῦ μὴ συμβάλωμεν, ἔλπομαί τινα φάσιν μεγάλην ἐμπεσεῖν Ἀθηναίων φρονήματα, ὥστε μηδίσαι· ἐὼ ἤ συμβάλωμεν πρὶν τι κακὸν Ἀθηναίων μετεξελθεῖν ἐς ἡμέας, θεῶν τοῖσι ἴσα νεμόντων, οἷοί τε εἰμὲν ἡμέας τῇ συμβολῇ. ταῦτα ὦν πάντα ἐς σὲ νῦ τείνει, κὴ σέο ἤρτηται.

exercitum duxerunt, in eorumque auxilium Athenienſes venerunt. Sed dum conſerturi prœlium eſſent, Corinthii haud contemnendam ſibi rem putantes, ad eos reconciliandos intervenere: atque utrorumque permiſſu regionem hunc in modum terminarunt, ut Thebani eos Bœotos qui nollent inter Bœotos cenſeri, ſinerent facere quod vellent. Hoc ubi decrevere Corinthii, abſceſſere. Abſcedentes quoque Athenienſes aggreſſi Thebani ſunt, commiſſaque pugna, repulſi. Unde Athenienſes tranſgreſſi quos Corinthii ſtatuerant terminos, [1] Aſopum fecerunt limitem Thebanis. Ergo Platæenſes Athenienſibus ſeſe quum dedidiſſent, ad Marathonem tunc auxilio venerunt. Erant autem in Athenienſium ducibus ancipites ſententiæ, aliis vetantibus fieri prœlium: pauciores enim ſe eſſe quam ut cum Medis confligerent: aliis (quorum erat Miltiades) ad pugnandum hortantibus. Itaque quum eſſent bifariæ ſententiæ, & deterior vinceret, ibi Miltiades Callimachum Aphidnæum adiit, [2] tunc forte polemarchum, *id eſt, belli principem:* qui magiſtratus per ſuffragia electus in danda faba, *hoc eſt, in declaranda ſententia*, undecimus eſt. Nam quondam Athenienſes in dicenda ſententia parem ducibus faciebant polemarchum. Ad hunc Miltiades, In te, inquit, nunc Callimache ſitum eſt, utrum in ſervitutem Athenæ redigantur, an tu eas liberando memoriam tui in omne ævum relinquas, qualem ne Harmodius quidem atque Ariſtogiton reliquerunt. Nam Athenienſes nunc in maximum omnium ex quo nati ſunt venere diſcrimen: qui ſi Medis ſuccumbant, palam eſt quæ paſſuri ſint, traditi Hippiæ: ſin autem ſuperent, poterit hæc civitas urbium Græciæ effici prima. Quo autem pacto hæc fieri poſſint, & quomodo ad te harum rerum arbitrium redeat, nunc exponam: Noſtræ, qui duces ſumus, bifariæ ſunt ſententiæ de prœlio committendo: aliis id ſuadentibus, aliis diſſuadentibus. Qui niſi prœlium committimus, vereor ne magna exiſtat ſeditio, quæ mentes eorum ſolicitet ad ſentiendum cum Medis: ſin pugnamus antequam aliquid vitii in nonnullis Athenienſium ſubeat, poſſumus diis æquis cum victoria diſcedere. Hæc omnia ad te tendunt, & abs te dependent:

CIX.

τῷ μνημόσυνα λιπ. ἐς

---

1 Aſopum & Hyſias Thebanis adverſus Platæenſes limitem ſtatuerunt. Ergo Pl. 2 Tunc, quod undecimum ſuffragium ad eum pertineret, qui ex facta per ſabam ſortitione polemarchus Athenienſium creatus eſſet, *vel, ductis ſabæ ſortibus polem. Ath. cr. eſſet*, (olim enim Athen. in ferendo ſuffragio par. duc. polemarchum faciebant) adiit Callimachum Aphidnæum Miltiades, tunc polemarchum, eique dixit, In te nunc ſitum eſt Callimache, Athenas vel in ſervitutem redigere, vel, illis liberatis, monumentum in omne ævum relinquere, quale ne Harmod.

qui ſi

qui si meæ sententiæ accesseris, erit & tibi patria libera, & civitas omnium Græcarum princeps: sin accesseris sententiæ dissuadentium pugnam, eorum quæ recensui bonorum tibi contraria existent. CX. Hæc dicens Miltiades Callimachum induxit. Ita accedente sententia polemarchi, obtentum est ut confligeretur. Post hæc ii duces quorum sententia de confligendo fuerat, ut cujusque dies imperitandi venerat, vicem suam Miltiadi dabant: quam ille accipiens, non tamen prius decertandum putavit quam sua dies imperii advenit. CXI. Itaq; ubi vices ejus fuere, tunc Athenienses hunc in modum instructi sunt ad confligendum: Dextro cornu præcrat Callimachus polemarchus. Ita enim lex apud Athenienses tunc postulabat ut polemarchus dextrum cornu teneret. Hoc duce sequebantur deinceps cæteræ tribus, ut quæq; ordine erat. Novissimi autem sunt collocati Platæenses, sinistrum cornu tenentes. Quo factum est ut ab huius pugnæ tempore, quoties Athenienses ferunt hostias apud panegyrias, *id est*, *publicos conventus*, quæ quinto quoque anno fiunt, Athenensis præco conceptis verbis precetur bona Athenensibus pariter & Platæensibus. Igitur Athenensium acies tunc apud Marathonem Instructa idcirco sic erat quod aciem Medicam imitabatur: sed in medio paucis conferta erat ordinibus, ideoque illic debilior: utroque CXII. autem in cornu confertior, Quæ posteaquam ita instructa est, ac sacrificium litatum esse Athenienses audierunt, tunc cursu in barbaros tendunt. Erat autē inter utranque aciem non minus octo stadiorum intercapedinis. Quos cursu ferri in se videntes Persæ, optabant se tanquam illos excepturi: insaniæ dantes id quod cernerent eos cursu tendere, quum pauci essent, & nec equitatu nec sagittis freti. Hoc ita barbari interpretabantur. At vero Athenienses, posteaquam conferti conflixere cum barbaris, pugnam memoratu dignam edebant. Quippe primi omnium Græcorum (quos ipsi novimus) cursu in hostem usi sunt: [1] primi sustinuerunt cernere Medica veste indutos: quum antehac vel audire nomen CXIII. Medorum Græcis terror fuisset. In Marathone quum diu pugnatum esset, barbari circa mediam aciem vincebant, ubi Persæ stabant & Sacæ, eamq; perrumpentes

"ἦν γὰρ σὺ γνώμην τὴν ἐμὴν προσθῇ, ἔστι τοι πατρὶς
"τε ἐλευθέρη, καὶ πόλις πρώτη τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι.
"Ἢν δ' ἐμοὶ ἀποστρέφοντων τὸν συμβουλὴν ἕλῃ,
"ὑπάρξει τοι τῶν ἐγὼ κατέλεξα ἀγαθῶν
"πανωλία. Ταῦτα λέγων ὁ Μιλτιάδης,
προσκτᾶται τὸν Καλλίμαχον. Προσγνωμούσης
δὲ τοῦ πολεμάρχου τὴν γνώμης, ἐκεκύρωτο συμ-
βάλλειν. Μετὰ δέ, οἱ στρατηγοὶ, ὧν ἡ γνώμη
"ἐφέρετο συμβάλλειν, ὡς ἑκάστη αὐτέων ἐγί- Ἢ ἔφερε.
νετο πρυτανηίη τὴν ἡμέρης, Μιλτιάδῃ παρε- 235.
δίδοσαν. Ὁ δὲ, δεχόμενος, ἔτι τι συμβαλλὴν
ἐπιέετο, πρὶν γε δὴ αὐτοῦ πρυτανηίη ἐγένετο.
Ὡς δὲ ἐς ἐκεῖνον ἀπῆλθε, ἐνθαῦτα δὴ ἐ-
τάσσοντο ὧδε Ἀθηναῖοι ὡς συμβαλέοντες. Τῷ
μὲν δεξιῷ κέρεϊ ἡγέετο ὁ πολέμαρχος. Καλλί- τῶν νόμω
μαχος. Ὁ γὰρ νόμος ἦν τότε τοῖσι Ἀ- τότε.
θηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν·
ἡγεμονεύοντος δὲ τούτου, ἐξεδέκοντο ὡς ἀριθμέοντο
αἱ φυλαί, ἐχόμεναι ἀλλήλων. Τελευταῖοι δὲ
ἐτάσσοντο, ἔχοντες τὸ ἀριστερὸν κέρας, Πλα-
ταιέες. Ἀπὸ ταύτης γὰρ σφι τῆς μάχης, θυσίας Ἀ-
θηναίων ἀναγόντων ἐς πανηγύρεας τὰς ἐν
τῇσι πεντετηρίσι γινομένας, κατεύχεται ὁ κή-
ρυξ ὁ Ἀθηναίων, ἅμα τε Ἀθηναίοισι λέγων
γίνεσθαι ἀγαθὰ καὶ Πλαταιεῦσι. Τότε δὲ παρε-
μένων τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ Μαραθῶνι, ἐ-
γίνετο τοιόνδε τι. Τὸ στρατόπεδον ἐξισώμενον
τῷ Μηδικῷ στρατοπέδῳ, τὸ μὲν αὐτοῦ μέσον ἐ-
γίνετο δηλή τάξιας ὀλίγας· καὶ πάντῃ ἦν ἀσθε-
νέστατον τὸ στρατόπεδον. Τὸ δὲ κέρας ἑκάτερον
ἔρρωτο πλήθεϊ. Ὡς δέ σφι διετέτακτο, καὶ
τὰ σφάγια ἐγίνετο καλά, ἐνθαῦτα ὡς ἀ-
πείθεσαν οἱ Ἀθηναῖοι, δρόμῳ ἴεντο ἐς τοὺς βαρ-
βάρους. Ἦσαν δὲ οὐκ ἐλάσσονες τὸ μεταίχ-
μιον αὐλέων, ἢ ὀκτώ. Οἱ δὲ Πέρσαι, ὁρέοντες
δρόμῳ ὄντας, παρεσκευάζοντο ὡς δεξό-
μενοι μανίην τε τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐπέφερον,
καὶ πάσχω ὀλεθρίην, ὁρέοντες αὐτοὺς ἐόντας
ὀλίγους, καὶ τούτους δρόμῳ ἐπεκομένους, ἔτε ἱππο-
τοξάρχεος σφι, ἔτε τοξοδόκης. Ταῦτα μέν-
νων οἱ βάρβαροι καταλείκαζον. Ἀθηναῖοι δὲ,
ἐπεὶ τε ἀθρόοι προσέμιξαν τοῖσι βαρβά-
ροισι, ἐμάχοντο ἀξίως λόγου. Πρῶτοι μὲν γὰρ
Ἑλλήνων πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, δρόμῳ ἐς
πολεμίους ἐχρήσαντο, πρῶτοί τε ἀνέσχοντο ἐσθῆτά
τε Μήδων διηλλαγμένους, καὶ τοὺς ἄνδρας ταύτην
ἐσθημένους· τέως δὲ ἦν τοῖσι Ἕλλησι καὶ τὸ νόμῳ
τὸ Μήδων φόβος ἀκοῦσαι. Μαχομένων δὲ ἐν
τῷ Μαραθῶνι, χρόνος ἐγένετο πολλός· καὶ
τὸ μὲν μέσον τοῦ στρατοπέδου ἐνίκων οἱ βάρβα-
οι, τῇ Πέρσαι τε αὐτοὶ καὶ Σάκαι ἐτετάγατο· καὶ
τοῦτο μὲν δὴ ἐνίκων οἱ βάρβαροι, καὶ ῥήξαντες,

1 Primique vestem Medicam & eos qui illam gestarent cernere sustinuerunt, quum antea, &c.

ἐδίωκον

ἐδίωκον ἐς τ μεσόγαιαν· τὸ ϑ κέρας ἑκάτερον ἐνίκων Ἀθηναῖοί τε καὶ Πλαταιέες. νικῶντες ϑ, τὸ μὲ τελευτῶν τῶ βαρβάρων φεύγειν ἔων· τοῖσι ϑ τὸ μέσον ῥήξασι ἀνδρῶν, συναταγόντες τὰ κέρεα, ἐμάχοντο, καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι· φεύγουσι ϑ τοῖσι Πέρσῃσι εἵποντο κόπτοντες, ἐς ὃ ὅτε τ θαλάσσαν ἀπικόμενοι, πῦρ τε αἴτεον, καὶ ἐπελαμβάνοντο τῶν νεῶν. Καὶ τοῦτο μὲ, ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος Ἀλαφθείρεται, ἀνὴρ ἡμόμβιος ἀγαθός· ἀπὸ δ' ἔθανε τῶν στρατηγῶν, Στησίλεως ὁ Θρασύλεω· τοῦτο ϑ, Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος, ἐνθαῦτα ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηὸς, τὴν χεῖρα ἀποκοπὴς πελέκεϊ, πίπτει· τοῦτο ϑ, ἄλλοι Ἀθηναίων πολλοί τε καὶ ὀνομαστοί. Ἑπτὰ μὲν δὴ τῶν νεῶν ἐπεκράτησε τρόπῳ τοιῷδε Ἀθηναῖοι· τῇσι ϑ λοιπῇσι οἱ βάρβαροι ἐξαναχρεσάμενοι, καὶ ἀναλαβόντες ἐκ τ νήσου ἐν τῇ ἔλιπον, τὰ ἐξ Ἐρετρίης ἀνδράποδα, περιέπλωον Σούνιον, βουλόμενοι φθῆναι τὰς Ἀθηναίων ἀπικομένους ἐς τὸ ἄστυ· αἰτίη ϑ ἔσχε Ἀθηναίοισι ἐξ Ἀλκμαιωνιδέων μηχανῆς αὐτὸς ταῦτα βουλεύσας· τούτους γὰρ συνθεμένους τοῖσι Πέρσῃσι ἀναδέξασθαι ἀσπίδα, ἔσεσι ἤδη ἐν τῇσι νηυσί. Οὗτοι μὲ δὴ περιέπλωον Σούνιον. Ἀθηναῖοι ϑ ὡς ποδῶν εἶχοντο, τάχιστα ἐβοήθεον ἐς τὸ ἄστυ· καὶ ἔφθασάν τε ἀπικόμενοι, πρὶν ἢ τοὺς βαρβάρους ἥκειν, καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο, ἀπιγμένοι ἐξ Ἡρακλείου τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἐν ἄλλῳ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Κυνοσάργει· οἱ ϑ βάρβαροι τῇσι νηυσὶ κατῆραμωρηθέντες Φαλήρου, (τοῦτο γὰρ λιμὴν ἦν τότε τῶν Ἀθηναίων) κατὰ τοῦτο ἀνακωχεύσαντες τὰς νῆας, ἀπέπλεον ὀπίσω ἐς τ Ἀσίην. Ἐν ταύτῃ τῇ ἐν Μαραθῶνι μάχῃ ἀπέθανον τ βαρβάρων πρὸς ἑξακισχίλιοι καὶ τετρακόσιοι ἄνδρες, Ἀθηναίων ϑ, ἑκατὸν ἐπεννήκοντα καὶ δύο· ἔπεσον μὲ ἀμφοτέρων τοσοῦτοι· συνέβη ϑ αὐτοῦ θῶμα τοιόνδε ἡμῖν
236. ἐξ· Ἀθηναῖον ἄνδρα Ἐπίζηλον τ Κυφαγόρεω ἐν τῇ συστάσει μαχόμενόν τε, καὶ ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν, τ ὀμμάτων στερηθῆναι, οὔτε πληγέντα ἐδὲν τοῦ σώματος, οὔτε βληθέντα· καὶ τὸ λοιπὸν τ ζόης διατελέειν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου ἐόντα τυφλόν· λέγειν ϑ αὐτὸν ἥκουσα περὶ τοῦ πάθεος τοιόν τινα λόγον· ἄνδρα οἱ δοκέειν ὁπλίτην ἀντίον ἑωυτῷ μέγαν, τοῦ τὸ ἡμέτερον τ ἀσπίδα πᾶσαν σκιάζειν· τὸ ϑ φάσμα τοῦτο ἑωυτὸν μὲ παρελθεῖν, τὸν ϑ ἑωυτοῦ ὄνομα καλέσαι ἀποκλείναι· ταῦτα μὲ δὴ Ἐπίζηλον ἐπυθόμην λέγειν. Δᾶτις ϑ πορευόμενος ἅμα τῷ στρατῷ ἐς τὴν Ἀσίην, ἐπεί τε

hoſtem in mediterranea perſequebantur: at in utroque cornu vincentes Athenienſes Platæenſeſque, barbaris, qui terga dederant, fugere permiſſis, contraxerunt cornua, & cum iis qui mediam ipſorum aciem perfregerant, dimicantes, quum ſuperaſſent, fugientes Perſas urgebant cædebantque, donec ad mare pervenientes, petito igne naves corripuere. Quo in certamine CXIV. Callimachus polemarchus interficitur, egregia navata opera. Occubuit quoque é ducibus Stetileus Thraſyli, & Cynægirus Euphorionis filius, qui dum ſummam puppim apprehendit, abſciſſa bipenni manu cecidit: necnon alii Athenienſes multi & clari. Ac ſeptem CXV. quidem naves obtinuerunt Athenienſes hoc modo: cæteris barbari retracti, receptaque præda Eretrienſi ex inſula ubi reliquerant, circumvecti ſunt Sunium, animo prævertendi Athenienſes veſtigio abeuntes. Cæterum Alcmæonidæ ab Athenienſibus 1 inſimulati ſunt, quod videlicet ex compoſito Perſis adhuc apud inſulam agentibus ſcutum oſtenderint. Dum illi Sunium circumvehuntur, CXVI. Athenienſes veſtigio abeuntes celerrime ad ferendam urbi opem properarunt, barbaroſq; eodem tendentes præverterunt: progreſſique ex Herculis templo quod eſt in Marathone, in aliud Herculis fanum quod eſt in Cynoſargi, caſtra poſuerunt. Barbari, quum claſſe Phalerum ſuperaſſent (hic enim Athenienſium navale tunc erat) ſuper eum locum aliquandiu propter tempeſtatem morati, rurſus in Aſiam abierunt. Quo- CXVII. rum in hac pugna apud Marathonem geſta occubuere circiter ſex millia trecenta: Athenienſium vero, centum nonaginta duo. Tot ex utriſque cecidere. In qua pugna hæc res mira contigit, ut Athenienſis quidam Epizelus Cuphagoræ filius, dum ſtante acie pugnat ſtrenue, luminibus caperetur, neque ſaucius ulla parte corporis, neque ictus: atque ita cæcus in reliquum vitæ tempus permanſerit. Quem audivi dicere ſolitum de ſua clade, viſum ſibi eſſe ante ſe ſtare virum quendam armatum, procero corpore, cuius 2 mentum omnem clypeum inumbraret: & hanc larvam ipſum prætergreſſam, ſed illum qui ſibi aſſiſteret occidiſſe. Hæc Epizelum ſolitum commemorare audivi. Porro CXVIII. Datis in Aſiam cum claſſe rediens ubi

1 Infimulati ſunt, illis id molientibus Perſas hoc conſilium cepiſſe quod vidi. 2 Barba totum clyp.

Myco-

Myconum tenuit, vidit in ſomnis viſum, id tamen quod fuerit, non traditur: ſed ubi primum dies illuxit, naves rimatus eſt: compertoque in navi Phœnicia ſimulacro Apollinis inaurato, ſciſcitatus eſt quo è templo ſublatum eſſet: & ubi audivit ex quo templo, navigans ſua navi in Delum (jam enim Delii in inſulam redierant) ibi ſimulacrum in templo depoſuit, præcepitque Deliis ut illud in Delium Thebanorum referrent, quod eſt ad mare è regione Chalcidis. Hoc ubi præcepit Datis, vela illinc fecit. Delii tamen hanc ſtatuam non reportaverunt, ſed viceſimo poſt anno eam Thebani ex oraculo in Delium contulerunt. CXIX. Datis autem & Artaphernes, poſteaquam in Aſiam navigavere, captivos Eretrienſes Suſa perduxere, quos Darius rex, etſi in eos ante captivitatem vultum contraxerat acerbitatis, quod ſe priores injuria laceſſiſſent, tamen ut in conſpectum ſuum adductos vidit ac ſibi ſubjectos, nullo alio malo affecit, ſed in ſuo Ciſſiæ regionis ſtathmo collocavit, cui nomen eſt Anderica: ducentis ac decem ſtadiis procul à Suſis, quadraginta à puteo qui exhibet trifarias rerum ſpecies: nam ex eo aſphaltum, *id eſt, bitumen*, & ſalem & oleum hauriunt, ad hunc modum. Hauritur quidem celoneo, *id eſt, inſtrumento dicto ciconia*, pro ſitula autem, dimidiato utre ad celoneum alligato: quo in puteum decuſſo, quicquid hauritur, mox in ciſternam diffunditur, atque hinc aliò effuſum, triplici varietate concreſcit: in aſphaltum quidem & ſalem, protinus: oleum autem (quod Perſæ Thadinacen appellant) in vaſa colligunt, eſt autem atrum ac graviter olens. Hoc loci rex Darius locavit Eretrienſes, quem CXX. ad meam uſq; memoriam tenuere, ſervantes priſtinam linguam. Quod ad Eretrienſes attinet, ita habet. ¶ Cæterum poſt plenilunium duo millia Lacedæmoniorum Athenas venerunt, tanta feſtinatione adipiſcendi hoſtem, ut triduo quam ex Sparta diſceſſere, in Atticam pervenerint: & licet ſerius ad pugnam veniſſent, tamen intuendi Medos cupidi, ad illos intuendos in Marathonem perrexerunt. Quibus viſis, laudatiſque Athenienſibus ob præclarum facinus, rurſus redierunt. Tenet autem admiratio me, nec rationem inire poſſum, Alcmæonidas unquam Perſis ex compoſito oſtentaſſe

ἐγένετο ἐν Μυκόνῳ, εἶδε ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ. καὶ ἥτις μὲν δὴ ἦν ἡ ὄψις, οὐ λέγεται· ὡς δ', ὡς ἡμέρη τάχιστα ἐπέλαμψε, ζήτησιν ἐποιέετο τῆς νεῶν. εὑρὼν δὲ ἐν Φοινίσσῃ νηὶ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος κεχρυσωμένον, ἐπυνθάνετο ὁκόθεν σεσυλημένον εἴη. πυθόμενος δὲ ἐξ ὅτου ἱροῦ, ἔπλεε τῇ ἐωυτοῦ νηὶ ἐς Δῆλον· καὶ, ἀπικνέονται δὴ τυγχάνουσι οἱ Δήλιοι ὀπίσω ἐς τὴν νῆσον, καταλιδέαί τε ἐς τὸ ἱρὸν τὸ ἄγαλμα, καὶ ἐντέλλεται τοῖσι Δηλίοισι ἀπαγαγεῖν τὸ ἄγαλμα ἐς Δήλιον τὸ Θηβαίων. τὸ δ' ἔστι ἐπὶ θαλάσσῃ, Χαλκιδικοῦ κατωνύμιον. Δᾶτις μὲν δὴ ταῦτα ἐντειλάμενος ἀπέπλεε. τὸν δὲ ἀνδραγάντα τοῦτον Δήλιοι οὐκ ἀπήγαγον, ἀλλά μιν δι' ἐτέων εἴκοσι Θηβαῖοι αὐτοὶ ἐκ στομίου ἐκομίσαντο ἐπὶ Δήλιον. Τοὺς δὲ τῶν Ἐρετριέων ἀνδραποδισμένους Δᾶτίς τε καὶ Ἀρταφέρνης, ὡς περσέοντες ἐς τὴν Ἀσίην πλέοντες, ἀνήγαγον ἐς Σοῦσα. βασιλεὺς δὲ Δαρεῖος, πρὶν μὲν αἰχμαλώτους γεγενῆσθαι τοὺς Ἐρετριέας, ἐνεῖχε σφι δεινὸν χόλον, οἷα ἀρξάντων ἀδικίης πρότερον τῶν Ἐρετριέων· ἐπεί τε δὲ εἶδε σφέας ἀπαχθέντας παρ' ἑωυτὸν, καὶ ὑποχειρίους ἑωυτῷ ἐόντας, ἐποίησε κακὸν ἄλλο ὁδόν, ἀλλά σφέας τῆς Κισσίης χώρης κατοίκισε ἐν σαθμῷ ἑωυτῷ, τῷ ἑνόμα ἐστὶ Ἀνδέρικα· ἀπὸ μὲν Σόσων δέκα καὶ διηκοσίους σταδίους ἀπέχοντι, πεποτεδκόντα δὲ ἀπὸ τοῦ φρέατος, τὸ παρέχεται τριφασίας ἰδέας. καὶ γὰρ ἄσφαλτον καὶ ἅλας καὶ ἔλαιον ἀρρυσονίαν ἐξ αὐτοῦ τεύχῳ τοιῷδε· ἀνέλκεται μὲν κηλωνηίῳ, ἀντὶ δὲ γαυλοῦ, ἡμίσυ ἀσκοῦ περσέδεος. τοῦτο δὲ τρὶς τέτῳ ἀνέλκει, καὶ ἔστεται, ἐσχέει ἐς δεξαμενήιον. ἐκ δὲ ταύτης ἐς ἄλλο ἀφαχεόμενον, τρέπεται τριφασίας ὁδούς. καὶ ἡ μὲν ἄσφαλτος καὶ οἱ ἅλες πήγνυνται αὐτίκα, τὸ δὲ ἔλαιον συνάγουσι ἐν ἀγγείοις, τὸ δὲ Πέρσαι καλέουσι ῥαδινάκην· ἔστι δὲ μέλαν, καὶ ὀδμὴν παρεχόμενον βαρέαν. ἐνθαῦτα τοὺς Ἐρετριέας κατοίκισε βασιλεὺς Δαρεῖος, οἳ καὶ μέχρι ἐμέο εἶχον τὴν χώρην ταύτην, φυλάσσοντες τὴν ἀρχαίην γλῶσσαν. τὰ μὲν δὴ περὶ Ἐρετριέας, ἔχει οὕτω. Λακεδαιμονίων δὲ ἦλθον ἐς τὰς Ἀθήνας δισχίλιοι μὲν τὴν πανσέληνον, ἔχοντες σπουδὴν πολλὴν καταλαβεῖν. οὕτω δὲ ἔσπευδον τριταῖοι ἐκ Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ. ὑστεροῖ δὲ ἀπικόμενοι τῆς συμβολῆς. ἱμείροντο ὅμως θεήσασθαι τοὺς Μήδους. ἐλθόντες δὲ ἐς τὸν Μαραθῶνα, ἐθηήσαντο. μετὰ δὲ αἰνήσαντες Ἀθηναίους, καὶ τὸ ἔργον αὐτέων, ἀπαλλάσσοντο ὀπίσω. Θωῦμα δέ μοι, καὶ οὐκ ἐνδέκομαι τὸν λόγον, Ἀλκμαιωνίδας ἄν κοτε ἀναδέξαι Πέρσῃσι ἐκ συνθήκης

αἰνέοντες

ἐστι ἰδεῖν, βουλομένοις τοῦτο βαρβάροισί τε εἶ-
ναι Ἀθηναίους καὶ τοῦ Ἱππίου· οἵ τινες μᾶλλον ἢ
ὁμοίως Καλλίῃ τῷ Φαίνιππου, Ἱππονίκου δὲ πα-
τρὶ, φαινόνται μισοτύραννοι ἐόντες. Καλλίης
τε γὰρ μοῦνος Ἀθηναίων ἀπάντων ἑτέρῳ, ὅτε
ὡς Γεισιστρατίδῃσι ἐπεπόνεε ἐπὶ τῷ Ἀθηναίων,
τὰ χρήματα αὐτοῦ κηρυσσόμενα τοῦ δη-
μοσίου ὠνήσατο, καὶ πάλαι τοῦ ἐχθρὰ ἐς αὐτὸν
πάντα ἐμηχανᾶτο. Καλλίεω δὲ τούτου ἄξιον
πολλαχοῦ μνήμην ἔστι πάντά τινα ἔχειν. τοῦτο
μὲν γὰρ, τὰ προελέξμεθα, ὡς ἀνὴρ ἄκρος ἐ-
λευθερῶν τὴν πατρίδα· τοῦτο δὲ, τὸν ἐν
Ὀλυμπίῃ ἐποίησε, ἵππῳ νικήσας, πυθρίω-
πῳ δὲ, δολίχου· ἠνώμεθα· πύθια δὲ πρό-
τερον ἀνελόμενος, ἐφανερώθη ἐς τοὺς Ἕλλη-
νας πάντας μεγίστοισι δαπάνῃσι. τοῦτο δὲ, καὶ
237. τὰς ἑωυτοῦ θυγατέρας, ἐούσας τρεῖς, οἵοισι τε
ἀνὴρ ἐγένετο. ἐπείδὴ γὰρ ἐγένοντο γάμου ὥρεαῖαι,
ἔδωκέ σφι δωρεὴν μεγαλοπρεπεστάτην, ἐκεί-
νῃσί τε ἐχαρίσατο. ἐκ γὰρ πάντων τῶν Ἀθη-
αίων τὸν ἐκέατο ἐθέλοι ἀνδρα ἑωυτῇ ἐκλέξασθαι,
ἔδωκε τούτῳ τῷ ἀνδρί. Καὶ οἱ Ἀλκμαιωνίδαι
ὁμοίως, ἢ οὐδὲν ἧσσον τύραννοι ἐόντες. Δῶρόν μοι, καὶ ὃ πρόσθεμαι τοῦ Ἀθηνα-
λοῦ, τούτους γὰρ ἀναδέξασθαι αἰσχίδα, οἵ τινες
ἔφυσάν τε τὸν πάντα χρόνον τοὺς τυράννους, ἐκ
μηχανῆς τε τῆς τούτων ἔλιπον οἱ Πεισιστρα-
τίδαι τοῦ τυραννίδα. καὶ ὥστε τοὺς Ἀθηναίους
ἔτοι ἐόντας οἱ ἐλευθεροῦντες πολλῷ μᾶλλον
ἢπερ Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων, ὡς ἐγὼ
κρίνω· οἱ μὲν γὰρ ἐκτείναντες τὸν παρόντα τε
Πεισιστρατιδέων Ἵππαρχον ἀπέκτειναντες, ἐ-
δέσε τι μᾶλλον ἐποίευν τοὺς λοιποὺς τυραννεύον-
τας. Ἀλκμαιωνίδαι δὲ ἐμφανέως ἐλευθέρω-
σαν, εἰ δὴ ἔτοί γε ἀληθέως ἔσαν οἱ τοῦ Πυ-
θίου ἀναπείσαντες τὴν σημήνειν Λακεδαι-
μονίοισι ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας, ὡς μοι
πέφυκον δεδηλωκέναι. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ὀλί-
γου μεμφόμενοι τῷ Ἀθηναίων τῷ δήμῳ πρό-
σθεν δοῦναι τοῦ πατρίδα· ἐὸν μὲν ὧν οὐκ ὀφεί-
λουσι ἄλλοι δοκιμώτεροι ἐν γε Ἀθηναίοισι ἄνδρες,
οὐδ' οἱ μᾶλλον ἐτετιμέατο. ὥστε οὐδὲ λόγου
ἄξιον ἀναδέχεσθαι ἐκ γε ἂν τούτων αἰσχί-
δα ὀλίγου τοιούτου λόγου. ἀνεδείχθη μὲν γὰρ αἰσχύ-

(ἐν τῷ-

parmam, quod vellent Athenienſes barbaris atque Hippiæ ſubeſſe. [1] quippe quos conſtat in habendis odio tyrannis vehementiores quam ſimiliores fuiſſe Calliæ Phænippi, qui fuit pater Hipponici; nam Callias cum alia omnia in Piſiſtratum inimiciſſime commentus eſt, tum vero ſolus Athenienſium omnium, illius Athenis ejecti quum publice ſub præcone venderentur bona, emere auſus eſt. Cujus Calliæ mentionem crebro pleriquæ omnes habere debent, cum ob ea quæ dicta ſunt, ut viri ſummopere patriam liberantis, tum ob hæc quæ in Olympia fecit; nam & in equorum curſu palmam obtinuit, & in quadrigario fuit ſecundus: & in ludis Pythiis quum primas obtinuiſſet, in univerſos Græcos ſumptuoſiſſimus extitit: tum ob id quod talem ſe in filias ſuas quæ tres fuerunt, exhibuit. Nam poſteaquam nubiles extitere, [2] hoc eis magnificentiſſimum munus eſt gratificatus, ut quem ſibi unicuique vellet ex omnibus Athenienſibus, eum deligeret: atque ita eam illi nuptum dedit. At Alcmæonidæ aut perinde aut nihil minus quam Callias, peroſi tyrannos fuere. Quo major me admiratio ſubit, minuſque admitto criminationem, eos parmam. Perſis oſtentaſſe, qui per omne tempus tyrannos effugerunt, & quorum aſtutia Piſiſtratidæ tyrannidem reliquerunt. Atque ita multo magis Athenarum liberatores extiterunt, meo judico, quam Harmodius & Ariſtogiton. Illi enim Hipparcho interempto, non tam ceteros Piſiſtratidas ab affectanda tyrannide repreſſerunt, quam ad illam irritaverunt: Alcmæonidæ autem proculdubio Athenas liberaverunt, ſi modo ipſi fuere qui Pythiam perſuaſere ad Lacedæmonios commonefaciendos ut Athenas liberarent, quemadmodum ſuperius à me commemoratum eſt. [3] Arenim aliqui forſitan ſuccenſentes quod Athenienſi in populo patriam prodiderunt. Imo nulli erant eis inter Athenienſes viri illuſtriores, neque qui magis eſſent honorati. [4] Neque vero ſeſed tantummodo fuiſſe oſtentatum.

CXXII. CXXIII. CXXIV.

1 Quippe qui vel majori vel certe pari odio tyrannos proſequi eſſe comperiuntur ac Callias Phænippi filius, Hipponici pater. *ut autem hoc dicit μᾶλλον ἢ ὁμοίως, ſic paulo poſt,* ὁμοίως ἢ οὐδὲν ἧσσον. 2 Dotem eis magnificentiſſimam dedit, atque hoc præterea gratificatus eſt, *vel, indulſit,* ut quem ſibi, &c. 3 Atenim fortaſſe Athenienſium populo ſuccenſentes patriam prodebant. *Q. d. Atenim (dicet aliquis forſitaſſe) ægre ferentes ſe non eum apud Athenienſes locum obtinere quo ſe dignos exiſtimabant, patriam prodere conabantur. Imo vero nulli ex Athenienſibus majore autoritate præditi, nulli magis honorati erant: tantum abeſt ut ſua ſorte contenti non eſſent, & de eo Athenienſibus ſuccenſerent. Poteſt tamen & cum interrogatione legi hic locus eodem ſenſu.* 4 Quo ſit ut rationi conſentaneum nullo modo eſſet poſſit, clypeum ab illis hac de cauſa fuiſſe oſtenſum; oſtenſus enim clypeus fuit.

quod

quod nihil est quàm si id demum diceretur, ostensus quidem est, sed à quo ostensus, incertum. CXXV. [1] Quamquam Alcmæonidæ jam pridem extiterant Athenis clari sane usque ab Alcmæonide atque etiam Megacle. Etenim Alcmæon Megaclis filius, iis Lydis qui Sardibus à Crœso Delphos ad oraculum ierant, administrum se præbuit, eosque comiter accepit. Cujus beneficentiam Crœsus à Lydis quos ad oraculum miserat quum audisset, hominem accersiit, & ubi advenit, eum donavit tanto auro quantum semel corpore suo ferre posset. Ad istam doni condicionem Alcmæon hanc astutiam attulit: Pergrandem tunicam amictus, ingenti in ea sinu relicto, cothurnisque quos laxissimos reperit calceatus, ad thesaurum perrexit ad quem ducebatur. [2] Ibi in acervum ramentorum procumbens, primum cothurnos quibus erat indutus, auro quantum ferebant refersit: deinde omnem sinum suum atque etiam crines ramentis subigens, & parte in os desumpta, è thesauro processit, ægre trahens cothurnos, cuivis alteri rei quam homini similis: cujus os quum turgidum esset, & omnia onusta, id cernens Crœsus, in cachinnumque erumpens, ea omnia illi donavit: nec minora his alia dona dedit. Ita domus hæc vehementer locupletata est, & Alcmæon quadrijugos equos alens, vicit Olympia. CXXVI. Sed eam deinde secunda ætate Clisthenes Sicyonis tyrannus extulit, ut multo magis quam prius inter Græcos celebris extiterit. Erat enim Clistheni Aristonymi filio, Myronis nepoti, Andrei pronepoti, filia nomine Agarista: quam pater destinabat nuptam dare ei quem præstantissimum Græcorum omnium comperisset. Quum igitur ludi Olympiaci celebrarentur, & ex eis Clisthenes curriculo quadrigali victor extitisset nunciari jussit voce præconis ut quisquis sese dignum putaret qui Clisthenis gener esset, is ad sexagesimum diem aut prius, Sicyone præsto foret, quod Clisthenes intra annum à sexagesimo die incepturus, exequi nuptias destinasset. Itaque omnes [3] Græci aut sua ipsorum aut familiæ claritate sibi confidentes, eo

κὴ τοῦτο ἐκ ἔστι ἄλλως εἰπεῖν· ἐφάνετο γὰρ ὃς μὴ τοι ἔτι ὁ ἀναδέξας, ἐκ ἔχω προσωτέρω εἰπεῖν τετέων. οἱ δ' Ἀλκμαιωνίδαι ἦσαν μὲν κὴ τὰ ἀνέκαθεν λαμπροὶ ἐν τῇσι Ἀθήνῃσι, ἀπὸ δὲ Ἀλκμαίωνος, κὴ αὖτις Μεγακλέος, ἐφάνοντο κὴ κάρτα λαμπροί. τοῦτο μὲν γὰρ, Ἀλκμαίων ὁ Μεγακλέος τοῖσι ἐκ Σαρδίων Λυδοῖσι ἀφικομένοισι ἔπεμψε ἐς Κροῖσον ἀπικομένοισι δὲ τοῖσι Κροίσου ἀπικομένοισι ἔλεγε ὁ Κροῖσος, ὅτι τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖσι, συμπρήκτωρ τε ἐγίνετο κὴ συνελάμβανε πρόθυμος· καί μιν Κροῖσος πυθόμενος τῆς Λυδῶν τῆς ἐς τὰ χρηστήρια φοιτεόντων ἑωυτῶν δύ πτίειν, μεταπέμπεται ἐς Σάρδις ἀπικόμενον δὲ δωρέεσθαι χρυσῷ, ὅ τι ἂν δύνηται τῷ ἑωυτοῦ σώματι ἐξενείκασθαι εἰσιόπαξ. ὁ δὲ Ἀλκμαίων πρὸς τὰν δωρεὰν ἐσσαν τοιαύτῃ τοιάδε ἐπιτηδεύσας, περισφέρει· ἐνδὺς κιθῶνα μέγαν, κὴ κόλπον βαθὺν καταλιπόμενος τοῦ κιθῶνος, κοτύρνους [4] ἁβλὴ δύο εἷλε δυνατώτατους ἐόντας ἐσφόδρα τὰς σάρκας, ἦιε ἐς τὸ θησαυρεόν ἐς τὸν οἱ κατηγέοντο. ἐσελθὼν δὲ ἐς σφέων ψήκτρην, πρῶτον μὲν παρέσαξε τὰς κνήμας τοῦ χρυσοῦ ὅσον ἐχώρεον οἱ κότυρνοι· μετὰ δὲ, τὸ κόλπον πάντα πλησάμενος χρυσοῦ, κὴ ἐς τοὺς τείχας τῆς κεφαλῆς ἀγαπάσας τοῦ ψήκτρης, κὴ ἄλλο λαβὼν ἐς τὸ στόμα, ἐξῆιε ἐκ τοῦ θησαυροῦ, ἕλκων μὲν μόγις τοὺς κοτύρνους, παντὶ δὲ τῷ οἰκὼς μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ· τοῦτό τε στόμα ἐβέβυσο, κὴ πάντα ἐξῳδήκωτο. ἰδόντα δὲ τὸν Κροῖσον γέλως ἐσῆλθε· καί οἱ πάντα ὅσα ἐσήνεικε ἀδιδοῖ, κὴ πρὸς ἑτέροισι μιν δωρέεται, ἐκ ἐλάσσοσι ἐκείνων. ὅτω μὲν ἐπλέστησε ἡ οἰκία οὕτω μεγάλως. κὴ ὁ Ἀλκμαίων οὗτος ὅτω τεθριππότροφήσας, ὀλυμπιάδα ἀνῃρέθη. Μετὰ δὲ, ἦλθε δευτέρη ὕστερον, Κλεισθένης μὲν ὁ τὴν Σικυώνα τυραννεύσας ἐξῆρε, ὥστε πολλῷ ὀνομαστότερον γενέσθαι ἐν τοῖσι Ἕλλησι ἢ πρότερον ἦν. Κλεισθένει γὰρ τῷ Ἀρίστωνύμου τοῦ Μύρωνος τοῦ Ἀνδρέος, ἐγένετο θυγατηρ τῇ οὔνομα ἦν Ἀγαρίστη. ταύτῃ ἐπετέλησε, δρέσας Ἑλλήνων πάντων ἐξόχους τε ἄνδρων τε καὶ πατρίων, τούτων γυναῖκα προσθεῖναι. Ὀλυμπίων ὧν ἐόντων, κὴ νικῶν ἐν αὐτοῖσι τεθριππασίῃ ὁ Κλεισθένης, κήρυγμα ἐποιήσατο, ὅστις Ἑλλήνων ἑωυτὸν ἀξιοῖ Κλεισθένεος γαμβρὸν γενέσθαι, ἥκειν ἐς ἑξηκοστῇ ἡμέρῃ, ἢ κὴ πρότερον, ἐς Σικυῶνα, ὡς κυρώσοντος Κλεισθένεος τὸν γάμον ἐν ἑκαστῳ ἀπὸ τῆς ἑξηκοστῆς ἀρξαμένου ἡμέρης. ἐνταῦτα Ἑλλήνων ὅσοι σφίσι τε αὐτοῖσι ἦσαν κὴ πατρὶ ἐξῳδακμένοι,

---

Artabanus, Hystaspis filius, Xerxis patruus, vir circumspectus, ita inquit, ¶ REX, nisi diversæ inter se sententiæ dicantur, non potest quis eligere meliorem, sed necesse habet ea quæ dicta est utiliat quum plures dictæ sunt, licet tanquam aurum purum deligere: quod per se discerni quum nequeat, [1] comparatum cum altero discerni potest. Ego patri tuo Dario eidemque fratri meo suadebam ne sumeret adversus Scythas expeditionem, viros nulla usquam oppida incolentes: sed ille sperans Scythas Nomades se subacturum, mihi non est assensus: itaque sumpta expeditione, multis & egregiis viris de exercitu amissis abscessit. Tu vero, rex, bellum inferre destinas viris multo quam Scythæ sunt præstantioribus, quique & mari & terra optimi esse dicuntur: quibus in rebus quid [2] durum sit, hoc me tibi justum est promere. Iuncto pontibus Hellesponto ais te copias per Europam in Græciam deducturum: atqui eos convenit aut in terra aut in mari aut utrobique abs te superari. siquidem feruntur viri esse fortes. Cujus rei licet hinc argumentum capi: Si tot copias ductu Datis & Artaphernis Atticam regionem ingressas soli Athenienses profligaverunt, ergo non utraque in parte successit. Quod si iidem consensis navibus pugna navali victores ad Hellespontum navigent, ac deinde pontem solvant, hoc [3] durum fuerit rex. Neque vero hoc ex mea unius privata prudentia conjecto, sed eo casu quo aliquando parum abfuit quin opprimeremur, quum pater tuus juncto Bosphoro Thracio, ac flumine Istro pontibus commisso, trajecit ad Scythas: eum trajectum Scythæ omnino institere precari Iones, quibus custodia pontium delegata erat, ut interscinderent. Quo tempore si Histiæus Mileti tyrannus aliorum sententiæ accessisset, ac non contradixisset, actum erat de rebus Persarum. Atqui res est dictu quoque horribilis, omnem regis statum in uno viro positum fuisse. Quare noli tu ullum tale adire discrimen, nulla subsistente necessitate, sed mihi potius obtempera: hunc cœtum in præsens missum facito, iterumque dum tibi videbitur, re apud teipsum considerata, edicito, quod optimum esse arbitraberis.

Ἀρταβανος ὁ Ὑστάσπεος, πάτρως ἐὼν Ξέρξεω, ξυνὸς τῷ δὴ καὶ πίσυνος ἐὼν, ἔλεγε τάδε, Ὦ βασιλεῦ, μὴ λεχθεισέων μὲν γνωμέων ἀντιέων ἀλλήλῃσι, οὐκ ἔστι τῳ ἀμείνω αἱρεόμενον ἐλέσθαι, ἀλλὰ δεῖ τῇ εἰρημένῃ χρᾶσθαι· λεχθεισέων δὲ, ἔστι ὥσπερ τὸν χρυσὸν τὸν ἀκήρατον, οὐτὸν μὲν ἐπ' ἑωυτῷ ὄντα γινώσκομεν, ἐπεὰν δὲ παραλείφωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, γινώσκομεν τὸν ἀμείνω. ἐγὼ δὲ παραινέω τῷ σῷ, ἀδελφεῷ δὲ ἐμῷ, Δαρείῳ, πείθεσθαι μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ Σκύθας, ἄνδρας οὐδαμόθι γῆς ἄστυ νεμομένους· ὁ δὲ, ἐλπίζων Σκύθας τοὺς Νομάδας καταστρέψεσθαι, ἐμοί τε οὐκ ἐπείθετο, στρατὸν δὲ συχνὸν καὶ πολλοὺς τῶν ἀγαθῶν τῆς στρατιῆς ἀποβαλὼν ἀπῆλθε. σὺ δὲ, ὦ βασιλεῦ, μέλλεις ἐπ' ἄνδρας στρατεύεσθαι πολλὸν ἀμείνονας ἢ Σκύθας· οἵ τε θάλασσάν τε ἄρξουσι καὶ γῆν λέγονται εἶναι. τὸ δὲ αὐτοῖσι ἔνεστι δεινόν, ἐμέ σοι δίκαιόν ἐστι φράζειν· ζεύξας φὴς τὸν Ἑλλήσποντον, ἐλάσειν στρατὸν διὰ τῆς Εὐρώπης ἐς τὴν Ἑλλάδα· καὶ δὴ συνοίσεσθαι ἢ καὶ κατὰ γῆν ἢ καὶ κατὰ θάλασσαν ἐπιστρώσασθαι ἢ καὶ κατ' ἀμφότερα. οἱ μὲν ἄνδρες λέγονται εἶναι ἄλκιμοι. πάρεστι δὲ καὶ σαθρώσασθαι, εἰ στρατιὴν γε τοσαύτην σοὶ Δᾶτις καὶ Ἀρταφέρνης ἐλθὼν ἐς τὴν Ἀττικὴν χώρην μούνοι Ἀθηναῖοι διέφθειραν, ἔτι καὶ ἀμφοτέρησι ἐχώρησε. ἀλλ' ἦν τῇσι νηυσὶ ἐμβάλωσι, καὶ νικήσαντες ναυμαχίῃ πλέωσι ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ ἔπειτα λύσωσι τὴν γέφυραν, τοῦτο δὴ βασιλεῦ γίνεται δεινόν. ἐγὼ δὲ ἐδεόμην σοφίῃ οἰκηίῃ αὐτὸς συμβάλλεσθαι ταῦτα· ἀλλ' οἷόν κοτε ἡμέας ὀλίγου ἐδέησε καταλαβεῖν πάθος, ὅτε πατὴρ σὸς ζεύξας Βόσπορον τὸν Θρηίκιον, γεφυρώσας δὲ καὶ τὸν Ἴστρον, διέβη ὅκως Σκύθας· τότε παντοῖοι ἐφοίτων Σκύθαι, δεόμενοι Ἰώνων λῦσαι τὸν πόρον τοῖσι ἐπετέτραπτο ἡ φυλακὴ τῶν γεφυρέων τοῦ Ἴστρου. καὶ τότε γε Ἰσιάγεω τοῦ Μιλήτου τυράννου εἰ ἐπέσχετο τῶν ἄλλων τυράννων τῇ γνώμῃ, μηδὲ λύσαντα διέρξαι τὰ ἐν τοῖσι Γέρροισι πρήγματα, καί τοι καὶ λόγῳ ἀκοῦσαι δεινὸν, ἐπ' ἀνδρὶ γε ἑνὶ πάντα τὰ βασιλέος πρήγματα ἠρτῆσθαι. σὺ ὦν μὴ βούλευε ἐς κίνδυνον μηδένα τοιοῦτον ἀπικέσθαι, μηδεμιῆς ἀνάγκης ἐούσης. ἀλλ' ἐμοὶ πείθεο· νῦν μὲν τὸν σύλλογον τόνδε διάλυσον· αὖτίς τε ὅταν τοι δοκέῃ, πρόσκεψαι μοῦνος πρὸς σεωυτόν, καὶ ταῦτα ἐπαγόρευε τὰ τοι δοκέῃ εἶναι ἄριστα. 246.

1 Affricatum alteri; *vel, Cum mutuo attritu admotum.* 2 Timendum sit; *vel, periculosum.* 3 Timendum fuerit.

"τὸ γὰρ εὖ βουλεύεσθαι, κέρδος μέγιστον εἶναι
"εἰκὸς ἐόν. εἰ γὰρ καὶ ἐναντιοβουλίαι τοι θέλει,
"βεβούλευται μὲν ὦν ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον, ἔσεται δὲ
"ἡ τύχη τὸ βούλευμα· ὁ δὲ βουλευσάμενος
"ἀμείνονα, εἰ οἱ ἡ τύχη ἐπισποῖτο, δύρημα δύ-
"ρηται, ἦπιον δὲ οὐδὲν οἱ κακῶς βεβούλευται. ὁ-
"ρᾶς ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ θε-
"ὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ, οὐδέ
"μιν κνίζει; ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήμα-
"τα τὰ μέγιστα ἀεὶ καὶ δένδρεα, τὰ
"τοιαῦτα βάπτει βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ
"θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. ὕτω
"δὴ καὶ στρατὸς πολλὸς ὑπὸ ὀλίγου διαφθεί-
"ρεται, ἐπεὰν ὀφι ὁ θεὸς φθονήσας φόβον ἐμβάλῃ, ἢ βροντῶν, δι' ὧν ἐ-
"σφάλη ἀναξίως ἑωυτῶν. ὁ γὰρ θεὸς φρονέειν
"ἄλλον μέγα ὁ θεὸς οὐκ ἐωυτόν. ἐπειχθέωσαν
"μὲν νυν πᾶν πρῆγμα, τίκτει σφάλματα, ἐκ
"τῶν ζημίαι μεγάλαι φιλέουσι γίνεσθαι· ἐν δὲ
"τῷ βραδύνειν ἔνεστι ἀγαθὰ, εἰ μὴ φθάσαντα
"δικαίους τοὺς εἶναι, ἀλλ' ἀνὰ χρόνον δύρεσθαι τις
"ἄν. σοὶ μὲν δὴ ταῦτα ὦ βασιλεῦ συμβουλεύω.
"σὺ δὲ ὦ παῖ Γωβρύεω Μαρδόνιε, παῦσαι λέ-
"γων λόγους μαλακοὺς περὶ Ἑλλήνων, ἐκ ἐόν-
"τας ἀξίων φλαύρως ἀκούειν. Ἕλληνας γὰρ
"ἀκούσαντες, ἐπαίρεις αὐτὸν βασιλέα στρα-
"τεύεσθαι. αὐτὸ δὲ τοῦτο εἶνεκα δοκέεις μοι
"πᾶσαν προθυμίην ἐκλείειν. μή νυν ὕτω γένη-
"ται. ἀκαβολὴ γὰρ ἔστι δεινότατον· ἐν τῇ
"δυσμῇσι εἰσὶ οἱ ἀδικέοντες, εἷς δὲ ὁ ἀδικεό-
τῷ παρε- "μενος. ὁ μὲν γὰρ ἀκούσας, ἀδικέει, ἐ
όντος. "παρεόντων κατηγορέων· ὁ δὲ ἀδικέει ἀνα-
"πευδόμενος. πρὶν ἢ ἀπρεκέως ἐπιφάσθαι. ὁ
"δὲ ἀπεὼν τοῦ λόγου τάδε ἐν αὐτοῖσι ἀδι-
"κέεται, ἀκουσθεὶς τε ὑπὸ τοῦ ἑτέρου, καὶ νο-
"μισθεὶς πρὸς τοῦ ἑτέρου κακὸς εἶναι. ἀλλ' εἰ δὴ
"δεῖ γε πάντως ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τούτους στρα-
"τεύεσθαι, μένε, βασιλεὺς μὲν αὐτὸς ἐν ἥδεσι
"τοῖσι Περσέων μένετω· ἡμέων δὲ ἀμφοτέ-
"ρων ἀκακαλλομένων τὰ τέκνα, στρατηλά-
"τεε αὐτὸς σὺ ὁπλέξας ἀριθμὸς τε ἄνδρας τοὺς ἐ-
"θέλεις, καὶ λαβὼν στρατιῆς ὁκόσης τινὰ βά-
"λεαι. καὶ δὴ τῇ σὺ λέγεις, ἀναβαίνῃ βα-
"σιλεῖ· τὰ πρήγματα, κλεινέων οἱ ἐμοὶ
"παῖδες, πρὸς ὧν αὐτοῖσι, καὶ ἐγώ·
"δὴ ὃ τῇ ἐγὼ προλέγω, οἱ σοὶ ταῦ-
"τα παρεόντων, σοὶ δὲ σφι καὶ σὺ δὴ ἀπο-
"κρήσης. εἰ δὲ ταῦτα μὲν ὑπεδύσεο ἐκ
"ἐτελέσθεις, σὺ δὲ τούτων στρατόμενος ἀ-
"νάξεις δὴ τὴν Ἑλλάδα, ἀκούσεταί τινα φημὶ τὸν αὐτῷ τῇδε ὑπολειπόμενον, Μαρδόνιον

Bene enim consultare, comperio maximum esse lucrum. nam etiamsi quid è contrario eventurum est, nihilo tamen minus bene consultum est, superavitque fortuna consilium: at qui turpiter consultavit, si ei fortuna obsecundavit, ille est quidem voti compos, nihilo tamen minus male consilium cepit. Vides ut prægrandia animalia 5.
fulmine deus ferit, nec sinit insolescere: parva vero [1] nihil lædit? Vides ut
magna semper ædificia magnasque arbores hujusmodi fulminum tela percutiunt? Gaudet enim deus eminentissima quæque deprimere. Unde & ingens
exercitus ab exiguo profligatur, quoties deus iis quibus invidet, aut metum incutit aut tonitruum. Propterea quidam secus ac dignitas sua postulabat, in
calamitatem inciderunt, quia deus neminem alium quam seipsum sinit magnifice de se sentire. Omnis res properando parit errores, unde magna detri- 6.
menta fieri adsolent: in cunctando autem bona insunt, si non talia quæ statim
videantur esse bona, certe quæ suo tempore bona quis esse comperiat. Et hoc
quidem tibi rex suadeo. Tu vero Go- 7.
bryæ fili Mardoni desine loqui stulta de
Græcis, haud dignis qui male audiant. nam Græcis, detrahendo, ipsum regem
vis excitare ad bellum illis inferendum: ad quod tu omni aviditate contendis:
[2] quod abiit ut fiat, Detractio nanque importunissima res est: in qua duo sunt
qui injuriam faciunt, unus cui injuria fit. Qui enim detrahit, injurius est, quod
non præsentem accusat: item qui huic
credit, injurius est, quod prius credit
quam rem compertam habeat. & illi cui
absenti detrahitur, ob id fit injuria quod
ab altero insimulatur ut malus, ab altero
talis putatur. Quod si omnino bellum &
his viris inferre oportet, agedum: rex ipse permanet domi apud Persas, nostrûm amborum liberi deponantur: tu
in expeditionem ito, delectis quos velis
viris ac quantiscunque velis copiis: &,
si ex sententia tua res succedent regi,
interimantur liberi mei, & insuper ego:
sin succedent ut ego dico, interimantur
tui, & insuper tu, si redieris. Quod si
hanc subire condicionem recusas, cupisque in Græciam prorsus deducere exercitum, affirmo fore ut aliqui eorum qui
hic relinquentur, audiant Mardonium

1 Ne vellicat quidem? 2 Absit ut talia fiant à nobis. Detractio enim, vel, obtrectatio, aut calumnia, res est deterrima.

post

post allatam Persis magnam aliquam calamitatem, à canibus volucribusque discerpi aut in Athenienſium ſolo aut in Lacedæmoniorum: niſi forte antea inter viam: tunc agniturum adverſus quales viros ſuades regi ut moveat bellum. Hæc Artabano loquuto, Xerxes ira percitus his verbis excepit, Artabane, quod patris mei frater es, hoc te ſublevat ne dignam ſtulta oratione mercedem recipias. hac tamen te notabo ignominia, quia inſtrenuus es & ignavus, ne comes ſis meæ in Græciam expeditionis, ſed hic una cum feminis maneas. Ego etiam ſine te quæ dixi conficiam. neque enim fuerim Darii filius, (qui fuit Hyſtaſpis, qui fuit Arſamis, qui fuit Ariaramnis, qui fuit Teiſpei, qui Cyri, qui fuit Cambyſis, qui fuit Achæmenis filius) niſi Athenienſes ultus fuero: probe intelligens, ſi nos quieverimus, non quieturos illos, ſed noſtram terram cum exercitu invaſuros: prout colligere licet ex iis quæ illi facere cœperunt, qui & Sardis incenderunt, & Aſiam incurſarunt. Itaque neutris fas eſt recedere, [1] ſed utriſque propoſitum eſt certamen aut agendi aut patiendi, ut aut hæc omnia ſub Græcis, aut illa omnia ſub Perſis ſint. medium enim inimicitiarum nullum eſt. Quare honeſtum erit nos jam injuria laceſſitos exigere ultionem, ut quam calamitatem paſſurus ſum intelligam, profectus adverſus eos viros quos etiam Pelope Phryx noſtrorum majorum ſervus ita ſubegit ut ad hoc uſque tempus & ipſi homines & eorum regio ab illius qui ſubegit cognomine appellentur. Hæc hactenus loquutus eſt. [2] Deinde ſub veſperum, quum fuiſſet ſtomachatus Artabani ſententia, per noctem apud ſe conſultans, comperit prorſus non eſſe ſibi opus inferre Græciæ bellum: immutataque rurſus ſententia, quum obdormiſſet, viſus eſt in ſomnis (ut fertur à Perſis) videre quendam corpore ingenti atque ſpecioſo, qui ſibi aſtans diceret, Revocaſtine ſententiam Perſa de inferendo Græciæ bello, [3] quum prædixeris Perſis te comparaturum eſſe exercitum? Neque ſi revocaveris eam, bene facis, neque

XI.

XII.

"μέγά τι κακὸν ἐξεργασάμενον Πέρσας ὑπὸ
"κυνῶν τε καὶ ὀρνίθων ἀλαφροδύμενον, ἢ κε ἐν
"γῇ τῇ Ἀθηναίων, ἢ σέ γε ἐν τῇ Λακεδαι-
"μονίων· εἰ μὴ καὶ ἄρα καὶ πρόπεζον καὶ ὁδόν,
"γνόντα ἐω' οἵους ἄνδρας ἀναγνώσκεις στρα-
τόπεδον βασιλῆα. Ἀρτάβανον μὲν ταῦτα
ἔλεξε. Ξέρξης δὲ δυμωθεὶς ἀμείβεται τοῖσδε,
"Ἀρτάβανε, παῖδος εἰς τοῦ ἐμοῦ ἀδελφεός.
"τοῦτό σε ρύσεται μηδένα ἄξιον μισθὸν λα-
"βεῖν ἐπέων μαλακῶν· καίτοι τοιῷδε τινὶ
"ἀπημίλλω προσθήκην, ἐοικὼς κακῷ τε καὶ ἀνδρὶ
"μὴ, μήτε συστρατεύεσθαι ἐμοί γε ὅτε τινὶ
"Ἑλλάδα, ἀυτοῦ τε μένειν ἅμα τῇσι γυναι-
"ξί. ἐγὼ δὲ καὶ ἄνδρα σέο, ὅσαπερ εἶπα, ὅπως-
"λέα ποιήσω. *μὴ γὰρ εἶναι σε Δαρείου τοῦ Ὑστά-
"σεος, τοῦ Ἀρσάμεος, τοῦ Ἀριαράμνεω, τοῦ Ἀριαρά-
"του τοῦ Τεΐσεος, τοῦ Κύρου, τοῦ Καμβύσεω, καὶ
"τοῦ Ἀχαιμένεος γενόσθαι, μὴ τιμωρησάμε-
"νόν Ἀθηναίους· οὐ γὰρ ὅπως εἰ ἡ-
"μεῖς ἡσυχίην ἄξομεν, ἀλλ' ἐκ ἐκεῖνοι, ἀλλὰ
"καὶ μᾶλλον στρατεύσονται ὅτι τινὶ ἡμεῖς ἐρέω, εἰ
"χρὴ καὶ προφάσεσι τοῖσι καταρτυθεῖσι ἐξ ἐ-
"κείνων· οἱ Σάρδις τε ἐνέπρησαν, καὶ πλαῦς
"ἐς τινὰ Ἀσίην. ἔκων ἐξαναχωρέειν οὐδετέ-
"ροισι δυνατὸν ἔχει, ἀλλὰ ποιέειν ἢ παθέειν
"περὶ ἐλευθερίης ἀγών· ἵνα ἢ τάδε πάντα ὑπὸ Ἕλ-
"λησι ἢ ἐκεῖνα πάντα ὑπὸ Πέρσῃσι γώρῃ· τὸ
"γὰρ μέσον οὐδὲν τοῖσι ἐχθροῖσι ἐστί. καλὸν ὦν, πρὸ-
"πεπονθότας ἡμέας τιμωρέειν ἔτι γίνεται, ἵνα
"καὶ τὸ δεινὸν, τὸ πείσομαι, τοῦτο μάθω, ἐλά-
"σας ἐω' ἄνδρας τούτους· τοὺς γὰρ καὶ Πέλοπα ὁ 247.
"Φρὺξ, ἐὼν ἐμοῦ παῖδων δούλους, κατεστρέ-
"ψατο ὥστε καὶ ἐς τόδε αὐτοί τε καὶ ἡ γῆ αὐτέων ἐπώνυμοι τῷ κατα-
"στρέψαντι καλέονται. ταῦτα μὲν δὴ τοσαῦτα
"ἐλέγετο. Μετὰ δὲ, διαφοίτη τε ἐγίνετο, καὶ Ξέρ-
"ξεα ἔκνιζε ἡ Ἀρταβάνου γνώμη. νυκτὶ δὲ βυ-
"θλιῶ δισσῆς, πάσχει δοκέοι ἐπρῆγμα εἶναι
στρατεύεσθαι ὅπι τινὰ Ἑλλάδα. δεδοκμώνων
δέ οἱ αὐτῆς τυχέων, κατύπνωσε· καὶ δή κε
ἐν τῇ νυκτὶ εἶδε ὄψιν τοιήνδε, ὡς λέγεται
ὑπὸ Περσέων· ἐδόκεε ὁ Ξέρξης ἀνδρὶ οἱ δο-
κέοντι μέγαν τε καὶ εὐειδέα ἐπεῖναι, Μέλα δή
"βυλεύεαι ὦ Πέρσα στρατεύμα ἄγειν ὅπι τὴν
"Ἑλλάδα, πρεσβεύσας ἀλλίζειν Πέρσῃσι στρα-
"τόν; ἔστε ὦν μεταβυλευόμενος ποιέεις δὴ, ἔστε

1 *Quidam ſic*, Sed in eo res vertitur diſcrimine ut aut faciendum aut patiendum aliquid ſit. 2 Ut autem nox advenit, mordere cœpit Xerxem Artabani ſententia. Quum autem in conſilium noctem adhibuiſſet, plane comperiebat è re ſua non eſſe expeditionem in Græciam ſuſcipere. Quum igitur hæc contraria prioribus decreviſſet, obdormiit. Sed ea nocte viſus eſt in ſomnis, &c. *Illud* ἔκνιζε *verti etiam poteſt* Scrupulum injiciebat. *Eodem autem fere modo uſus eſſe videtur Ovidius* verbo mordere. 3 Quum jam Perſis ut copias cogerent denunciaveris? Atqui nec quod ſententiam revoces bene facis, nec——

* Mendum ſubeſſe ſuſpicatur Cl. Salmaſius, ita corrigendum: μὴ γὰρ εἶναι σε Δαρείου τοῦ Ὑστάσεος, τοῦ Ἀρσάμεος, τοῦ Ἀριαράμνεω, τοῦ Τεΐσεος, μηδὲ τοῦ Κύρου, τοῦ Καμβύσεω, τοῦ Ἀχαιμένεος γενόσθαι. Exercit. Plinian. p. 1183.

"ὁ συγγνωσόμενός τοι πάρα· ἀλλ' ὥσπερ τὴν
"ἡμέρην ἐβούλευσας ποιέειν, ταύτην ἴθι τὴν ὁδόν·
"τὸ μὲν, ταῦτα εἶπας, ἐδόκεε ὁ Ξέρξης ἀπωτά-
τω. Ἡμέρης δὲ ἐπιλαμψάσης, ὀνείρου μὲν τούτου
λόγον οὐδένα ἐποιέετο, ὁ δὲ Περσέων συναλίσας
τοὺς αὐτοὺς τοὺς πρότερον συνέλεξε, ἔλεγέ σφι
"τάδε, Ἄνδρες Πέρσαι συγγνώμην μοι ἔχε-
"τε ὅτι ἀληθέστερα βουλεύομαι. φρενῶν τε οὐ
"ἐς τὰ ἐμεωυτοῦ πρώτα ἔκω ἀνέπω, καὶ οἱ πα-
"ρηγορεόμενοι κεῖνα ποιέειν, οὐδένα χρόνον
"μοι ἀπέσχον· ἀκούσαντί μοι τοῦτο μοι τὸ Ἀρ-
"ταβάνου γνώμης, ὠργίσθην μὲν ἡ νεότης ἐπέ-
"ζεσε, ὥστε ἀνοιήτερα ἀπορρίψαι ἔπεα ἐς ἄν-
"δρα πρεσβύτερον ἢ χρεών· νῦν μέντοι
"συγγνοὺς, χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ. ὡς δὲ
"μεταδοξάσμῳ μοι μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν
"Ἑλλάδα ἤνυσε ἐς. Πέρσαι μὲν, ὡς ἤκουσθε
"ταῦτα, ἡσυχίην ἄγετε πρὸς σφέων. Νυκτὸς δὲ
"γενομένης, αὖτις τοῦτο ὄνειρον ἐλθὲ τῷ Ξέρ-
"ξῃ, καταπωμόσατο δὲ φάναι, Ὦ παῖ Δαρείου,
"οὐδὲ φαίνεαι ἐν Πέρσῃσί τε ἀπειπάμενος
"τὴν στρατηλασίην, οὐ τὰ ἐμὰ ἔπεα ἐν οὐ-
"δενὶ τιμήσας λόγῳ, ὡς παρ' οὐδενὸς ἀ-
"κούσας. σὺ νῦν τόδε ἴσθι, ἰὼν περ μὴ αὐτίκα
τὴν αὐτέων ἀναστροφὴν. "στρατηλατέων, τάδέ τοι ἐξ "αὐτέων προσδό-
"κα ἀναγήσειν· ὡς οὐ μέγας οὐ πολλὸς ἐγένεο
"ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ὅταν οὐ ταπεινὸς ὀπίσω οὐ-
τάχου ἔσεαι. Ξέρξης μὲν ταῦτα ἐνυπνιασθεὶς ἐδόκεε
τῇ ὄψει, ἀνά τε ἕδετο ἐκ τῆς κοίτης, καὶ πέμ-
πει ἄγγελον, Ἀρτάβανον καλέοντα. ἀπιγ-
μένῳ δὲ ἔλεγε Ξέρξης τάδε, Ἀρτάβανε, ἐγὼ τὸ
"πρὶν μὲν οὐκ ἐσωφρόνεον, εἶπας ἐς σὲ μά-
"ταια ἔπεα. χρηστῆς εἶνεκα συμβουλῆς· μετὰ
"μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον μετέγνων. ἔγνων δὲ
"ταῦτά μοι ποιητέα ἐόντα τὰ σὺ ὑπετίθεο.
"ἔκων δυναλός τοι εἰμὶ ταῦτα ποιέειν βουλό-
"μενος. τοῖσι μέντοι δὴ καὶ μετεγνωκότι
"δαιμόνιόν τι ὄνειρον φαντάζεσθαί μοι, οὐδαμῶς
"συνεπαινέειν ποιέειν με ταῦτα· νῦν δὲ καὶ
"σφαπειλῆς οἰήσεαι. εἰ δὲ ἔτεός ἐστι ὁ ἐπιπέμ-
"πων, καὶ οἱ πάντας ἐν ἡδονῇ ἐστι γενέσθαι στρα-
"τηλασίην ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐπιπλοίην
"καί σοι τοῦτο τὸ ὄνειρον, ὁμοίως ὡς καὶ
"ἐμοὶ ἐπιστέλλομενον. δοκέω δὲ ὧδ' ἂν γενό-
"μενα ταῦτα, εἰ λάβοις σὺ ἐμέο σκευὴν πᾶ-
"σαν, καὶ ἐνδὺς, μετὰ τοῦτο ἵζοιο ἐς τὸν ἐμὸν θρό-
"νον, καὶ ἐπειτα ἐν κοίτῃ τῇ ἐμῇ κατυπνώσειας.
Ξέρξης μὲν ταῦτά οἱ ἔλεγε. Ἀρτάβανος δὲ τὸ
πρώτῳ κελεύσματι πειθόμενος, οἷα ἐκ ἀξιεύ-
μενος ἐς τὸν βασιλήιον θρόνον ἵζεσθαι, τέλος ὡς ἐ-
ναλήζετο, εἶπας τάδε, ἐπυίεε τὸ κελευόμενον,

qui tibi assentiatur adest, quare perge ire eam viam quam interdiu ire destinaveras. Hæc loquutus ille visus est Xerxi ab aspectu evanuisse. Ubi dies illuxit, Xerxes hujus insomnii nulla ratione habita, coacto eorundem Persarum quos pridie coegerat concilio, ita verba fecit, Viri Persæ, veniam mihi date dicenti contrariam superiori sententiam. nam & ego nondum ad summum quo perveniendum est mihi prudentiæ perveni: & qui ut illud faciam suadent, nullo unquam à me tempore abscedunt. Eoque mihi Artabani sententiam audienti, confestim juventus efferbuit ut verba in virum grandem natu effunderem petulantiora quam debui. nunc itaque agnoscens erratum meum, utar illius sententia: & quoniam revocavi expeditionis sumendæ sententiam, vos quieti estote. Hæc ubi audiere Persæ, lætitia affecti regem adoravere. Insequenti nocte idem rursus insomnium quiescenti Xerxi astitens, inquit, Fili Darii, videris expeditionem apud Persas revocasse, verbis meis pro nihilo habitis, quasi illa à nemine audisses. Hoc igitur nunc bene intellige, nisi extemplo inis expeditionem, hoc tibi ex ea re continget: quemadmodum brevi magnus & amplus effectus es, ita brevi rursus humilis eris. Hoc viso perterrefactus, è cubili exiliit pariter & nuncium misit ad accersendum Artabanum, qui ubi advenit, ita ad eum inquit, Artabane, ego statim quum in te bene consulentem mihi stultis verbis invectus sum, non sui compos mentis: sed non multo post pœnitens, cognovi id mihi esse faciendum quod tu præcipiebas. Tamen id volens exequi, non possum. nam mihi jam animo immutato, & prioris sententiæ pœnitenti, apparuit in somnis visio, dissuadens omnino hoc quod posterius facere constitueram: quinetiam nunc interpositis minis abscessit. Quod si Deus est qui insomnium misit, eique prorsus est cordi expeditionem suni adversus Græciam, continget hoc tibi quod mihi insomnium, itidem ut mihi præcipiens. Quod ita fore conjecto, si omnem meum ornatum sumas, eoque indutus [1] in sella mea consideas, & deinde in cubili meo capias somnum. Hæc loquuto Xerxi, Artabanus initio nolle obsequi, atque negare se dignum qui regio in solio sederet: tandem quum cogeretur, fecit imperata, hæc præloquutus,

XIII. XIV. XV. XVI.

——adest quisquam qui tibi *hujus rei, id est, revocatæ sententiæ*, conscius futurus sit. *Vel.* Nec adest qui tibi *hoc delictum revocatæ sententiæ* condonaturus sit; q. d. *Nec ego qui tibi adsto impune hoc abire sinam.*

1 In solio meo.

Apud

1. Apud me rex tantundem valet bene sentire per se, & alteri bonam dicenti sententiam accedere: quæ ambo tibi quum adsint, malorum tamen hominum colloquia depravant: quemadmodum mare, quod est hominibus omnium utilissimum, ferunt ab ingruentibus ventorum flatibus non sini natura sua uti. Ego vero [1] quum ex te male audivi, non tam meam dolui vicem quam tuam: qui, quum propositæ essent duæ sententiæ Persis, una quæ detrimentum augeret, altera quæ tolleret, dicens pernicioſum esse imbui animum usu plura semper expetendi: his propositis sententiis, tu elegisti eam quæ & tibi ipsi & Persis est periculosior. Nunc autem quum ad te mutato in
2. melius consilio de sumenda adversus Græcos expeditione ais accessisse insomnium, alicujus dei nutu, quod te vetat dimittere exercitum, hoc non res divina est, fili. insomnia enim ista sunt, quæ adeuntia homines frustrantur quemadmodum ego te docebo, multis quam tu annis natu grandior. Consuerunt ipsa somniorum visa plerinq; frustrari ob ea quæ quis per diem mente agitavit, nos autem nudiustertius [2] expeditionem hanc interimanus & quidem
3. vehementer habuimus. Quod si hoc non est cujusmodi ego dico, sed aliquid divini habens, tu ipse omnia in summa dixisti. apparebit enim ut tibi, ita & mihi eadem jubens. Verum nihilo magis apparere mihi debebit tuum amictum gerenti, quam non gerenti, sed meum: neque magis quiescenti in tuo toro quam non, sed in meo: si etiam alias vult se exhibere. Neque eo vesaniæ pervenit illud quicquid est quod sese obtulit in somnis, ut me cernens putet esse te, ducto è vestibus argumento. Id autem si me contemptui habebit, profecto nec aspectu suo dignabitur sive mea gerentem vestimenta, sive tua, sed te adibit: quod jam animadvertendum est. Nam si frequentius accesserit, ipse quoque fatebor divinum esse. Cæterum si ita tibi agendum videtur, neque id revocari potest, en ad cubandum in tuo cubili pergo. Age, mihi quoque, quum
XVII. ista fecero, appareat; hac tantum condicione tuæ sententiæ acquiescam. Hæc loquutus

"Ἴσον ἐκεῖνο ὦ βασιλεῦ παρ' ἐμοὶ κέκριται,
"φρονέειν τε εὖ, καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν
"πείθεσθαι· τάδε δὲ ἀμφότερα ὠφελήκοντα,
"ἀνθρώπων κακῶν ὁμιλίη σφάλλουσι. καίτοι
"περὶ τῶν πάντων χρησιμωτάτῳ ἀνθρώπῳσι
"θαλάσσαν, πνεύματα φασὶ ἀνέμων ἐμποιῶν-
"των, ἐς ὠφελείην φύσει τῇ ἑωυτῆς χρᾶσθαι.
"ἐμὲ δὲ ἀκέοντα πρὸς σεῦ κακὰ, ἐς τοσοῦτον
"ἔδακε λύπη, ὅσον γνωμέων δύο προκειμένων
"Πέρσῃσι, τὴν μὲν, ὕβριν αὐξούσης, τὴν δὲ, κατα-
"παύσους, καὶ λεγούσης ὡς κακὸν εἴη διδάσκειν
"τὸ ψυχὴν πλέον τι δίζεσθαι ἀεὶ ἔχειν τοῦ πα-
"ρεόντος, τουτέων προκειμένων γνωμέων,
"ὅτι τῷ " σφαλερωτέρῳ σεωυτῷ τε καὶ Πέρ- 247.
"σῃσι ἀναίρεο. νῦν ὦν, ἐπειδὴ τέτραφαι ἐπὶ [ψ] σφαλε-
"τὸ ἀμείνω, φής τοι μετέντι τὸ ἐμὲ Ἑλ- [ω] ρωτάτῃσι
"λήνων στόλον, ὅκου τῶν ὀνείρων δεῖ τινός [ω] ἐώντα
"πομπῆς, ἐκ " ἐωυτοῦ σε κατυλύειν τὸν στόλον.
"ἀλλ' ἐόντα τοιοῦτα ὄντι θείᾳ, ὦ παῖ. σὺ μὲν νῦν
"τὰ ἐς ἀνθρώπους πεπλανημένα, τοιαῦτά
"ὄντι οἷά σε ἐγὼ διδάξω, ἔτεσι σεῦ πολλοῖσι πρε-
"σβύτερος. ἐών. πεπλανῆσθαι αὐτὰ μᾶλλόν
"ἐστι αἱ ὄψιες τῶν ὀνειράτων, τά τις ἡμέ-
"ρης φρονέζει. ἡμεῖς δὲ τὰς προτεῦ ἡμέρας
"πάντα τὰ στρατηλασίην καὶ τὸ κάρτα εἴχο-
"μεν μετ' χεῖρας. εἰ δὲ ἄρα μὴ ἔστι τοῦτο τοιόν-
"δε οἷον ἐγὼ ξυμβάλλομαι, ἀλλά τι τοῦ θεοῦ μετέχον,
"σὺ πᾶν αὐτὸ συλλαβὼν εἴρηκας." φανήτω [ω] φανήτω.
"τοι γὰρ δὴ καὶ μοὶ ὡς καὶ σοὶ ξυμβαλλόμενον.
"φανεῖσθαι δὲ ἐδὲν μᾶλλόν μοι ὀφείλει ἔχοντι τὸ
"σὸν ἐδῆτα, ἢ ἐκεῖνο ἐμόν· ἐδέτι μᾶλλον
"ἐν κοίτῃ τῇ σῇ ἀναπαυομένῳ, ἢ ἐν τῇ
"ἐμῇ· εἰωθέει γὰρ καὶ ἄλλως ἐνθέλει φαίνεσθαι. ἐς
"γὰρ δὴ ἐς τοσοῦτό γε δυσθεΐης ἀνήκει τοῦτο ὁ, τι-
"θήνηταί ἐστι τὸ ὄνειρον ἐκεῖνο, ὥστε
"ὦσε δόξει, ἐμὲ ὁρῶν, σὲ εἶναι, τῇ σῇ ἐσθῆτι τεκ-
"μαιρόμενον. εἰ δὲ ἐμὲ μὲν ἐν ἐσθῆτι λόγῳ ποιή-
"σεται, ἐσθῆτα δὲ ἀξιώσει ὄνειρον εἶναι, ἔστι μοὶ τὸ ἐ-
"μὸν ἐσθῆτος ἔχειν, ἔστι μοὶ τὸ σόν, ἐσθῆτα δὲ ὄνειρο-
"τήσει· τοῦτο μαθητέον ἤδη ἐστί. εἰ γὰρ δὴ ὄνει-
"ρον ποιήσεται σωυτοῦ ἐόντα, φαίην ἂν κἀγὼ σὸν θεῖον
"εἶναι. εἰ δέ τοι ἔστω ἐδὲν τοιοῦτον γινόμενον, κἀγὼ οἷά
"τε αὐτῷ ἀντιτρέψαι, ἀλλ' ἤδη ἴσμεν ἐν κοίτῃ
"τῇ σῇ κατυπνώσαι, φέρε, τελέων δὴ ἐμεῦ ὄντα
"τελουμένων, φανήτω κἀμοί. μέχρι δ' ἂν τούτου τῇ
παρεούσῃ γνώμῃ χρήσομαι. Τοσαῦτα εἰπὼν

1 Quum tu me probris es insectatus, non id mihi tam doluit, quam quod ex duabus sententiis quæ Persis propositæ erant, altera insolentiam provehente, altera eam compescente, & pernicioſum esse dicente docere animum plura præsentibus semper expetere: ex his sententiis eam tu elegeris, &c. 2 *Id est, de hac expeditione, magna cum animi contentione egimus, vel, tractavimus.*

Ἀρτάβανος, νομίζων Ξέρξεα ἀπιδέξειν λέγοντα ἐδέν, ἐποίεε τὸ κελευόμενον. ἐνδὺς δὲ τὴν Ξέρξεω ἐσθῆτα, καὶ ἑζόμενος ἐς τὸν βασιλήιον θρόνον, ὡς μετὰ ταῦτα κοίτην ἐποιέετο, ἐπῆλθέ οἱ κατυπνωμένῳ τὠυτὸ ὄνειρον τὸ καὶ τῷ Ξέρξεα ἐφοίτα. στὰς δὲ τοῦ Ἀρτάβανου, εἶπε τάδε, "Ἆρα σὺ δὴ κεῖνος ἦσθα ὁ ἀπαραδιδοὺς "Ξέρξεα κατακλυσθέντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ὡς "δὴ κακόμενον αὐτοῦ; ἀλλ' ἔτε ἐς τὸ μέλλον τε "τα, ἔτε ἐς τὸ παρεὸν νοῦν κατατρόπιξεαι, "ἀποτρέπων τὸ χρεὼν γενέσθαι. Ξέρξεα δὲ τὰ "δεῖ ἀνηκουστέοντα παθέειν, αὐτῷ οἱ κείνῳ δεδήλωται. Τοιαῦτά τε δὴ ἐδόκεε Ἀρτάβανος τὸν ὄνειρον ἀπειλέειν, καὶ θερμοῖσι σιδηρείοισι κατακαίειν αὐτοῦ μέλλειν τὼς ὀφθαλμώς. καὶ ὃς, ἀμβώσας μέγα ἀναθρώσκει· καὶ παριζόμενος Ξέρξῃ, ὡς τὸν ὕπνον οἱ τοῦ ἐνυπνίου διεξῆλθε ἀπηγεόμενος, δευτεραῖοι λέγει τάδε, Ἐγώ "μὲν, ὦ βασιλεῦ, οἷα ἄνθρωπος ἰδών τε πολ- "λὰ καὶ μεγάλα πεσόντα πρήγματα τοῦδε ἥσ- "σονων, οὐκ ἐῶν σε τὰ πάντα τῇ ἡλικίῃ ἔχειν· "βουλόμενος ὡς κακὸν εἶη τὸ πολλῶν ὀπιδυ- "μέειν· μεμνημένος μὲν τὸν ὀπὶ Μασσαγέ- "ται Κύρῳ στόλον ὡς ἔσπρηξε, μεμνημένος "δὲ καὶ τὸν ἐπ' Αἰθιοπας τοῦ Καμβύσεω, συ- "στρατευόμενος δὲ καὶ Δαρείῳ ὀπὶ Σκυθας. "βουλόμενος ὧν ταῦτα, γνώμῃ εἶχον, ἀ- "τρεμίζοντά σε μακαρίσειν εἰ πρὸς πάντων "ἀνθρώπων. ἐπεὶ δὲ δαιμονίη τις γίνεται ὁρμὴ, "καὶ Ἕλλησι (ὡς ἔοικε) φθορή τις κατάλαμ- "βάνει θεήλατος, ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς τεάψομαι, "καὶ τὰ γνώμῃ μεταλλάξομαι· σὺ δὲ σήμηνον μὲν "Πέρσῃσι τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ πεμπόμενα, χρῆσθαι "δὲ κέλευε τοῖσι ἐκ σέο πρώτοισι προειρημέ- "νοισι ἐς τὰ παρασκευά. ποίεε δὲ ὕτω ὅκως τῷ θεῷ παραδιδόντος, τῷ σῶν. ἐνδείσῃ μη- δέν. τετέων κεχαρισμένων, ἐνθαῦτα ἐπαρθέν- τες τῇ ὄψει, ὡς ἡμέρη ἐγένετο τάχιστα, Ξέρξῃς τε ὑπαείδετο τοῦτα Πέρσῃσι· καὶ Ἀρτάβα- νος, ὃς πρότερον ἀποστρέφων μὲν ἐφαίνετο, τότε ἐπιπροθέων φανερὸς ἦν. Ὡρμημένῳ δὲ Ξέρ- ξῃ στρατεύεσθαι, μετὰ ταῦτα τρίτῃ ὄψις ἐν τῷ ὕπνῳ ἐγένετο, τὴν οἱ μάγοι ἐκείναν ἀκούσαντες, φέρειν τε δὴ πᾶσαν γῆν, καὶ δουλοῦσθαι τε οἱ πάν- τας ἀνθρώπους. ἡ δὲ ὄψις ἦν τοιήδε· ἐδόκεε ὁ Ξέρ- ξης ἐστεφανῶσθαι ἐλαίης θαλλῷ· ἀπὸ δὲ τῆς ἐ-

Artabanus, [1] quod ſperaret ea à Xerxe ſine illis verbis admiſſum iri, juſſa exequutus eſt. Et quum induta ſibi Xerxis veſte, regali ſolio reſediſſet, moxque recubuiſſet, idem inſomnium dormientem adiit quod Xerxem adierat, eique ſuperaſtiſtens, ita inquit, [2] Tune ille es qui feſtinantem ire in Græciam Xerxem diſtines, tanquam ejus curator? Tu neque in futurum neque in præſens conſideras, qui diſſuades id quod eſt fatale contingere. Quid autem Xerxem pati neceſſe ſit, nili dicto audiens fuerit, ei ipſi demonſtratum eſt. His XVIII. verbis Artabano viſus eſt ille vir in ſomnis minitari, candentibuſque ferramentis comari oculos ipſi exurere. Qua de re vehementer exclamans Artabanus exiliit, aditoque Xerxi obſervatam ſibi in ſomnis viſionem expoſuit, ſecundoque loco hæc inquit: [3] Equidem rex, ego, veluti homo, quod multa jam videram, & magna negocia ſub Heſſonibus contigiſſe, non ſinebam te omni ætati indulgere, gnarus rem eſſe malam multa concupiſcere, memoria tenens quomodo cum exercitu Cyri contra Maſſagetas actum eſſet: quomodo cum exercitu Cambyſis contra Æthiopes: qui etiam cum Dario militavi adverſus Scythas. Hæc ſciens ego, ſentiebam te (ſi quieſceres) omnium hominum beatiſſimum. Sed quoniam divinus quidam inſtinctus eſt, & Græcos clades quædam (ut videtur) miſſa divinitus manet, ego quoque cedo, ac ſententiam muto. Tu vero quæ divinitus miſſa ſunt, indicato Perſis, jubetoque ut iis quæ ad apparatum pertinentia ante præceperas, operam dent. Et ita agito ut nihil tuorum, deo tribuente, deſit. His dictis, & ſublatis ex ea viſione animis, ubi dies extitit, ibi confeſtim & Xerxes hæc Perſis exponit, & Artabanus quem conſtabat prius ſolum omnium id fuiſſe dehortatum, tunc exhortabatur. ¶ Poſt hæc ineunti expedi- XIX. tionem Xerxi tertium in ſomnis viſum oblatum eſt: quod magi auditum, conjectarunt ad univerſam terram pertinere, portendereque omnes homines Xerxi ſervituros. Viſum autem tale erat: Videbatur ſibi Xerxes ſurculo oleagino coronatus eſſe, cujus o-

μιμνησκόμενος

μιμνησκόμενος

1 Quum ſperaret fore ut quæ à Xerxe dicerentur, vana eſſe probaret, juſſa exeq. 2 Tu nunc ille es qui Xerxem ab inferendo Græcis bello dehortaris, tanquam ejus curam gerens? At nec in præſens nec in poſterum impune tibi erit quod ea diſſuades quæ fata fieri volunt. 3. Ego certe, rex, qui multos quorum res ampliores eſſent, ab illis quorum res anguſtiores erant, ſuperatos vidiſſem, te per omnia morem ætati gerere non ſinebam. *At Valla populum aliquem ſub Heſſonum nomine videtur ſomniaſſe.*

leæ ramis universa tellus occuparetur, & mox corona capiti circundata, evanescere. Hæc magis interpretatis, sine mora Persæ qui in concilio fuerant, ad suam quisque præfecturam digressi, omni studio incubuerunt ad exequenda jussa, cupidi dona quæ proposita fuerant obtinendi. XX. Xerxes, autem ita copias suas contraxit ut omnem continentis locum scrutaretur. si quidem à debellata Ægypto per totum quadriennium comparaverat exercitum, atque ejus apparatum, quinto autem anno incunte movit cum ingenti copiarum manu. Nam omnium quos novimus exercituum hic multo maximus extitit: adeo ut ad eum nihil fuisse videatur aut ille Darianus, qui adversus Scythas ductus est, aut ille Scythicus, qui Cimmerios insequens Medicam rigionem invasit, ac pæne omnia superiora Asiæ subegit ac tenuit: (quo nomine Darius postea Scythas ivit ultum) aut ille (ut fama fert) Atridæ adversus Ilium, aut ille ante Troicum bellum, Mysorum Teucrorumque, qui per Bosphorum in Europam transgressus, omnes Thraces in deditionem suam redegit, ad Ioniumque Pontum descendens, ad Peneum usq; amnem qui ad meridiem vergit, pro- XXI. cessit. Neq; illi omnes exercitus, neque alii his adjecti, cum uno hoc comparari merentur. [1] Quis enim non attulit ad Xerxem ex Asia copias? quæ aqua præter ingentes amnes potando non defecit? Alii nanque naves præstabant, aliis ut peditatum, aliis ut equitatum, aliis ut navigia ad vectandos equos eorum qui una militabant, aliis ut naves longas in usum pontium præstarent, injunctum erat, aliis ut frumentum & naves. Quæ triennio superiore præparata erant, præcipue propter Athon, ut in quo superior classis dum circumvehitur afflictata fuisset. Ad Eleundem enim Chersonesi classis habebat stationem, illincque omnes copiæ sub verberibus cœperunt Athon effodere, quum per vices alii aliis succederent, adjuvantibus etiam in effodiendo accolis: præpositis operi, Bubare Megabyzi, [2] Artæo & Artachæi filio, viris XXII. Persis. Est autem Athos mons ingens ac nobilis, ad mare pertingens, ab hac parte hominibus cultus, ad continentem desinens in speciem Chersonesi, *id est*, *peninsulæ*, cum isthmo duo-

λαίης τὲς κλάδυς γλῶ πᾶσαν ὑπηρχῆν. μὴ 249.
ὃ, ἀφανιῶ λῶαγ ὧδε τῇ κεφαλῇ κείμδυον τ σέφανον. κρινάντων ὃ ταυτη τῷ μάγων, Περσέων τε τῷ συλλεχθέντων, αὐλίκα πᾶς ἀνὴρ ἐς τ ἀρχλὼ τ ἑωϋτῦ ἀπελάσας, εἶχε περδυμίλω πᾶσαν ὅπῃ τοῖσι ἀνειρημδύοισι, θέλων αὐτὸς ἕκαστ Θ. τὰ προκείμδια δῶρα λαβεῖν. Καὶ Ξέρξης τὸ στρατῦ ὕστω ἐπάγκρσιν ἐποιέετο, χῶρον πάντα ἐρευνῶν τ ἠπείρυ. ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτω ἀλώσιΘ., ἐπὶ μὲ τέσσερα ἔτεα πλήρεα ὡξεχρᾶτο στρατιλώ τε καὶ τὰ πρόσφορα τῇ στρατιῇ· πέμπτῳ ὃ ἔτει ἀνομδύῳ ἐστρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ πλήθΘ. τόλων γὰρ τῶν ἡμεῖς ἴσμδυ πολλῷ δὴ μέγιστ Θ. ὅδε ἐγένετο· ὥστε μήτε τ Δαρείυ τ ὅπῃ Σκύθας ὧδε τῦτον μηδὲν φάνεσθαι, μήτε τ Σκυθικὸν, ὅτε μηδένα Σκύθας Κιμμερίυς διώκοντες, ἐς τ Μηδικλὼ χώρλω ἐμβαλόντες, σχεδὸν πάντα τὰ ἄνω τῆς Ἀσίης καταστρεψάμδυοι, ἐνέμοντο. τῶν εἵνεκεν ὕστερον ΔαρεῖΘ. ἐτιμωρέετο. μήτε κῦ τὰ λεγόμδυα τῶν Ἀτρειδέων ἐς Ἴλιον, μήτε τ Μυσῶν τε καὶ Τευκρῶν, τ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν γενόμδυον· οἳ δὴ βάντες ἐς τ Εὐρώπλω κῦ Βόσπορον, τές τε Θρήϊκας κατεστρέψαντο πάντας, καὶ ὅπῃ τ Ἰώνιον πόντον καλέδνσαν, μέχρι τε Γηνειῆ ποταμῦ τῦ πρὸς μεσαμβρίλω ἔλασαν. Αὗται αἱ πᾶσαι, ὐδ' ἕτεραι πρὸς ταύτῃσι γενόμδυαι αἱ στρατιλασίαι, μοῖρ τῆς δὲ οὐκ ἀξίαι. τὶ γὰρ οὐκ ἤγαγε ἐκ τῆς Ἀσίης ἐπὶ Θ. ὅπῃ τ Ἑλλάδα Ξέρξης; κρῖον ὃ πινόμδυον ὕδωρ οὐκ ἐπέλιπε, πλὴν τῶν μεγάλων ποταμῶν; οἱ μὲ γὰρ νέας παρείχοντο, οἱ ὃ ἐς πέζον ἐτελάχατο, τοῖσι ὃ ἵππος προσετέτακτο, τοῖσι ὃ ἱππαγωγὰ πλοῖα, ἅμα στρατλόμδυοισι· τοῖσι ὃ, ἐς τὰς γεφύρας μακρὰς νέας παρέχειν· τοῖσι ὃ, σῖτά τε καὶ νέας. καὶ τῦτο μὲ, ὡς προπαιασάντων τῶν πρώτων ὧδε πλεόντων τὸν Ἄθων, προετοιμάζετο πρὸ τριῶν ἐτέων, καὶ μάλιστα ἐς τὸν Ἄθων. ἐν γὰρ Ἐλεῦντι τῇ Χερσονήσῳ ὥρμεον τριήρεες· ἐνθεῦτεν ὃ ὁρμεώμδυοι, ὤρυσσον ὑπὸ μάστιγων παντοδαποὶ τῆς στρατιῆς, ἀγώνοχοι δ' ἐφοίτων· ὤρυσσον ὃ καὶ οἱ ὧδε τὸν Ἄθων κατοικημδύοι. Βυβάρις ὃ ὁ Μεγαβάζυ, καὶ Ἀρταγαίης ὁ Ἀρτάγυ, ἄνδρες Πέρσαι, ἐπεστάτεον τῷ ἔργῳ. Ὁ γὰρ Ἄθως ἔστι ὄρΘ. μέγα τε καὶ ὀνομαστὸν, ἐς θάλασσαν κατήκον, οἰκημδύον ὑπὸ ἀνθρώπων. τῇ ὃ τελευτᾷ ἐς τ ἤπειρον τὸ ὄρΘ., χερσονησοειδές τε ἐόν, καὶ ἰσθμὸς ὡς δώ-

δεκα-

1 Quam enim ex Asia gentem in Græciam non adduxit Xerxes? 2 Et Artachæo Artæi filio,

δεκα σταδίων· πεδίον ὂ τοῦτο, καὶ κολωνοὶ ὲ μεγάλοι ἐπὶ θαλάσσης τῆ Ἀκανθίων, ὅση θάλασσαν τὸ ἀντίον Τορώνες· ἐν ὂ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ, ἐς ὃν πελάγεϊ ὁ Ἄθως, Σάνη πόλις Ἑλλὰς οἰκέαται. αἱ ὂ ἐντὸς Σάνης, ἔσω ὂ τοῦ Ἄθω οἰκημέναι, τὰς τότε ὁ Πέρσης νησιώτιδας ἀντὶ ἠπειρωτίδων ὥρμητο ποιέειν, εἰσὶ αἵδε, Δῖον, Θύσον, Ὀλόφυξος, Ἀκρόθοον, Θύσος, Κλεωναί. πόλιες μὲ αὗται αἱ τὸν Ἄθων νέμονται. Ὧρυσσον ὂ ὧδε· διασάμβοι τὸ χῶρον οἱ βάρβαροι κατ' ἔθνεα, κατὰ Σάνιον πόλιν ὁρμεώμενοι ποιησάμβοι· ἐπεὶ ὂ ἐγίνετο βαθεῖα ἡ διώρυξ, οἱ μὲ, κατώτατα ἑστεῶτες, ὤρυσσον. ἕτεροι ὂ παρεδίδοσαν τὸ αἰεὶ ἐξορυσσόμενον χοῦν ἄλλοισι κατύπερθε ἑστεῶσι ἐπὶ βάθρων· οἱ δ' αὖ ἐκδεκόμενοι, ἑτέροισι, ἕως ἀπίκοντο ἐς τοὺς ἀνωτάτω· ὅτι ὂ ἐξεφόρεόν τε καὶ ἐξέβαλλον· τοῖσι μὴ νυν ἄλλοισι πλὴν Φοινίκων, καταῤῥηγνύμβοι οἱ χρημνοὶ τὸ ὀρύσσεθρον, πόνον διπλήσιον παρεῖχον. ἅτε γὰρ τοῦ τε ἄνω στόμα θος καὶ τοῦ κάτω ταὐτὰ μέτρα ποιεύμβοι, ἔμελλέ σφι τοιοῦτον ἀποβήσεσθαι· οἱ ὂ Φοίνικες σοφίῃ ἔν τε τοῖσι ἄλλοισι ἔργοισι ἀπέδεικνυντο, καὶ δὴ καὶ ἐν τούτῳ. ἀπολαχόντες γὰρ μέρεος ὅσον αὐτοῖσι ἐπέβαλε, ὤρυσσον· τὸ μὲ ἄνω στόμα τῆς διώρυχος ποιεῦντες διπλήσιον ἢ ὅσον ἔδει αὐτὴν τὴν διώρυχα γενέσθαι· προβαίνοντος ὂ τοῦ ἔργου, συνῆγον αἰεί. κάτω τε δὴ ἐγίνετο, καὶ ἐξισοῦτο τοῖσι ἄλλοισι τὸ ἔργον. ἐνταῦτα δὴ λειμὼν ἦν, ἵνα σφι ἀγορή τε ἐγίνετο καὶ πρήϊον. σῖτος δὲ σφισι πολλὸς ἐφοίτα ἐκ τῆς Ἀσίης ἀληλεσμένος. Ὡς μὲ ἐμὲ συμβαλλόμενον δοκέειν, μεγαλοφροσύνης εἵνεκα αὐτὸ Ξέρξης ὀρύσσειν ἐκέλευε, ἐθέλων τε δύναμιν ἀποδείκνυσθαι, καὶ μνημόσυνα λιπέσθαι. παρεὸν γὰρ μηδένα πόνον λαβόντα, τὸν ἰσθμὸν τὰς νέας ἀμείψασθαι, ὀρύσσειν ἐκέλευε διώρυχα τῇ θαλάσσῃ εὖρος ὡς δύο τριήρεας πλέειν ὁμοῦ ἐλαυνομένας. τοῖσι ὂ αὐτοῖσι τούτοισι τοῖσί περ καὶ τὸ ὄρυγμα, προστέταχτο καὶ τὸν Στρυμόνα ποταμὸν ζεύξαντας γεφυρῶσαι. Ταῦτα μὲν νυν ὧδε ἐποιέετο. παρεσκευάζετο ὂ καὶ ὅπλα ἐς τὰς γεφύρας βύβλινά τε καὶ λευκὰ λίνα· ἐπετάξατο Φοινίκεσί τε καὶ Αἰγυπτίοισι καὶ σιτία τῇ στρατιῇ καταβάλλειν, ἵνα μὴ λιμήνηται ἡ στρατιὴ, μηδὲ τὰ ὑποζύγια ἐλαυνόμενα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. ἀναπυνθάνομενος ὂ τὴν χώρην,

decim ſtadiorum. Hæc planities atque tumuli, è mari Acanthiorum ad mare quod eſt contra Toronem, non ſunt magni. In hoc iſthmo ubi Athos finitur, ſita eſt urbs Græca nomine Sana. Quæ autem extra Sanam & intra Athon ſitæ ſunt urbes, eas tunc Perſa ex continentibus inſulanas facere aggreſſus eſt: quæ ſunt hæ, Dion, Olophyxus, Acrothoon, Thyſus, Cleonæ. Iſtæ quidem ſunt urbes quæ apud Athon incoluntur. Hunc autem in modum barbari locum [1] nationatim effodiebant recto limite Sanam verſus. Poſteaquam depreſſa erat foſſa ab iis qui in imo fodiebant, alii humum effoſſam aſſidue tradebant aliis ſuper ſcalas ſtantibus: & iſti excipientes tradebant deinceps aliis, dum ad ſummos perveniebatur, qui illam efferebant atque abjiciebant. Qua in re 2 tumuli effoſſi duplicem laborem illis, præterquam Phœnicibus, præbebant: nam quum eandem facerent foſſæ menſuram ſuperius in ore quam inferius in fundo, id neceſſe fuit contingere. At Phœnices cum aliis in rebus, tum vero in illa prudentiam ſuam declaraverunt: qui partem quæ ſibi contigerat, ita excavaverunt ut os foſſæ duplum eſſet quàm ipſam foſſam eſſe oportebat, procedenteque opere aſſidue illam coarctabant: ut quum ad imum deventum eſſet, foſſa cæterorum partibus adæquaretur. Eſt autem hoc loco pratum quoddam, ubi illorum erat & forum & mercatus, quo multum etiam ex Aſia frumenti moliti comportabatur. Hanc foſſam Xerxes (ut ego conjectura colligo) jactantiæ gratia deprimi juſſit, potentiæ oſtentandæ cupidus, ac memoriæ ſui relinquendæ. nam quum liceret nullo negocio naves per iſthmum tranſportare, juſſit iſthmum intercidi, ad mare recipiendum in foſſam tantæ latitudinis ut duæ triremes pariter illac agitari poſſent. Eiſdem autem imperatum eſt ut foſſam facerent, quibus fuerat ut flumen Strymonem pontibus jungerent. Iſta Xerxes hunc in modum fecit. Comparavit item ad pontem [3] armaturam, [4] lirpi atq; albi lini copiam: dato hoc Phœnicibus atq; Ægyptiis negocio ut commeatum exercitui comportarent: ne homines neve jumenta quæ ducebantur in Græciam, [5] abſumerentur. Sed admonitus

XXIII.

XXIV.

XXV.

---

1 Nationatim diſtributum effoderunt. 2 Prærupta præcipitia foſſæ dupl. 3 Ὅπλα *hic vocantur funes nautici.* 4 Bybli. 5 Fame laborarent, λιμήνηται, *non* λυμήνηται.

juſſit

jussit illum in loca quæ cuique opportunissima essent, alius alia via comportaret undique ex Asia navibus onerariis & vectoriis. Verum plurimi comportarunt in oram quæ dicitur Album litus, ut quibusque præceptum erat: alii in Tyrodizam Perinthiorum oram, alii in Doriscum, alii in Eionem, quæ est super Strymonem: alii in Macedoniam. XXVI. Dum isti in imperato sibi trajectu occupantur, interea Xerxes, coactis omnibus pedestribus copiis, iter ingressus est Sardis versus, movens ex Critalis Cappadociæ. Illuc enim edictum erat ut cunctæ copiæ cogerentur, quæ per continentem erant cum Xerxe ituræ. In quibus quisnam præfectorum agmen pulcherrime instructum ducens, ab rege donatus est proposito præmio, affirmare non possum, quia nec à principio, quum res in judicium deducta est, cognovi. Posteaquam autem transmisso flumine Haly, attigerunt Phrygiam, itinere per eam facto, pervenerunt Celænas, ubi fontes Mæandri existunt: & alterius amnis non minoris Mæandro, nomine Cataractæ, qui ex ipso foro Celænarum exoriens influit in Mæandrum. In qua urbe & in quo foro visitur suspensa Sileni Marsyæ pellis in utrem formata, quâ à Phrygibus fertur Apollo illi detractum suspendisse. XXVII. ¶ In hac urbe residens Pythius Atys filius: vir Lydus, omnem regis exercitum atque ipsum Xerxem magnificentissimo hospitio excepit: sponditq; se pecuniam ei in bellum suppeditaturum. Ob quam sponsionem Xerxes eos qui aderant Persas interrogavit quisnam esset Pythius, & quantum possidens, qui hoc polliceretur. Illi, Rex, inquiunt, hic ille est qui Darium patrem tuum aurea platano ac vite donavit: quique nunc omnium hominum divitiis XXVIII. princeps est secundum te. Hæc ultima verba Xerxes admiratus, secundo loco percontatus est ipse Pythium quantum ei pecuniarum esset. Cui ille, Neque te, inquit, celabo rex, neque dissimulabo me scire meas ipsius facultates: sed sciens, proinde exacte recensebo. Etenim[1] posteaquam accepi, celerrime te ad mare Græcum esse descensurum, volens tibi ad bellum pecuniam dono dare, subducta ratione comperi mihi esse argenti quidem duo millia

καταβάλλειν ἐκέλευε ἵνα ὅπισθεν τούτων εἴη, ἄλλα ἄλλη ἀγινέοντας ὁλκάσι τε καὶ πορθμηίοισι ἐκ τῆς Ἀσίης πανταχόθεν. τῶν δὴ πλείστων ἐς Λευκὴν ἀκτὴν τὴν κατὰ Θρηίκης ἀγίνεον, οἱ δὲ ἐς Τυρόδιζαν τὴν Περινθίων, οἱ δὲ ἐς Δορίσκον, οἱ δὲ ἐς Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, οἱ δὲ, ἐς Μακεδονίην. Ἐν τῷ δὲ ἔστι τὸ προκείμενον πόνον ἐργάζοντο, ἐν τούτῳ ὁ πεζὸς ἅπας συλλεγμένος ἅμα Ξέρξῃ ἐπορεύετο ἐς Σάρδις, ἐκ Κριτάλλων ὁρμηθεὶς τῷ ἐν Καππαδοκίῃ. ἐνδιαύτα γὰρ εἴρητο συλλέγεσθαι πάντα τὸν κατ' ἤπειρον μέλλοντα ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ προρρύεσθαι σφέα αὐτόν. ὃς μὲν νυν τῷ ὑπάρχων σφέων αὐτὸν κάλλιστα ἐξαλμένον ἀγαγὼν, τὰ προκείμενα ἔδεξε βασιλέος ἔλαβε δῶρα, ἐκ ἔχω φράσαι. ἐδὲ γὰρ ἀρχὴν ἐς κρίσιν τούτου περὶ ἐλήλυθα οἶδα. οἱ δὲ, ἐπεὶ τε διαβάντες τὸν Ἅλυν ποταμὸν, ἐμείλησαν τὴν Φρυγίην, δι' αὐτῆς πορευόμενοι, παρεγένοντο ἐς Κελαινάς, ἔστι καὶ ἐνθαῦτα πηγαὶ ἀναδιδοῦσι Μαιάνδρου ποταμοῦ, καὶ ἕτερον ἐκ ἐλάσσονος ἢ Μαιάνδρου, τῷ οὔνομα τυγχάνει ἐὸν Κατάρρακτης· ὃς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς τῆς Κελαινέων ἀνατέλλων, ἐς τὸν Μαίανδρον ἐκδιδοῖ· ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιλλοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέμαται· τὸν λόγος ἔχει ὑπὸ Φρυγῶν λόγος ἐκδαρέντα ἀνακρεμασθῆναι. Ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ὑπῆν κατήμενος Πύθιος ὁ Ἄτυος, τὸν Λυδὸς ἀνὴρ Λυδὸς, ξείνισε τῷ βασιλέος στρατῷ πᾶσαν ξεινίοισι μεγίστοισι, καὶ αὐτὸν Ξέρξεα· χρήματά τε ἐπαγγέλλετο, βουλόμενος ἐς τὸν πόλεμον παρέχειν. ἐπαγγελλομένῳ δὲ χρήματα Πυθίῳ, εἴρετο Ξέρξης Περσέων τοὺς παρεόντας, τίς τε εἶεν ἀνδρῶν Πύθιος, καὶ κόσα χρήματα κεκτημένος, ἐπαγγέλλοιτο ταῦτα. οἱ δὲ εἶπαν, Ὦ βασιλεῦ, οὗτός ἐστι ὃς τοι τὸν πατέρα Δαρεῖον ἐδωρήσατο τῇ πλατανίστῳ τῇ χρυσέῃ, καὶ τῇ ἀμπέλῳ· ὃς καὶ νῦν ἐστι πρῶτος ἀνθρώπων πλούτῳ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, μετὰ σέ. Θωϋμάσας δὲ τὰ ἐπέων τὸ τελευταῖον Ξέρξης, αὐτὸς δεύτερα εἴρετο Πύθιον ὁκόσα οἱ εἴη χρήματα· ὁ δὲ εἶπε, Ὦ βασιλεῦ, οὔτε σέο ἀποκρύψω, οὔτε σκήψομαι τὸ μὴ εἰδέναι τὰ ἐμεωυτοῦ ἐόντα, ἀλλ' ὅπισθμός τοι ἀτρεκέως καταλέξω. ἐπεὶ τε γὰρ τάχιστά σε ἐπυθόμην ὁρμέοντα ἐπὶ θάλασσαν καταβαίνοντα τὴν Ἑλλησπόντιον, βουλόμενός τοι δοῦναι ἐς τὸν πόλεμον χρήματα, ἐξέμαθον, καὶ δεῦρο λογιζόμενος, ἀργυρίου μὲν δύο χιλιάδας ἑβδομήκοντα

---

1 Quum ad mare Græciæ descendere te audissem, statim opum mearum rationem inire aggressus sum. Jam tum enim in animum induxeram pecuniam tibi dono dare in bellum id gerendum. Subducta igitur ratione, argenti quidem talenta duo——

* Legendum, Μαρσύας Καταῤῥάκτης ὃς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀκρης, &c. Nam Herodotus Marsyan amnem etiam alibi nominat Musâ quintâ; non igitur nomen proprium illius Καταῤῥάκτης, sed significat impetum, quo ex arce summâ Celænarum amnis ille manat, vel ruit potius. Exercit. Plin.

τοσαῦτα,

"ταλάντων, χρυσέου δὲ, τεσσαρακοσίας μυριά-
"δας σατήρων Δαρεικῶν, ὑπολείψας ἑπτὰ χι-
"λιάδων. καὶ τέτυσί σε ἐγὼ δωρέομαι. αὐτὸς
τῶν παρεόντων ἀπολείπομαι. "δὲ μοι ἀπὸ ἀνδραπόδων τε καὶ "γεωπόνων ἔξεστι
"βιῶναι. ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγε. Ξέρξης δὲ ἡσθεὶς
"τοῖσι εἰρημένοισι, εἶπε, Ξεῖνε Λυδὲ, ἐγὼ, ἐ-
"πεί τε ἐξῆλθον τὴν Περσίδα χώρην, ἐδενὶ
"ἀνδρὶ συνέμιξα ἐς τόδε, ὅστις ἠθέλησε ξείνια
"προθεῖναι στρατῷ τῷ ἐμῷ, οὐδὲ ὅστις ἐς ὄψιν
"τὴν ἐμὴν καταστὰς, αὐτεπάγγελτος ἐς τὸ
"πόλεμον ἐμοὶ ἠθέλησε συμβαλέσθαι χρήμα-
"τα, ἔξω σοῦ. σὺ δὲ καὶ ἐξείνισας μεγάλως
"στρατὸν τὸν ἐμὸν, καὶ χρήματα μεγάλα ἐπαγ-
251. "γέλλεαι. σοὶ ὦν ἐγὼ ἀντὶ αὐλίων γέρεα τοι-
"άδε δίδωμι, ξείνον τέ σε ποιεῦμαι ἐμὸν, καὶ
"τὰς τεσσαρακοσίας μυριάδας τοι τὰς σαυτῶν
"ἀποπλήσω παρ' ἐμεωυτοῦ, δι' ἐς τὰς ἑπτὰ χι-
"λιάδας ἵνα μήτοι ὑπολείπωσι αἱ τεσσαρακοσίαι
"μυριάδες ἑπτὰ χιλιάδεων, ἀλλ' ἡ τοι ἀπαρ-
"τιλογίη τῶν ἐμέο πεπληρωμένη. κέκτησό τε
"αὐλὸς τάπερ ἐκτήσαο, ὑπίσασό τε εἰ αἰεὶ
"τοιοῦτος. ἢν γάρ τοι ταῦτα ποιέοντι, ἤτε ἐς τὸ
"παρεὸν, ἤτε ἐς τὸ μέλλον μεταμελήσει. Ταῦ-
"τα μὲν εἰπὼν καὶ ποιήσας, ἐπορεύετο αἰεὶ πρόσω. Ἀναυα δὲ καλεομένην
Φρυγῶν πόλιν διεξελάσας, καὶ λίμνην ἐκ
τῆς ἅλες γίνονται, ἀπίκετο ἐς Κολοσσάς, πόλιν
μεγάλην Φρυγίης, ἐν τῇ Λύκος ποταμὸς ἐς
χάσμα γῆς ἐσβάλλων, ἀφανίζεται· ἔπειτα
διὰ σταδίων ὡς μάλιστά κη πέντε ἀναφαι-
νόμενος, ἐκδιδοῖ καὶ οὗτος ἐς τὸν Μαίανδρον. ἐκ
δὲ Κολοσσέων ὁρμεώμενος ὁ στρατὸς ὑπὸ τὰς
ὕρας τῆς Φρυγῶν καὶ τῆς Λυδῶν, ἀπίκετο ἐς Κύ-
δρα πόλιν· ἔνθα στήλη κατεστεπτυῖα, στα-
θεῖσα δὲ ὑπὸ Κρίσου, καταμηνύει διὰ γραμ-
μάτων τὰς ὕρας. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Φρυγίης ἐσέβαλε
ἐς τὴν Λυδίην, διζομένης τῆς ὁδοῦ,
καὶ τῆς μὲν ἐπ' ἀριστερὰ, ὑπὸ Καρίην φε-
ρούσης, τῆς δὲ ἐς δεξιὰ, ἐς Σάρδις, τῇ καὶ πορευ-
μένῳ διὰ λιῶν τὸν Μαίανδρον ποταμὸν πᾶσι
ἀνάγκη γίνεται, καὶ ἐναῦσαι διὰ Καλλατηβὸν πό-
λιν, ἐν τῇ ἄνδρες δημιοεργοὶ ἐκ μυρίκης τε καὶ
πυρῶν μέλι ποιέυσι· ταύτην ἰὼν ὁ Ξέρξης τὴν
ὁδὸν, εὗρε πλατάνιστον, τὴν κάλλει μὲν ἕνεκα,
δωρησάμενος κόσμῳ χρυσέῳ καὶ μελεδωνὸν ἀ-
θανάτῳ ἀνδρὶ ὑπερέψας, δευτέρῃ ἡμέρῃ
ἀπίκετο ἐς τὴν Λυδῶν τὸ ἄστυ. Ἀπικόμενος δὲ ἐς Σάρδις, πρῶτα μὲν ἀπέπεμπε κήρυκας

talentorum, auri vero quadragies centena millia nummûm Daricorum, septem millibus minus: quæ tibi dono donam mihi ipsi victus è mancipiis atque ex agricolis suppetit. Hæc Pythius. Quibus verbis delectatus Xerxes, Hospes Lyde, inquit, ego ex quo Persidem regionem egressus sum, neminem adhuc nactus sum qui in exercitum meum hospitalitatem exercere voluerit, aut qui in conspectum meum veniens, sua sponte pecuniam mihi ad bellum conferret, præter te: qui & exercitum meum egregia hospitalitate prosequutus es, & ingentem pecuniam polliceris. 1 ob quæ vicissim ego te iis remunerandum duco. Hospitem meum te facio: & ista quadragies centena millia nummûm de meo ipsius explebo, datis septem millibus: ne quadringentæ myriades, *id est, quadragies centena millia*, sint imperfectæ, sed addito è meis supplemento summa sit solida. quæque possides, ipse possideto, ac scito semper talem agere. nam ita agentem te, neque in præsens neque in posterum pœnitebit. XXX. Hæc loquutus & quæ dixerat exequutus, perrexit assidue porro ire: prætergressusque urbem Phrygiam nomine Anava, & stagnum ex quo conficitur sal, pervenit Colossas Phrygiæ oppidum, ubi Lycus amnis hiatum terræ subiens occulitur, deinde fere quinque post stadia emergens, elabitur & ipse in Mæandrum. Movens autem è Colossis exercitus, venit ad oppidum Cydra, quod est in finibus Phrygum ac Lydorum: ubi cippus depactus atque erectus à Cræso est, indicans litteris eos fines. XXXI. Ubi autem è Phrygia in Lydiam ventum est, id divortia viarum, quarum sinistra in Cariam fert, dextra Sardis: quam tenentibus necesse est prorsus Mæandrum transire, urbemque Callatebum præterire, in qua sunt opifices mellis è myrica & tritico conficiendi: hanc viam tenens Xerxes, reperit platanum quam ob pulchritudinem aureo monili donavit, eamque tuendam viro 2 immortali delegavit: & ad urbem Lydorum altero die XXXII. pervenit. ¶ Postquam Sardis advenit, principio caduceatores dimisit

---

———millia, auri vero myriadas quadringentas staterum Daricorum, septem millibus minus, habere me competi: quæ tibi dono dare statui. Mihi autem victus ex mancipiis & agricultura suppetet. *Ex Bud. interpr.* 1 Ut tecum paria faciam, pro hac liberalitate hospitem te meum facio: quadringentas vero myriadas nummûm de meo explebo, datis tibi chiliadibus septem, ut quadragies centenis millibus Daricorum staterum nihil desit. Proinde quæ hactenus possedisti, possideto: mementoque talem te semper præstare; hæc enim te facientem nec in præsens nec in futurum pœnitebit. *Ex ejusdem Bud. interpr.* 2 *De his viris qui immortales dicebantur, vide quæ posiea traduntur ab Herodoto hoc eodem in libro.*

in Græ-

in Græciam petitum terram & aquam edictumque ut cœnas regi instruerent ad omnes civitates, præter Athenas & Lacedæmonem. 1 Eorum autem causſa mittebat petitum terram & aquam, quia qui hæc ante Dario petenti non miſerant, hos tunc, perterritos omnino daturos arbitrabatur. Id igitur volens ex-
XXXIII. plorare, caduceatores dimiſit. ¶ Secundum hæc ſeſe apparabat tanquam Abydum profecturus, quum interea ii quibus negocium hoc datum erat, Helleſpontum ex Aſia in Europam conjungerent. Eſt autem Cherſoneſi in Helleſponto, Seſtum inter & Madytum urbes, ora ſalebroſa, quæ in mare procurrit eregione Abydi. Ubi non longo poſt tempore ſub Xanthippo Ariphronis filio Athenienſium duce, Artayctem virum Perſam Seſti præfectum cepere vivum, ſtipitique ſuffixerunt: qui in templum etiam Proteſilai quod eſt in Eleunte adductis fœminis nefanda perpe-
XXXIV. trabat. Ad hanc oram ex Abydo jungere pontem inchoavere ii quibus hoc munus erat delegatum: hinc Phœnices albo lino, illinc Ægyptii 2 ſirpo. Eſt autem ex Abydo ad ulteriorem continentem ſeptem ſtadiorum trajectus: quem pontibus junctum ingens adorta tempeſtas ea omnia diruit atque diſſolvit. Quod quum audiſſet Xerxes
XXXV. indigne ferens, juſſit trecenta Helleſponto verbera infligi, & in ejus pelagus par compedum demitti. Jam vero audivi miſiſſe quoque cum his etiam qui ſtigmata Helleſponto inurerent. Certe mandavit ut colaphos Helleſponto incuterent, dicentes barbara verba ac veſana, O aqua amara, dominus hanc tibi irrogat pœnam quod eum læſiſti, qui de te nihil male meritus erat. Te tamen rex Xerxes, velis noliſve, tranſmittet: meritoque nemo hominum tibi ſacrificat, ut doloſo pariter & amaro flumini. Hac pœna mare Xerxes plecti juſſit, atque eis qui præpoſiti operi erant, caput præ-
XXXVI. cidi. Et illos quidem pontes fecerunt ii quibus hæc ingrata merces propoſita erat. At alii architecti qui alios fecerunt, hoc modo junxerunt: Biremes triremeſque trecentas ſexaginta Euxinum verſus Pontum compoſuere: item ab altero latere trecentas quatuordecim, Ponto quidem tranſverſas, Helleſponto autem ſecundum defluxum

ἐς τὴν Ἑλλάδα, αἰτήσοντας γῆν τε καὶ ὕδωρ καὶ προερέοντας δεῖπνα βασιλεῖ παρασκευάζειν. πλὴν ἔτε ἐς Ἀθήνας, ἔτε ἐς Λακεδαίμονα ἀπέπεμπε δὴ γῆς αἴτησιν, τῇ ὃ ἄλλῃ πάντῃ. τοῦ ὃ εἵνεκα τοσόνδε μᾶλλον ἀπέπεμπε δὴ γῆν τε καὶ ὕδωρ· ὅσοι πρότερον ἐκ ἔπεμψαν Δαρείῳ πέμψαντι, τούτους πάντας ἐδόκεε τότε δεήσεσθαι, δώσειν· βουλόμενος ὧν αὐτὸ τοῦτο ἐκμαθεῖν ἀκριβῶς, ἔπεμπε. Μετὰ ὃ ταῦτα, παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν ἐς Ἄβυδον· οἱ ὃ ἐν τούτῳ τὸν Ἑλλήσποντον ἐζεύγνυσαν ἐκ τῆς Ἀσίης ἐς τὴν Εὐρώπην. ἔστι ὃ τῆς Χερσονήσου τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ, Σηστός τε πόλις καὶ μεταξύ τε καὶ Μαδύτου, ἀκτὴ παχέα ἐς θάλασσαν κατήκουσα, Ἀβύδῳ καταντίον· ἔνθα μετ' ταῦτα, χρόνῳ ὕστερον ὐ πολλῷ, ὑπὸ Ξανθίππου τοῦ Ἀριφρονος, στρατηγοῦ Ἀθηναίων, Ἀρταΰκτην ἄνδρα Πέρσην λαβόντες Σηστοῖ ὕπαρχον, ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν· ὃς καὶ ἐς τοῦ Πρωτεσίλεω τὸ ἱρὸν τὸ ἐς Ἐλαιοῦντα ἀγινεόμενος γυναῖκας, ἀθέμιτα ἔργα ἔρδεσκε. Ἐς ταύτην ὦν τὴν ἀκτὴν ἐξ Ἀβύδου ὁρμεώμενοι, ἐγεφύρων τοῖσι περσέκειτο· τὴν μὲν λινοκλίνην, Φοίνικες· τὴν δ' ἑτέρην τὴν βυβλίνην, Αἰγύπτιοι. ἔστι ὃ ἑπτὰ σταδίων ἐξ Ἀβύδου ἐς τὴν ἀπαντίον. καὶ δὴ ἐξωρμημένου τοῦ πόρου, ὄμβρος μέγας συνέκλυσέ τε ἐκεῖνα πάντα καὶ διέλυσε. Ὡς δ' ἐπύθετο Ξέρξης, δεινὰ ποιεύμενος, τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας βάσιγι πλῆξαι, καὶ κάλεα ἐς τὸ πέλαγος πεδίων ζεύγεα. ἤδη ὃ ἤκουσα ὡς καὶ μαστιγέας ἅμα τούτοισι ἀπέπεμψε κατιέντας τὸν Ἑλλήσποντον. ἐνετέλλετο δὲ ὧν βαρβαρίζοντας, λέγειν βάρβαρά τε καὶ ἀτάσθαλα, Ὦ πικρὸν ὕδωρ καὶ ἄλμυρον, δεσπότης τοι δίκλω ὧδε πιθεῖ τῷ σῷ, δι', ὅτι μιν ἠδίκησας, οὐδὲν πρὸς ἐκεῖνό σε ἀδικέοντα παθόν. καὶ βασιλεὺς μὲν Ξέρξης, διαβήσεταί σε, οὔ τις σεβίζει, οὔτε μή· σοὶ ὃ κατὰ δίκλω ἄρα ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων θύει, ὡς ἐόντι καὶ δολερῷ τε καὶ ἀλμυρῷ ποταμῷ. τὴν τε δὴ θάλασσαν ἐνετέλλετο τοῖσι ζημιοῦν, καὶ τὰ ἐπιτεταγμένα τῇ ζεύξι τοῦ Ἑλλησπόντου ἀποταμιεῖν τὰς κεφαλάς. Καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐπιτεταγμένα τοῖσι προσέκειτο αὐτὴ ἡ ἄχαρις τιμή· τοὺς ὃ ἄλλους ἀρχιτέκτονας ἐζεύγνυσαν. ἐζεύγνυσαν ὃ ὧδε· πεντηκοντέρους καὶ τριήρεας συνθέντες, ἵστασαν μὲν τὴν πρὸς τοῦ Εὐξείνου πόντου, ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας, τοῦ δὲ πόντου, ὀγδωκοσίας· τοῦ ὃ Ἑλλησπόντου, κατὰ ῥόον; ἔδοσαν.

1 *Deſunt hic aliquot verba in vulgar. edit. Græcis, quæ Valla addit, ut etiam in vet. noſtris cod. habentur.* 2 Byblo

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ, ΕΠΙΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗ ΟΥΡΑΝΙΑ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM LIBER octavus, qui inscribitur URANIA.

ΤΑΥΤΑ μὲν δὴ ὧδε λέγεται γενέσθαι. οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες, ἦσαν οἵδε· Ἀθηναῖοι μέν, νέας παρεχόμενοι ἑκατὸν καὶ ἑπτά. τοῦτο δὲ ἀρετῆς τε καὶ προθυμίης Πλαταιέες, ἄπειροι τῆς ναυτικῆς ἐόντες, συνεπλήρεσσαν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας. Κορίνθιοι δὲ τεσσεράκοντα νέας παρείχοντο· Μεγαρέες δὲ, εἴκοσι. καὶ Χαλκιδέες ἐπλήρεσσαν εἴκοσι, Ἀθηναίων παρεχόντων σφι τὰς νέας· Αἰγινῆται δὲ, ὀκτωκαίδεκα· Σικυώνιοι δὲ, δυοκαίδεκα· Λακεδαιμόνιοι δὲ, δέκα· Ἐπιδαύριοι δὲ, ὀκτώ· Ἐρετριέες δὲ, ἑπτά. Τροιζήνιοι δὲ, πέντε· Στυρέες δὲ, δύο· καὶ Κῖοι, δύο τε νέας, πεντηκοντέρους δύο. Λοκροὶ δὲ σφι οἱ Ὀπούντιοι ἐπεβοήθεον πεντηκοντέρους ἔχοντες ἑπτά. Ἦσαν ὧν ὅτοι οἱ στρατὸν ἐδίδουν ἐς Ἀρτεμίσιον. εἵρηται δέ μοι καὶ ὡς τὸ πλῆθος ἕκαστοι τῶν νεῶν παρείχοντο. ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεισέων νεῶν ἐς Ἀρτεμίσιον, πλὴν τῶν πεντηκοντέρων, διηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μία. τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κράτος ἔσχον, παρείχοντο Σπαρτιήτας, Εὐρυβιάδην τὸν Εὐρυκλείδεω. οἱ γὰρ σύμμαχοι ἐκ ἔφασαν, ἢν μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι στόμα. Ἐλέγετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος, 294 πρὶν καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν ὅπλα συμμαχίην, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὼν εἴη ὑπερέχειν· ἀντιβάντων δὲ τῶν συμμάχων, εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι· μέγα πεποιημένοι ὦδε εἶναι τὴν Ἑλλάδα· καὶ γινόντες, εἰ στασιάσουσι περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς ἀπολέεσθαι ἡ Ἑλλάς· ὀρθὰ νοεῦντες. στάσις γὰρ ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέοντος πάσσω κακίην ἔχει,

ΤΟQUE hæc quidem ita gesta dicuntur esse. Græci autem quibus res classiaria delegata erat, hi fuere: Athenienses, qui naves centum viginti septem præbuere, junctis sibi Platæensibus; qui etsi rei nauticæ inexperti, tamen strenue alacriterque pro se illorum naves armaverant. Corinthii, qui attulere naves quadraginta: Megarenses, qui viginti: Chalcidenses totidem sibi ab Athenienſibus præbitas armaverunt. Æginetæ, 1 undeviginti: Sicyonii, duodecim: Lacedæmonii, decem: Epidaurii, octo: Eretrienses, septem: Trœzenii, quinque: Styreenses, duas: Chii, totidem, cum totidem penteconteris, *id est, navigiis quinquagenum remorum*, Quibus auxiliares erant Locri Opuntii cum septem penteconteris. Hæc naves 11 ad Artemisium in statione erant: quarum quot quique præbuerint, mihi dictum est. Universarum vero præter penteconteros, ad Artemisium coactarum, numerus fuit ducentarum septuaginta unius. His ducem, penes quem summa imperii esset, Spartiatæ præbuerunt Eurybiadem Eurycliдæ filium. Nam socii negaverunt se, nisi Lacon esset imperator, sequuturos esse Athenienses ductores, sed exercitum qui futurus erat soluturos. Etenim jam inde ab ini- III tio, antequam in Siciliam ad societatem ineundam mitteretur, agitatum sermonibus erat tanquam expediret rem nauticam Athenienſibus permittere: cæterum recusantibus sociis, cessere Athenienses, quod magni facerent Græciam superesse: quam intelligebant esse perituram si de principatu contenderent: recte sentientes. Nam intestina seditio tanto deterior est bello quod concorditer geritur,

quanto

quanto bellum deterius est pace. Hoc itaque ipsum intelligentes, non repugnandum putaverunt, sed tantisper concedendum quoad magnopere illis indigebant, quemadmodum ostenderunt. Siquidem postea quam expulso Persa, jam de illius terra dijudicabant, superbiam Pausaniæ causati, Lacedæmonios ducatu abdicaverunt. Verum
IV hæc posterius gesta sunt. Tunc autem ii Græci qui ad Artemisium se contulerant, ubi viderunt & multum navium ad Aphetas esse contractum, & omnia plena exercitu hostili, perculsi metu, quod præter opinionem suam expectationemque res barbarorum succederent, consultabant de facienda fuga ex Artemisio [1] interiorem in Græciam. Quorum consultatione cognita, EUbœenses obsecrabant EUrybiadem ut aliquantulum temporis præstolaretur, usquedum ipsi liberos atque domesticos subducerent. Ubi non persuadent, ad ducem Athenienſium Themistoclem transgressi, paciscuntur cum eo triginta talentis ut tandiu ante EUbœam persta-
V rent donec pugna navali decerneretur. Themistocles autem hac ratione, Græcos retinuit: EUrybiadem ex hac, tanquam ex sua ipsius pecunia, quinque talentis impertit: hoc persuaso, Adimantum Ocyti filium Corinthiorum ducem, qui solus reluctabatur, negans se permansurum, sed ab Artemisio profecturum, ita alloquutus est jurejurando interposito: Tu vero haudquaquam hos deseres, quem ego majoribus donabo muneribus quam quæ rex Medorum tibi mitteret socios deserenti. Hæc loquutus, statim ad navem Adimanti tria misit argenti talenta. Istis pecunia corruptis, cum EUbœensibus gratificatus est Themistocles, tum reliquum pecuniæ quam acceperat lucrifecit: quam eum intervertisse ideo latuit eos qui partem illius acceperant,
VI quod putabant eam ab Athenienſibus ad hoc ipsum profectam esse. Ita in EUbœa perstitere, ac prœlium fecere, quod ita gestum est: Barbari quum ad Aphetas circa diluculum venissent, quumque id quod etiam ante audierant cernerent, paucas Græcorum naves ad Artemisium stationem habere, libidine tenebantur aggrediendi, si forte eos interciperent. Cæterum ex adverso inva-

ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης. βουλόμενοι ὧν αὐτὰ τοῦτο, οὐκ ἀντέτεινον, ἀλλ' εἶκον μέχρι ἃ χρῆν αὐτοὺς εὐπορεῖν αὐλέων, ὡς δέδοκτο. ὡς γὰρ δὴ ἐξεπολέμωσαν τὸν Πέρσην, ἅτε τῆς ἐκείνου ἥδη τὸν ἀγῶνα ἐπιεικῶς τοῦ, πρόφασιν τὴν Παυσανίου ὕβριν περιθέμενοι, ἀπέλυσαν τὴν ἡγεμονίαν τῶν Λακεδαιμονίων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο. Τότε δ' ὅτι οἱ ἐκ τοῦ Ἀρτεμισίου Ἑλλήνων ἀπικόμενοι, ὡς εἶδον νέας τε πολλὰς καταχθείσας ἐς τοὺς Ἀφέτας, καὶ στρατιᾶς ἅπαντα πλέα, ἐπεὶ οὐ σφίσι κατὰ δόξαν τὰ πράγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκουν, καταῤῥωδήσαντες, ἐβουλεύοντο ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. γνόντες δὲ σφέας οἱ Εὐβοέες ταῦτα βουλευομένους, ἐδέοντο Εὐρυβιάδεω πρεσβεῖαι χρόνον ὀλίγον· ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας κατεκδέωνται. ὡς δ' οὐκ ἔπειθον, μεταβάντες, τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν πείθουσι Θεμιστοκλέα δῶρα μεγάλα τελέουντα παλάντοισι, ἐπ' ᾧ τε καταμείναντες, περὶ τῆς Εὐβοίης πείσονται τὴν ναυμαχίην. Ὁ μὲν δὴ Θεμιστοκλέης τοὺς Ἕλληνας δῶρα ἔσχε· ποιέει· Εὐρυβιάδῃ τετρήρεων τῶν χρημάτων μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα, ὡς παρ' ἑωυτοῦ δῆθεν δίδους. ὡς δὲ οἱ δοὺς ἀνεπέπειστο, Ἀδείμαντον δὲ τὸν Ὠκυτοῦ, Κορίνθιον στρατηγὸν, τῶν λοιπῶν μοῦνον ἀντιβολέοντα μὴ ἀποπλώσειν, φάμενον ἀποπλώσεσθαί τε ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, καὶ ἐναμιμνέειν· πρὸς δὴ τοῦτον εἶπε ὁ Θεμιστοκλέης ἐπομόσας, Οὐ σὺ γε ἡμέας ἀπολείψεις. ἐπεὶ τοι ἐγὼ μέζω δώσω, ἢ βασιλεὺς ἄν τοι ὁ Μήδων πέμψειε ἀπολιπόντι τοὺς συμμάχους. ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ πέμπει δῶρα τῷ νεὶ τῷ Ἀδειμάντου, τάλαντα ἀργυρέια τρία. ἔστι τε δὴ ὅτε πληθόντες δώροισι, ἀναπετειμένοι ἔσαν, καὶ τοῖσι Εὐβοέῃσι ἐκεχάριστο· αὐτός τε ὁ Θεμιστοκλέης ἐπέρδεσκε, ἐλάνθανε δὲ τὸν λοιπὸν ἔχων· ἀλλ' ὅπως ἕκαστοι οἱ μετέλαβον τούτων τῶν χρημάτων, ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἐλθεῖν δοκέοντες τούτου τοῦ χρήματος. Οὕτω δὴ καταμείναντες ἐν τῇ Εὐβοίῃ καὶ ναυμαχήσαντες, ἐτράποντο ὧδε· ἐπεί τε δὴ ἐς τοὺς Ἀφέτας περὶ δείλην πρωΐην ἠμείβετο ἀπικέσθαι οἱ βάρβαροι, πυθόμενοι μὲν ἔτι καὶ πρότερον περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ναυλοχέειν νέας Ἑλληνίδας ὀλίγας, τότε δὲ αὐτοὶ ἰδόντες, πεύσιμοι ἔσαν ὁκοῖόν τι εἴη καὶ εἰ ἔλοιεν αὐτούς. ἐκ μὲν δὴ τῆς αὐλίης προσ-

1 In Græciæ interiora.

πλώειν

πλώειν ὥκα ὅφι ἐδόκεε, τῷ δὲ εἵνεκα· μή κως ἰδόντες οἱ Ἕλληνες περιπλώονται, ἐς φυγὴν ὁρμήσειαν, φόβῳ νηὸς τε διαφερνὴ καταλάβοι. καὶ ἔμελλον δὴ τὴν ἐκφόβεεσθαι. ἔδει δὲ μηδὲ πυρφόρον, τῷ ἐκείνων λόγῳ, ἐκφυγόντα ἀπεληλύθεσθαι. Πρὸς ταῦτα ὦν τάδε ἐμηχανέοντο· τῷ νεῶν ἀπασέων ἀποκείναντες διηκοσίας, περιέπεμπον ἔξωθεν Σκιάθου, ὡς ἂν μὴ ὀφθέωσι ὑπὸ τῷ πολεμίων περιπλέουσαι Εὔβοιαν, κατά τε Καφηρέα, καὶ περὶ Γεραιστὸν, ἐς τὸν Εὔριπον, ἵνα δὴ ἀπολαβοίεν. οἱ μὲν, ταύτῃ ἀπικόμενοι, καὶ φράξαντες αὐλέων τὴν ὀπίσω φέρουσαν ὁδὸν, σφεῖς δὲ ὑπισοῦμενοι ἐξ ἐναντίης. Τοῦτα βουλευσάμενοι, ἀπέπεμπον τῷ νεῶν τὰς ταχθείσας· αὐτοὶ δὲ οὐ νόῳ ἔχοντες ταύτης τῆς ἡμέρης τοῖσι Ἕλλησι ὑπαντήσεσθαι, οὐδὲ πρότερον ἢ τὸ σιώπημα ὑφ ἔμελλε φανήσεσθαι τοῖσι περιπλεόντων, ὡς ἠκόντων. ταύτας μὲν δὴ ἀπέπεμπον. τῷ δὲ λοιπέων νεῶν ἐν τῇσι Ἀφέτῃσι ἐπειρῶντο τὸν ἀριθμόν. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ὅτοι ἀριθμὸν ἐπειρῶντο τῷ νεῶν, ἦν δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ Σκυλλίης Σκιωναῖος, δύτης τῷ τότε ἀνθρώπων ἄριστος. ὃς δὲ ἐν τῇ ναυηγίῃ τῇ περὶ τὸ Πήλιον γλυφομένῃ, πολλὰ μὲν ἔσωσε τῷ χρημάτων τοῖσι Πέρσῃσι, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς περιεβάλετο. οὗτος ὁ Σκυλλίης ἐν νόῳ μὲν εἶχε ἔτεα καὶ πρότερον αὐτομολήσειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε, ὡς τότε. ὅπως μὲν δὴ πρώτῳ τὸ εὐθυῦτι ἔπι ἀπίκετο ἐς τοὺς Ἕλληνας, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἀτρεκέως· δοκέω δὲ καὶ τὰ λεγόμενα ὑπ' ἐμεῦ εἶναι ἀληθέα. λέγεται γὰρ ὡς ἐξ Ἀφετέων ὁδὸς ἐς τὸν Παγασαῖον, ὃ πρότερον ἀνέφερε μὲν ἢ ἀπίκετο ὅτε τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐφάνη μάλιστα νηῒ τριήρεϊ ἐς ἡμέρην διὰ τῆς θαλάσσης διεξελθόν. λέγεται μὲν νυν καὶ ἄλλα ψεύδεσι Ἕλληνα τὸν ἄνδρα τοῦτον· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἐόντα, ἀληθέα. περὶ μὲν τούτου γνώμην μοι ἀποδεδέχθω, πλοίῳ μὲν ἀπικέσθαι ὅτε τὸ Ἀρτεμίσιον. ὡς δὲ ἀπίκετο, αὐτίκα ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι τῷ τε ναυηγίαν, ὡς ἤκουστο, καὶ τὰς περιεμφθείσας τῷ νεῶν περὶ Εὔβοιαν. Ταῦτα δὲ ἀκούσαντες οἱ Ἕλληνες, λόγον ὅφι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν. πολλῶν δὲ λεχθέντων, ἐνίκα, τῷ ἡμέρῃ ἐκείνῃ αὐτοῦ μείναντάς τε καὶ αὐλισθέντας, μετὰ ταῦτα νύκτα μέσῃ παρέντας, πορεύεσθαι, καὶ ἀπαντᾶν τοῖσι περιπλεούσῃσι τῷ νεῶν. μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς οὐδεὶς ὅφι ἐπιπλώοι, δείλην ἀμφὶ ἡμέρης φυλάξαντες, αὐτοὶ ἐπαπέπλωον ὅπῃ τοὺς βαρβάρους, ἀπονοσέσειαν

dendum non videbatur, ne Græci, conſpectis ipſis obviam tendentibus, fugam capeſſerent 1 noxque fugientes exciperet. Sed evenire oportebat ut hi effugerent, & illorum inſidiantium ne ſacriculus quidem evaderet. Igitur VII ad hanc rem tranſigendam hoc ſunt machinati: Ducentas ex omnibus navibus delectas extra Sciathum circumagunt, juxta Capharea & Geræſtum ad Euripum, ne circumvehentes Euboeam ab hoſte cernerentur, ſed eum circumvenirent: ducentis quidem navibus quæ hac irent, viamque retro ferebat obſcientibus, reliqua vero claſſe ex adverſo ingruente. Hoc capto conſilio quas conſtituerant naves miſerunt, non habentes in animo ipſi eo die Græcos adoriri, nec priuſquam ſignum quod convenerat cum iis qui circumvehebantur, ab illis ederetur jam de ſuo adventu. His circummiſſis navibus, reliquarum apud Aphetas numerum inibant. In quibus recenſendis dum occupati ſunt, Scyllias quidam Scionæus qui iiſdem in caſtris erat, omnium ea tempeſtate hominum optimus urinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto multam pecuniam Perſis ſervavit, multa & ſibi lucratus eſt: Hic Scyllias jampridem in animo habuerat ad Græcos tranſire, ſed quum ad eam diem non fuiſſet nactus occaſionem, tunc ad Græcos tranſfugit. Sed incertum quonamodo illinc tranſierit. demiror tamen ſi verum eſt quod refertur. refertur enim, quum ex Aphetis mare ſubiſſet, non prius emerſiſſe quam ad Artemiſium pervenit, octoginta ferme maris ſtadia emenſus. De hoc viro & alia memorantur, partim mendaciis ſimilia, partim vera: de quo mihi ea probatur opinio, eum navigio ad Artemiſium perveniſſe. Is ubi eo pervenit, Græcos certiores fecit & naufragii facti & navium ad circumundam Euboeam dimiſſarum. Hoc illi IX audito inter ſe colloquuti ſunt: & quum multa eſſent ſententiæ dictæ, illa evicit ut eum diem illic maneretur & in ſtatione perſtaretur: dehinc media nocte ſolventes proficiſcerentur, & claſſi hoſtium quæ circumageretur occurrerent. Poſt, ubi nemo ſe ex adverſo fert, obſervato diei crepuſculo, ipſi ferantur in barbaros, animo experiundæ

1 Noxque fugientes exciperet. alioqui enim evaſiſſent. quum tamen, ut quidem illi conſilium inibant, ne igniferum quidem fuga ſuperesſe oporteret. *Q. d. Rationem enim inire volebant qua omnes ad unam in ſuas manus venirent, & ne igniſer quidem elaberetur.*

riundæ fortunæ cum in pugnando tum
X in perrumpendo. Quos Xerxiani milites, ducesque paucis cum navibus venientes in se conspicati, magnæ hoc illis dementiæ dantes, & ipsi naves educunt, sperantes facile se illos ire interceptum. merito sane id sperantes, quod viderent paucas Græcorum naves, suas vero multo plures atque velociores. itaque præ contemptu illos in medio concludunt. Ex Ionibus tamen illi qui Græcis bene volebant, inviti militabant, magnæ calamitatis loco ducentes quod viderent circumveniri illos, quorum neminem animadverterent esse rediturum, adeo enim infirmæ res Græcorum esse videbantur. At ii Jones quibus id quod fiebat voluptati erat, pro se quisque adnitebatur ut ipse primus aliqua navi Athenienſium capta, donum ab rege acciperet. Nam apud exercitum plurimus erat per hos de Athe-
XI nienſibus ſermo atque reſpectus. Græci, ubi eis ſignum datum eſt, primum conversis in barbaros proris, puppes in medium coegerunt: deinde ſecundo ſigno dato, opus capeſſunt, quanquam in exiguo ſpatio deprehenſi, & à fronte. mox triginta barbarorum naves excipiunt in quibus & Philaonem Cherſis filium, Gorgis Salaminiorum regis germanum, & in eo exercitu virum eximium. Græcorum autem primus navem hoſtium cepit vir Athenienſis Lycomedes Æſchrei filius: idemque palmam rei bene geſtæ retulit. In hac pugna quum invicem nunc hi nunc illi ſuperiores eſſent, interventu noctis diremptì ſunt: & Græci quidem ad Artemiſium revecti, barbari vero ad Aphetos, multo majus opinione ſua certamen experti. In hoc prælio, ſolus è Græcis qui cum rege erant, Antidorus Lemnius ad Græcos transfugit: quem Athenienſes ob eam rem tractu ſoli in
XII Salamine donarunt. Ubi nox adfuit (erat autem anni tempus mediæ æſtatis) immenſa vis aquarum extitit per totam noctem, & dura tonitrua à Pelio. Cadavera quoque ac [1] naufragia ad Aphetas efferebantur, & circa [2] navium proras excipiebantur, & remorum palmulas perturbabant. Hæc audientes qui illic erant milites, metu conſternabantur, credentes ſe eſſe utique perituros, ut qui in tantum malorum

αὐλίων ποιήσαθαι βυλόμενοι τῆς τε μάχης
καὶ τοῦ διεκπλόυ. Ὀρεόντες δὲ σφέας οἵ τε
ἄλλοι στρατιῶται οἱ Ξέρξεω καὶ οἱ στρατηγοὶ
ὀλιγωρίῃσι νηυσὶ ὀλίγῃσι, πάσχυ σφι μα-
νίλιω ἐπενεικαντίες, ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας,
ἐλπίσαντές σφεας δύπετέως αἱρήσειν· εἰκῇ
τὰ κάρτα ἐλπίσαντες. τὰς μὲν γὰρ τῶν Ἑλ-
λήνων ὁρέοντες ὀλίγας νέας, τὰς δ' ἑωυτῶν,
πλήθεί τε πολλαπλασίας, καὶ ἄμεινον πλώ-
10 δύσας, καταφρονήσαντες ταῦτα, ἐκυκλῶν-
το " αὐτὰς ἐς μέσον. ὅσοι μὲν νῦν τῶν Ἰω- X αὐτὰς
νων ἦσαν δύνοοι τοῖσι Ἕλλησι, ἀέκοντές τε ἐ-
στρατεύοντο, συμφορήν τε ἐποιεῦντο μεγά-
λιω, ὁρεόντες περιεχομένους αὐτοὺς καὶ ὅπισ-
θεν ὡς ἐδεῖς αὐλίων ἀπονοστήσει· (ὅτω
ἀσθενέα σφι ἐφαίνετο εἶ) τὰ τῶν Ἑλλήνων
πρήγματα) ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι λίῃ τὸ
γινόμενον, ἄμιλλαν ἐποιεῦντο ὁκως ἕκας-
20 αὐλίων πρῶτος νέα Ἀττικὴν ἑλών, δῶρα
παρὰ βασιλῆος λαμψῆται. Ἀθηναίων γὰρ
αὐτοῖσι λόγος λίῃ πλεῖστος ἀνὰ τὰ στρα-
τόπεδα. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς ἐσήμηνε, πρῶ-
τα μὲν, ἀντίπρωρεοι τοῖσι βαρβάροισι γινό-
μενοι, ἐς τὸ μέσον τὰς πρύμνας συνήγαγον·
δεύτερα δὲ σημαινομένου, ἔργυ εἴχοντο ἐν ὀ-
λίγῳ περ ἀπλαμφθέντες, καὶ κατὰ σόμα. ἐν-
θαῦτα τελευτῶνται νέες αἱρέσι τῶν βαρβά-
ρων, καὶ τὸν Γόργυ τὸν Σαλαμινίων βασιλῆ-
30 ος ἀδελφεὸν Φιλάονα τὸν Χέρσιος, λόγι-
μον ἐόντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἄνδρα. πρῶ-
τος δὲ Ἑλλήνων νέα τῶν πολεμίων εἷλε ἀν-
ὴρ Ἀθηναῖος Λυκομήδης Αἰσχρέυ, καὶ τὰ
ἀριστῖον ἔλαβε ἔπαθλα. τὲς δ' ἐν τῇ ναυμα-
χίῃ ταύτῃ ἑπτακαίδεκα ἀγωνιζομένους νὺξ ἐ-
πελθοῦσα διέλυσε. οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἔθεσαν τὸ
Ἀρτεμίσιον ἀπέπλεον, οἱ δὲ βάρβαροι ἐς τὰς
Ἀφέτας, πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι.
ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Ἀντίδωρος Λήμνιος,
μοῦνος τῶν σὺν βασιλέϊ Ἑλλήνων ἐόντων,
40 αὐτομολέει ἐς τὲς Ἕλληνας, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι
μετὰ τοῦτο τὸ ἔργον, ἔδοσαν αὐτῷ χῶρον ἐν
Σαλαμῖνι. Ὡς δ' ὑφορμη δ' ἐγεγόνεε, λίῃ μὲν
τῆς ὥρης μέσον θέρος, ἐγίνετο δὲ ὕδωρ τε ἄ-
πλετον μετὰ πάσης τῆς νυκτὸς, καὶ βρονταὶ
σκληραὶ ἀπὸ τοῦ Πηλίου· οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ
ναυήγια ἐξεφέροντο ἐς τὰς Ἀφέτας· καὶ ὦδέ τε
τὰς πρῴρας τῶν νεῶν εἰλέοντο, καὶ ἐτάρασσον τὲς
παρῃὲς τῶν κωπέων. οἱ δὲ στρατιῶται οἱ ταύ-
τῃ ἀκέοντες ταῦτα, ἐς φόβον κατίσταντο,
ἐλπίζοντες πάσχυ ἀπολέεσθαι, ἐς οἷα κακὰ

1 *Id est, Res naufragio demerſæ.* 2. Navium proris advolvebantur,

ἥκειν.

ἦκον· πρὶν γὰρ ἢ καὶ ἀναπνεῦσαι σφέας ἔκ τε τῆς ναυηγίης καὶ τοῦ χειμῶνος τοῦ γλαφυροῦ καὶ Πήλιον, ὑπέλαβε ναυμαχίη καρτερή· ὅκου ὦν τῆς ναυμαχίης, ὄμβρος τε λάβρος, καὶ ῥεύματα ἰσχυρὰ καὶ θάλασσαν ὠρμημένην, βρονταί τε σκληραὶ καὶ τοιούτων ὕδατος γίνεται. Τούτοισι δὲ ταχθεῖσι αὐλέων περιπλώειν Εὔβοιαν, ἡ αὐτὴ περ ἐοῦσα νὺξ, πολλὸν δὴ ἐπ' ἀγριωτέρῃ, τοσούτῳ ὅσῳ ἐν πελάγεϊ φερομένοισι ἐπέκειτο. καὶ τὸ τέλος ὧδε ἐγίνετο ἄχαρι. ὡς γὰρ δὴ πλέοι αὐτοῖσι χειμών τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιγίνοιτο, ἐοῦσι κατὰ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίης, φερόμενοι τῷ πνεύματι, καὶ οὐκ εἰδότες τῇ ἐφέροντο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας. ἐπιτέλεά τε πᾶν τοῦτο ἐγένετο τῷ θεῷ ὅκως ἂν ὀλισθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν, μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη. ἕτοιμοι μὲν νυν ἦσαν τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίης διεφθείροντο. Οἱ δ' ἐν Ἀφέτῃσι βάρβαροι, ὡς σφι ἀμείνοισι ἡμέρη ἐπέλαμψε, ἀτρέμας τε εἶχον τὰς νέας· καὶ σφι ἀπεχρέετο κακῶς πρήσσουσι ἡσυχίην ἄγειν ἐν τῷ παρεόντι. τοῖσι δὲ Ἕλλησι ἐπεβοήθεον νέες τρεῖς καὶ πεντήκοντα Ἀττικαί. αὗται τε δὴ σφέας ἐπερρώσαν ἀπικόμεναι, καὶ ἅμα ἀγγελίη ἐλθοῦσα, ὡς τῶν βαρβάρων οἱ περιπλέοντες τὴν Εὔβοιαν πάντες εἶησαν διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ γλαφυροῦ χειμῶνος. φυλάξαντες δὴ τὸν αὐτὸν ὥρην, πλώοντες ἐπέπεσον νηυσὶ Κιλίσσῃσι. ταύτας δὲ διαφθείραντες, ὡς δὴ φρόνῃ ἐχρήσθη, ἀπέπλωον ὀπίσω ὅθι τὸ Ἀρτεμίσιον. Τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ δεινόν τι ποιεύμενοι οἱ στρατηγοὶ τῶν βαρβάρων, νέας ὅτι σφι ὀλίγας λιμαίνεσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεα δειμαίνοντες, ἐκ ἀνέμενον ἔτι τὴν Ἑλλάδα μάχης ἄρξαι, ἀλλὰ ὡμολόγεον πλώειν, καὶ μέσον ἡμέρης ἀνῆγον τὰς νέας. συνέπιπτε δὲ αὐτὰς ἡμέρας τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας καὶ τὰς πεζομαχίας τὰς ἐν Θερμοπύλῃσι. ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι περὶ Δάφνας τὸν Εὐρίπου, ὥστερ τοῖσι ἀμφὶ Λεωνίδεα, τὴν ἐσβολὴν φυλάσσειν. οἱ μὲν δὴ παρεκελεύοντο ὅκως μὴ παρήσουσι ἐς τὴν Ἑλλάδα τοὺς βαρβάρους, οἱ δ' ὅκως τὸ Ἑλληνικὸν στράτευμα διαφθείραντες, τῷ πόρῳ χρήσωνται. Ὡς δὲ ταξάμενοι οἱ Ξέρξεω ἐπέπλωον, οἱ Ἕλληνες ἀτρέμας εἶχον πρὸς τῷ Ἀρτεμισίῳ. οἱ δὲ βάρβαροι κυκλούμενοι ὧδε ποιέοντες τῷ νεῶν, ἐκυκλοῦντο ὡς περιλάβοιεν αὐτούς. ἐνθαῦτα οἱ Ἕλληνες

deveniſſent: quippe quos, antequam reſpiraſſent è naufragio & tempeſtate quæ ad Pelion extiterat, excepiſſet atrox pugna navalis, ex pugna navali vehemens imber & validi aquarum in mare diſcurſus, ac dura tonitrua. Et iſtis quidem hujuſmodi nox contigit. At iis XIII quibus negocium datum erat ut Euboeam circumirent, quanquam eadem nox, tamen etiam multo atrocior erat: tanto quidem, quanto majus eſt quod eos dum in pelago ferrentur invaſit: adeo ut triſtis exitus fuerit. Ut enim eos curſum tenentes tempeſtas ac pluvia adorta eſt, quum eſſent ad concava Euboeæ, ac flatu ferrentur, ignari quo ferrentur, ad petras impingebantur. Et id omne à deo fiebat, quo Græcæ claſſi par redderetur id navium quod ſupererat, nec multo plus foret. Atque hi quidem circa Euboeæ concava periere. Barbari vero qui apud Aphetas e- XIV rant, ubi ipſis libentibus dies illuxit, 1 naves ſuas ſtabilierunt, ſatis habentes, quum male rem geſſiſſent, quietem agere in præſens. At Græcis auxilio tres & quinquaginta naves Atticæ ſupervenere: quæ ſuo adventu illis tum animum addiderunt, tum nuncium attulerunt, eos barbaros qui Euboeam circumvehebantur, tempeſtate illa quæ extiterat cunctos interiiſſe. Itaque Græci eadem qua pridie obſervata hora profecti, naves Cilicum invaſere. Quas ubi corrupere, & nox advenit: iterum ſe ad Artemiſium receperunt. Tertio die bar- XV barorum duces, tum indigne ferentes 2 à tantula ſe claſſe vexari, tum à Xerxe ſupplicium timentes, non expectandum ſibi amplius cenſuerunt ut Græci priores pugnam capeſſerent, ſed inſtructas naves circa meridiem eduxerunt. Contigit autem ut per hos eoſdem dies & hæc navalia prœlia & illa in Thermopylis terreſtria gererentur. Erat autem omne certamen his in mari de Euripo, quemadmodum illis qui cum Leonide erant de tranſitu arcendo. & Græci quidem ſeſe adhortabantur ne barbaros intrare Græciam ſinerent: barbari vero, ut Græcorum copiis profligatis, tranſitu potirentur. Procedente autem Xer- XVI xianorum claſſe in aciem ordinata, dum Græci ſe apud Artemiſium immotos tenebant claſſe circumdabant. Ibi Græci

1 Naves ſuas non movebant. *Vel, Naves immeras ſiſtebant.* 2 Se tantulam ſuam claſſem profligare. *Id eſt, In periculum conjicere ne profligaretur à Græcis.*

ex ad-

ex adverso prodeuntes conflixere. Qua in pugna pari marte pugnatum est. nam Xerxiana classis præ magnitudine & copia sua in se incidebat, perturbatis navibus & mutuo incursantibus: resistebat tamen neque cedebat. Indigna enim res videbatur, à paucis navibus in fugam converti. Itaque multæ Græcorum naves interibant, multi etiam viri, sed multo plures barbarorum & naves & viri: atque ita dimicantes utrique ab alteris abscessere. Hoc in prœlio Xerxianos inter milites optimam Ægyptii navaverunt operam, cum aliis magnis editis operibus, tum hoc quod quinque Græcas naves cum ipsis propugnatoribus cæpere. E Græcis autem eo die præstantissimi extitere Athenienses, & inter Athenienses Clinias Alcibiadis filius: qui domestico sumptu ac propria navi cum ducentis viris militabat. Ubi utrique libenter in diversum obiere, ad suas stationes sese recepere. Græci autem direpto prœlio revecti, etsi cæsorum corporibus ac naufragiis potiti erant, tamen quod male affecti essent, præcipueque Athenienses (quorum dimidium navium vulneratum erat) de fugiendo [1] in ulteriora Græciæ deliberabant. Themistocles, reputans, si ab amicitia barbari Jones & Cares abduceret, fieri posse ut reliquos superarent, dum Eubœenses pecora ad mare propellunt, illuc duces contraxit, eisque dixit se astutiam quandam habere, qua speraret optimos quosque sociorum ab rege abductum iri. Hactenus rem enudavit, addiditque ad eam transigendam hoc ab illis agendum esse. ut Eubœicorum pecorum quantum vellet quisque mactaret. satius enim esse suorum copiis illos potiri quam hostem. Ac monuit ut suis quisque popularibus præciperet ignem accendere: sibi autem de discessu sub tempus opportunum curam fore, ut sine noxa abirent. Hoc illis probatum quum esset, accensis ignibus ad pecora est itum. Nam Eubœenses, contempto Bacidis oraculo, tanquam nihil dicente, neque exportaverant quicquam, neque importaverant: & velut impendente eis bello, res sibi quoque ipsis obscuras effecerant. Ita enim habebat de his oraculum Bacidis,

XVII

XVIII

XIX

XX

Dum juga barbaricus canabæa jaculat in æquor,
Eubœa caprè mugientes fac procul absint.

ἐπανέπλευν τε καὶ συνέμισγον. ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ ὡς ἅπλησίοι ἀλλήλοισι ἐγένοντο. ὁ μὲν Ξέρξεω στρατὸς ὑπὸ μεγάθεός τε καὶ πλήθεος, αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἐπιπλέε, ταραχθέντων τε τῶν νεῶν καὶ ὡς ἐπιπωτεόντων ὡς ἀλλήλας· ὅμως μέντοι ἀντεῖχε, καὶ οὐκ εἶκε. δεινὸν γὰρ χρῆμα ἐπυνθάνοντο, ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς φυγὴν τραπέσθαι. πολλαὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων νέες διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ ἄνδρες, πολλῷ δ' ἔτι πλείονες νέες τε τῶν βαρβάρων καὶ ἄνδρες. ὕτω δὲ ἀγωνιζόμενοι διέσπασαν χωρὶς ἑκάτεροι. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Αἰγύπτιοι μὲν τῶν Ξέρξεω στρατιωτέων ἠείσθησαν· οἱ ἄλλά τε μεγάλα ἔργα ἀπεδέξαντο, καὶ νέας αὐτοῖσι ἀνδράσι εἷλον Ἑλληνίδας πέντε. τῶν δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτην τὴν ἡμέρην ἠείσθησαν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω· ὃς δαπάνῃσι οἰκηίῃσι παρεχόμενος, ἐστρατώτευε ἀνδράσι τε διηκοσίοισι καὶ οἰκηίῃ νηΐ. Ὡς δὲ διέσπασαν ἄσμενοι ἑκάτεροι, ἐς ὅρμον ἠπείγοντο. οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς ἀπαλλαγέντες ἐκ τῆς ναυμαχίης ἀπηλλάχθησαν, τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν ναυηγίων ἐπεκράτεον, τρηχέως δὲ ὠσμένοι, καὶ οὐκ ἥκιστα Ἀθηναῖοι, τῶν αἱ ἡμίσεαι τῶν νεῶν τετρώμυαι ἦσαν, ὀρμισμὸν δὴ ἐβουλεύοντο ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. Νόῳ δὲ λαβὼν ὁ Θεμιστοκλέης ὡς εἰ ἀπορράγειεν ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ τό, τε Ἰωνικὸν καὶ τὸ Καρικὸν φῦλον. οἷοί τε ἦσαν τῶν λοιπῶν κατύπερθε γενέσθαι, ἐλαυνόντων τῶν Εὐβοέων πρόβατα δηθὲν τὴν θάλασσαν· ταύτην, συλλέξας τοὺς στρατηγούς, ἔλεγε σφι ὡς δικαίους ἔχειν τινὰ παλαμᾶσθαι, τῇ ἐλπίζει τῶν βασιλέος συμμάχων ἀποσχήσειν τοὺς ἀνέμους. ταῦτα μὲν νῦν ἐς τοσοῦτο παρεγυμνοῦ. ἔπη δὲ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητὰ εἶναί σφι ἔλεγε· τῶν τε προβάτων τῶν Εὐβοεικῶν ὅσα τις ἐθέλοι κατασφάζειν· κρέαν γὰρ ἔσεσθαι τῷ στρατιῷ ἔχειν ἢ τοὺς πολεμίους. προαγορεύειν τε προεῖπεῖν τοῖσι ἑωυτῶν ἑκάστους πυρὶ ἀνακαίειν, χρηίζειν δὲ περὶ τὴν ὥρην αὐτὸν μελήσειν· ὥστε ἀσινέας ἀπικέσθαι δηθὲν τὴν Ἑλλάδα. ταῦτα μὲν ἤρεσε σφι ποιέειν· καὶ αὐτίκα πῦρ ἀνακαυσάμενοι, ἐτράποντο πρὸς τὰ πρόβατα. Οἱ γὰρ Εὐβοέες προχρησάμενοι τὴν Βακίδος χρησμὸν ὡς οὐδὲν λέγοντα, οὔτ' ἐξεκομίσαντο οὐδέν, ἔτι προεσάξαντο, ὡς παρεσομένου σφι πολέμου. προπετέα τε ἐπιπέσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα. Βακίδι γὰρ ὧδε ἔχει τετυπτέων ὁ χρησμός,

Φεύζεο, βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ
Βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἰγας.

1 In Græciæ interiora

τέτοισι ὦ ἐδέν τοῖσι ἔπεσι χρησαμβόοισι ἐν τοῖσι τότε παρεῦσί τε καὶ πρόσθε μεμβῖσι κακοῖσι, παρῆν σφι συμφορῇ χρᾶσθαι πρὸς τὰ μέγιστα. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔπρησσον, παρῆν ὦ ὁ ἐκ Τρηχῖνος κατάσκοπος. ἦν μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ κατάσκοπος Πολύας, γένος Ἀντικυρεύς, τῷ προσετέτακτο καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον, εἰ παλίσσοιε ὁ ναυτικὸς στρατὸς, σημαίνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἔβσι. ὡς δ' αὖτως ἦν Ἀβρώνυχος ὁ Λυσικλέος Ἀθηναῖος καὶ ὧδε Λεωνίδῃ ἑτοῖμος τοῖσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἔβσι ἀγγέλλειν τελευταίῳ ἦν τι καταλαμβάνῃ νεώτερον ἢ πρόσθεν. τοῦτ' ὦν ὁ Ἀβρώνυχος ἀπικόμενος ἐσήμαινέ σφι τὰ γενόμενα περὶ Λεωνίδεα καὶ τὸ στρατὸν αὐτοῦ. οἱ δ', ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, ἐκέλευον ἐς ἀναβολὰς ἐποιέοντο τὴν ἀπιχώρησιν, ἐκομίζοντο δ' ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν· Κορίνθιοι πρῶτοι, ὕστατοι δὲ, Ἀθηναῖοι. Ἀθηναίων δὲ νέας τὰς ἄριστα πλωούσας ὁπλεξάμενος Θεμιστοκλέης, ἐπορύσσετο πρὸς τὰ πόσιμα ὕδατα, ἐνετάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα, τὰ Ἴωνες ἐπελθόντες τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ὅτι τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐπελέξαντο. τὰ δὲ γράμματα τάδε ἔ-
"λεγε, Ἄνδρες Ἴωνες, οὐ ποιέετε δίκαια ὅτι
"τοὺς πατέρας στρατευόμενοι, καὶ τὴν Ἑλλάδα
"καταδουλεύμενοι. ἀλλὰ μάλιστα μὲν πρὸς
"ἡμέων γίνεσθε· εἰ δὲ ὑμῖν δοκέει τοῦτο μὴ δυνα-
"τὸν ποιῆσαι, ὑμέες δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου
"ἡμῖν ἔσεσθε καὶ αὐτοὶ, καὶ τοὺς Καρῶν δέεσθε τὰ
"αὐτὰ ὑμῖν ποιέειν. εἰ δὲ μηδέτερον τουτέων
"οἷόντε γίνεσθαι, ἀλλ' ὦν ἀναγκαίης μέζονος
"κατέζυχθε ἢ ὥστε ἀφίστασθαι, ὑμέες γε ἐν
"τῷ ἔργῳ, ἐπὰν συμμίσγωμεν, ἐντελοκακέε-
"τε, μεμνημένοι ὅτι ἀπ' ἡμέων γεγόνατε, καὶ
"ὅτι ἀρχῆθεν ἡ ἔχθρη πρὸς τὸ βάρβαρον ἀπ'
ὑμέων ἡμῖν γέγονε. Θεμιστοκλέης δὲ ταῦτα ἔγραφε, δοκέων ἐμοὶ, ἐπ' ἀμφότερα νοέων, ἵνα ἢ λαθόντα τὰ γράμματα βασιλῆα, Ἴωνας ποιήσῃ μεταβαλεῖν καὶ ἡμέας πρὸς ἑωυτόν, ἢ, ἐπείτε ἀνενειχθῇ, καὶ ἐμβληθῇ πρὸς Ἕλληνας, ἀπίστους ποιήσῃ τοὺς Ἴωνας, καὶ τὴν συμμαχίην αὐτοὺς ἀπισχῃ. Θεμιστοκλέης μὲν νυν ταῦτα ἐνέγραφε. τοῖσι δὲ βαρβάροισι αὐτίκα μετὰ ταῦτα πλοίῳ ἦλθε ἀνὴρ Ἰσιεὺς, ἀγγέλλων τὴν δρησμὸν τὴν ἀπ' Ἀρτεμισίου τῶν Ἑλλήνων. οἱ δ' ὑπ' ἀπιστίης τὴν μὲν ἀγγελίην εἶχον ἐν φυλακῇ, νῆας δὲ ταχείας ἀπέστειλαν προκατοψομένας. ἀπαγγειλάντων δὲ τουτέων ταῦτα ἦν, ὥτω δὴ ἅμα ἡλίῳ σκιδναμένῳ πᾶσα ἡ στρατιὴ ἔπλωε ἀλὴς ὅτι τὸ Ἀρτεμίσιον. ὁπόσοι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ μέχρι μέσου ἡμέρης,

His verſibus quum nihil illi niterentur, tametſi mala tum aderant, tum impendebant, fiebat ut in pleriſq; adverſa fortuna uterentur. Dum hæc iſti agebant, advenit ex Trachine ſpeculator. nam erat apud Artemiſium ſpeculator Polyas, genere Anticyrenſis, cui datum erat negocium cum expedito navigio actuario, ut renunciaret iis qui apud Thermopylas erant an claſſis diſceſſiſſet. At Abronychus Lyſiclis filius Athenienſis, apud Leonidem erat paratus cum lembo ad nunciandum iis qui ad Artemiſium agebant, ſi quid novi pedeſtribus copiis contigiſſet. Hic igitur Abronychus adveniens, indicavit ea quæ circa Leonidem & ejus exercitum geſta erant. Qua iſti re audita non jam ſibi differendum abitum putaverunt: ſed ut quique locati erant, abſceſſerunt: primi, Corinthii, poſtremi, Athenienſes. Quorum Athenienſium velociſſimis navibus delectis, Themiſtocles ad aquas potabiles ſe conferens, in lapidibus literas incidebat: quas poſtero die Jones ad Artemiſium venientes legerunt, in hæc verba: Viri Jones, haud juſte facitis, militantes adverſus patres, & Græciam redigentes in ſervitutem. Sed (quod præcipuum fuerit) ſtate à nobis: ſin hoc facere non poteſtis, [1] ſaltem nunc ſitis in medio. quod & ipſi facite, & Cares ut faciant obſecrate. Quod ſi horum neutrum agere licet, & majori neceſſitate eſtis obſtricti quam ut poſſitis deſciſcere, in re gerenda, dum pugnam conſeremus, ſponte agatis inſtrenue, memores à nobis vos eſſe oriundos, & inimicitiarum nobis cum barbaro principium à vobis extitiſſe. Hæc Themiſtocles (ut arbitror) ancipiti conſilio ſcripſit, ut ſi literæ regem laterent, Jones induceret ad deficiendum à rege ad ſe: ſin ad eum deferrentur, darenturque crimini, [2] infidos eidem redderet Jones, ut à præliis navalibus ſummoverentur. Poſtquam autem hæc Themiſtocles inſcripſit extemplo vir quidam Hiſtiæus navigio advectus, barbaris nuncium attulit Græcos ab Artemiſio profugiſſe. Illi homine, quod fidem non haberent, ſervari juſſo, naves veloces ad rem explorandam miſerunt. qua re per iſtos nunciata, ſimulatque refulſit ſol, omnis claſſis addenſata ad Artemiſium contendit: ubi ad meridiem uſque immorata,

XXI

XXII

XXIII

1 *Videntur hic mendoſa eſſe Græca exemplaria: ſed ex conjectura elicitur his ſenſus,* Et vos è medio nobis ſubducite. *Id eſt, Subducentes vos ne in medium adverſum nos prodite. Vel, Subducite vos, ne vobis prodeundum ſit &c. Vocantur autem Athenienſes Jonum patres ut ſupra. pag.* 403. 2 Suſpectos.

mox ad

mox ad Hiſtiæam proceſſit. Eo appulſi, urbe Hiſtiæorum potiti ſunt, & optimam portionem agri Hiſtiæi maritimoſque vicos omnes percurſaverunt.

XXIV ¶ Dum iſti hoc in loco agunt, Xerxes præparatis quæ ad cæſos pertinebant, præconem ad claſſiarios mittit. Hæc autem præparaverat. Quicunque è ſuo exercitu apud Thermopylas cæſi (erant autem viginti millia) eorum mille ferme relictis, cæteros depreſſa foſſa humavit: & ne à claſſiario exercitu cerni poſſent, eam humum exagitavit, foliiſque conſtravit. Præco ubi ad Hiſtiæam pervenit, facto totius exercitus cœtu, hæc dixit, Viri ſocii, rex Xerxes dat veniam cuicunque libet relictis ordinibus ire viſum quemadmodum pugnetur cum amentibus hominibus, qui ſe ſuperaturos ſperaverant copias regis. Hæc denunciante præcone, mox

XXV nihil infrequentius fuit navigiis: ita multi viſere cupiebant. Profecti eo, hos omnes Lacedæmonios eſſe ac Theſpienſes credebant qui ſtrati jacebant, quum etiam [1] ſervos cernerent. [2] Itaque res eos qui tranſmiſere non latuit. Hoc Xerxes circa ſuorum cadavera fecit, rem profecto ridiculam, ut mille jacentes extarent, cæteri verò conferti eundem in locum quater milleni comportati ſitique eſſent. Atque hunc quidem diem in ſpectaculo conſumpſerunt: poſtero autem claſſiarii Hiſtiæam ad claſſem remeaverunt. Reliqui qui cum

XXVI Xerxe erant, iter ingreſſi ſunt: ad quos pauci quidam ab Arcadia perfugæ venerunt, victus inopes, & operam ſuam præſtare cupientes: qui in conſpectum regis adducti, interrogatique cum ab aliis Perſis, tum vero à quodam præcipue, de Græcis, quidnam illi agerent, reſponderunt eos agere Olympia, & ſpectare certamen gymnicum atque equeſtre. Rurſus eodem percontante quodnam illis præmium eſſet propoſitum propter quod certarent, oleaginam coronam inquiunt eſſe qua donarentur. Ibi Tigranes Artabani filius generoſiſſimam dixit ſententiam, [3] quæ apud regem pro timido eſt habita. Audiens enim præmium illis coronam eſſe, non pecuniam, ſilentium tenere non potuit quin coram omnibus diceret, Papæ

τὸ ἀπὸ τούτου ἔπλωον ἐς Ἱστιαίην. ἀπικόμενοι δὲ, τὴν πόλιν ἔσχον τῆς Ἱστιαίων καὶ τῆς Ἑλλοπίης μοίρης, γῆς δὲ τῆς Ἱστιαιώτιδος. τὰς δὲ παραλίους κώμας πάσας ἐπέδραμον. Ἐνθαῦτα δὲ τεσσέων ἐόντων, Ξέρξης ἐτοιμασάμενος τὰ περὶ τοὺς νεκρούς, ἔπεμπε ἐς τὸ ναυτικὸν κῆρυκα. προσελθὼν δὲ τάδε· ὅσοι τῶν στρατοῦ τοῦ ἑωυτοῦ ἦσαν νεκροὶ ὑπὸ Θερμοπύλῃσι, (ἦσαν δὲ καὶ δύο μυριάδες) τοὺς λιπόμενος τούτων ὡς χιλίους, τοὺς λοιποὺς, τάφρῳ ὀρυξάμενος, ἔνθαψε· φυλλάδα τε ὑπεβάλλων, καὶ γῆν ἐπαμησάμενος, ἵνα μὴ ὀφθείησαν ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ. ὡς δὲ διέβη ἐς τὴν Ἱστιαίην ὁ κῆρυξ, συλλογον ποιησάμενος "παντὸς τοῦ στρατοπέδου, ἔλεγε τάδε, "Ἄνδρες ξύμμαχοι, βασιλεὺς Ξέρξης τοῖς "βουλομένοις ὑμέων ἐξουσίδωσι, σκηνοπηγίας "τῇσι τάξιν, καὶ ἐλευθερίας, δεῖπνα τε ὁκοῖα μέ- "γιστα παρὰ τοὺς ἀνοήτους τῶν ἀνθρώπων, οἱ "πλούσιον τὴν βασιλέως δυνάμιον ἔχουσι καὶ λέεις. Ταῦτα ἐπακηκοότες, μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐγίνετο πλοίων σπανιώτερον· ἀλλὰ πολλοὶ ἤνδανον δεῖπνα. Δαπανησάντων δὲ ἐπιεῖν τὸ διεξιόντες τοὺς νεκρούς. πάντες δὲ ἔφασαν τοὺς κειμένους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιέας, ἁρέοντες καὶ τοὺς εἵλωτας. οὐ μὴν οὐδ' ἐλάνθανε τοὺς ἀποθανόντας Ξέρξης τοιοῦτο πρήξας οἷοι τοὺς νεκροὺς τοὺς ἑωυτοῦ. καὶ γὰρ δὴ καὶ γελοῖον ἦν· τῶν μὲν χίλιοι ἀφαίνοντο νεκροὶ κείμενοι, οἱ δὲ πάντες ὀκόσα τε ἀλέες συλλεγομισμένοι ἦσαν τοῦτο τὸ χωρίον, τέσσερες χιλιάδες. τοιούτῳ μὲν τῷ ἡμέρην περὶ δεῖπνον ἐτέρποντο· τῇ δ' ὑστεραίῃ οἱ μὲν ἀπέπλωον ἐς Ἱστιαίην ὅτι τὰς νῆας, οἱ δὲ ἀμφὶ Ξέρξην, ἐς ὁδὸν ὥρμεατο. Ἦκον δέ σφι αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ὀλίγοι τινὲς, βίου τε δεόμενοι, καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι. ἀγαγόντες δὲ τούτους ἐς ὄψιν τοῦ βασιλέος, ἐπυνθάνοντο οἱ Πέρσαι τοὺς Ἕλληνας "τὸν ποιέοντες "εἰς δέ τις περὶ πάντων ἦν ὁ προτιθεὶς αὐτοῖς ταῦτα, οἱ δέ σφι ἔλεγον, ὡς Ὀλύμπια "ἄγοιεν, καὶ ἀγωνίζοιεν ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικόν. ὁ δὲ ἐπείρετο ὅ,τι τὸ ἆεθλον εἴη σφι προκείμενον, περὶ ὅτου ἀγωνίζονται. οἱ δ' εἶπον, τὸ ἐλαίης τὸ διδόμενον στέφανον. ἐνθαῦτα εἶπας γνώμην ἥμιναν τότε Τιγράνης ὁ Ἀρταβάνου, δειλίην ὤφλεε πρὸς βασιλέος. πυνθομένου δὲ τὸ ἆεθλον ἦν στέφανον, ἀλλ' οὐ χρήματα, οὐκ ἐπισχὼν "σιγῶν, εἶπε πρὸς πάντας τότε, Παπαὶ

298

---

1 Helotes. *quod erat ſervis Lacedæm. peculiare nomen.* 2 Sed enim eos qui illuc trajecerant non latebat quod Xerxes circa ſuorum cadavera egerat. Ac ridiculum quidem certe iſtud erat, horum, *id eſt, barbarorum*, cadavera mille duntaxat jacentia conſpici, illorum autem jacere quatuor millia, eundem in locum confertim congeſta. *Illud autem γελοῖον, (id eſt, ridiculum) non de re ipſa, ſed de Xerxe dicitur, qui tam vecors in comminiſcenda hac impoſtura fuerit. Valla autem in eo etiam lapſus eſt quod illos mille ab his quatuor millibus non diſtinxerit.* 3 Propter quam à rege pro timido eſt habitus. *vel, ignavo.*

"Μαρδόνιε, κοίους ἐπ' ἄνδρας ἤγαγες μαχη-
"σομένους ἡμέας, οἳ οὐ περὶ χρημάτων τὴν ἀ-
φῶνα πιεσῶνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς; τούτῳ
μὲν δὴ ταῦτα εἴρηο. Ἐν δὲ τῷ μετὰ μέσου
χρόνῳ ἐπεί τε τὸ ἐν Θερμοπύλῃσι τρῶμα ἐ-
γεγόνεε, αὐτίκα Θεσσαλοὶ πέμπουσι κήρυκα
ἐς Φωκέας, ἅτε σφι ἔχοντες αἰεὶ χόλον, ἀπὸ δὲ
τοῦ ὑστάτου τρώματος καὶ τὸ κάρτα. ἐσβαλόν-
τες γὰρ πανστρατιῇ αὐτοί τε οἱ Θεσσαλοὶ καὶ οἱ
σύμμαχοι αὐτέων ἐς τὴν Φωκέαν, οὐ πολλοῖσι
ἔτεσι πρότερον ταύτης τῆς βασιληΘ στρατη-
λασίης, ἐσσώθησαν ὑπὸ τῶν Φωκέων, καὶ πολε-
έφθησαν τρηχέως. καὶ ἐπεί τε γὰρ κατειλήθησαν
ἐς τὸν Παρνησσόν, οἱ Φωκέες ἔχοντες μάντιν
Τελλίην τὸν Ἠλεῖον, ἐνθαῦτα ὁ Τελλίης τοιάδε
σοφιζεται αὐτοῖσι τοιόνδε γυψώσας ἄνδρας
ἑξακοσίους τῶν Φωκέων τοὺς ἀρίστους, αὐτούς τε
τεύκτους, καὶ τὰ ὅπλα αὐτέων, νυκτὸς ἐπεδήμη-
το τοῖσι Θεσσαλοῖσι πρεσβύτας αὐτοῖσι, τοὺς
ἂν μὴ λάκκαν θίζοντα ἴδωνται, τοῦτον κτεί-
νειν, τούτους δὲ οἵ τε φυλακαὶ τῶν Θεσσαλῶν
πρῶται ἰδοῦσαι, ἐφοβήθησαν, δόξασαι ἄλλό
τι εἶναι τέρας· καὶ μετὰ τὰς φυλακὰς αὐτὴ ἡ
στρατιὴ, ὥστε πεντακισχιλίων κρατήσαι
νεκρῶν καὶ ἀσπίδων Φωκέας, τῶν τοὺς μὲν ἡμι-
σέας ἐς Ἄβας ἀνέθεσαν, τοὺς δὲ λοιπούς, ἐς
Δελφούς. ἡ δὲ δεκάτη ἐγίνετο τῶν χρημάτων
ἐκ ταύτης τῆς μάχης, οἱ μεγάλοι ἀνδριάν-
τες οἱ περὶ τὸν τρίποδα σπειρεῶντες, ἐμπροσθεν
τοῦ νηοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖσι, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι ἐν
Ἄβῃσι ἀνακέαται. Ταῦτα μὲν νυν τὸ πλέον
εἰργάσαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολι-
ορκέοντας ἑωυτούς. ἐσβαλοῦσαν δὲ ἐς τὸν χώ-
ρον τὸν ἵππον αὐτέων, ἐλυμήναντο ἀνηκέ-
στως. ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ ἥ ἐστι κατὰ Ὑάμ-
πολιν, ἐν ταύτῃ τάφρον μεγάλην ὀρύξαν-
τες, ἀμφορέας κενεὺς ἐς ταύτην κατέθηκαν.
καὶ αὐτὰ
χοῦν ὑπερφορήσαντες, καὶ ὁμαλώσαντες τῷ ἄλ-
299 λῳ χώρῳ, ἐδέκηντο τοὺς Θεσσαλοὺς ἐσβάλλον-
τας. οἱ δὲ, ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας φε-
ρόμενοι, ἐσέπεσον ἐς τοὺς ἀμφορέας· ἐνθαῦτα οἱ
ἵπποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν. Τούτων δὴ σφι ἀμ-
φοτέρων ἐχόντων ἔγκοτον οἱ Θεσσαλοὶ, πέμψαν-
"τες κήρυκα, νουθετέουσι τάδε, Ὦ Φωκέες, ἤδη τι
"μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ ἐόντες ὁμοῖοι ἡμῖν.

Mardoni, in quos viros induxisti nos ad pugnandum? qui non pecuniarum certamen agitant, sed virtutis? Hoc ille dixit. ¶ Eo interim tempore post XXVII.
acceptam apud Thermopylas calamitatem confestim Thessali caduceatores ad Phocenses mittunt, utpote iis infensi, cum semper antea, tum præcipue post novissimam cladem. Etenim non multis ante hanc regis expeditionem annis, quum ipsi Thessali & eorum socii omni cum copia bellum Phocensibus intulissent, à Phocensibus fugati sunt ac male mulctati. [1] nam quum ad Parnassum usque processissent Phocenses, secum habentes Telliam vaticinum illum Eleum, ibi Tellias hic hujusmodi rem eis commentus est: Sexcentos viros è Phocensibus præstantissimos gypso tam ipsos quam arma illinit, eosque sub noctem in Thessalos dimisit, dato præcepto ut quemcunque albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primum Thessalorum excubitores, aliud quoddam prodigium esse arbitrati, deinde ipse exercitus adeo exhorruerunt, ut tribus millibus cæsorum atque scutorum Phocenses potiti sint: quorum scutorum dimidium apud Abas, alterum dimidium apud Delphos dedicaverunt: & ex decima pecuniarum hujus pugnæ factæ sunt statuæ grandes, quæ circa tripodem è regione delubri Delphis visuntur: & alteræ ejusmodi in Abis repositæ. Hoc Phocenses in peditatum Thessalorum, à quibus obsidebantur, egerunt. Equitatum quoque eorundem, qui in suum agrum incursaverat, insanabili clade afflixit. ad ingressum enim qui est juxta urbem Hyampolin, depressa ingenti fossa, amphoras illic inanes deposuerunt, humumque desuper injecerunt, eamque reliquo solo exæquaverunt: atque ibi Thessalos expectarunt incursuros. In eos Thessali impetu dato, tanquam rapturi, in amphoras inciderunt, ibique equorum crura confracta sunt. Ob hæc ambo XXIX.
Phocensibus infensi Thessali, missò caduceatore ita dixere, [2] Nunquid dissimulatis amplius Phocenses agnoscere non esse vos nobis pares?

1 Quumque *Thessali* ad Parnassum compulsi essent, vates Tellies Eleus Phocensibus apud quos erat, hoc excogitavit. *At Valla κατειλήθησαν ad Phocenses retulit, quod tamen de victoribus dici rationi consentaneum non est. Sed Vallam in errorem induxit fortasse præposterа interpunctio quam in suo exemplari habuit, & nominativus pro genitivo absoluto positus, videlicet οἱ Φωκέες ἔχοντες, pro τῶν Φωκέων ἐχόντων, quod nihil aliud est quam si, omisso illo participio, ita (& quidem multo brevius) dixisset, τοῖς Φωκεῦσι μάντις Τελλίης ὁ Ἠλεῖος σοφίζεται τοιόνδε. Quæ observatio ad intelligendos alios Herodoti locos magno adjumento esse potest.* 2 Nunc demum Phocenses sententia mutata agnoscite etiam magis *quam antea*, vos nequaquam nobis esse pares. *At Valla interrogative hæc legit, quum tamen vera verbi γνωσιμαχεῖν significatio interrogationem admittere non videatur.*

qui &c

qui & antehac inter Græcos, quandiu partes illorum nobis placuerunt, ſemper vobis antecelluimus, & nunc apud barbarum adeo pollemus ut penes nos ſit & agro vos exuere, & in ſervitutem redigere? Quam facultatem etſi obtinemus, tamen injuriarum non ſumus memores, niſi ut eo nomine quinquaginta talenta rependatis: & nos vobis recipimus, omnia nos ab agro veſtro
XXX damna averſuros. Hæc Theſſali Phocenſibus denunciabant, quod ſoli Phocenſes inter ejus loci homines cum Medis non ſentiebant: idq; nulla alia cauſa (ut ego conjectura comperio) quàm Theſſalorum odio: partes Medorum (ut mihi videtur) ſequuturi, ſi Theſſali partes Græcorum foviſſent. Hæc deferentibus Theſſalis, negarunt ſe Phocenſes pecuniam daturos: & ſibi itidem ut Theſſalis facultatem eſſe ſentiendi cum Medis, ſi aliter ſentire vellent: ſed nequaquam fore ut ſponte eſſent proditoXXXI res Græciæ. His verbis renunciatis adeo Theſſali ſunt in Phocenſes indignatione perciti, ut barbaro duces itineris extiterint, & ex Trachinia Doridem regionem incurſaverint. nam ejus regionis [1] podeon anguſtus illic octoginta non amplius ſtadia in latum protenditur, inter Melidem ac Phocenſem regionem ſitus, quæ olim Dryopis erat. Hæc autem regio, Dorum qui ſunt in Peloponneſo, metropolis eſt. Hanc igitur Doridem regionem ingreſſi barbari nihil admodum læſerunt: cum Medis enim (etſi Theſſalis non videbatur) ſenXXXII tiebant. Poſteaquam autem è Doride in Phocidem ingreſſi ſunt barbari, ipſos quidem Phocenſes non ſunt adepti: (eorum enim nonnulli cacumnia Parnaſſi conſcenderant,[2] qui vertex eſt juxta urbem Neonem illic ſitam, nomine Tithorea: eoque ſe receperant: ſed plures ad Locros Ozolas, in urbem Amphiſſam, quæ ſupra Criſæum ſita eſt campum) omnem tamen agrum Phocenſem incurſaverunt: (ſic enim ducebantur à Theſſalis) & omnia quæ nacti ſunt, igni ferroque vaſtarunt. Urbes etiam ingreſſi, ignes in ſacras ædes injecerunt.
XXXIII Nam peragrantes eam juxta Cephiſſum amnem, cuncta populati ſunt, & hinc urbem Drymon incenderunt, illinc Chara-

"πρόσθεν τε γὰρ ἐν τοῖσι Ἕλλησι ὅσον χρόνον
"ἐκεῖνα ἡμῖν ἐφίλεε, πλέον αἰεί κοτε ὑμέων ἐ-
"φερόμεθα· νῦν τε αὖ πρὸς τοῦ βαρβάρου τοσοῦ-
"τον δυνάμεθα, ὥστε ἐὼν ἡμῖν ὄξυς ὁ γῆς ἐ-
"ξερῆσαι καὶ περισωσαι ὑμέας. ἡμεῖς
"μὲν τοι τὸ πᾶν ἔχοντες, οὐ μνησικακέομεν,
"ἀλλ' ἡμῖν ἡμιέθλιον ἀντ' αὐτέων πεντήκοντα
"τάλαντα ἀργυρίου καὶ ὑμῖν ἀποδεκόμεθα
"τὰ ὑπόκλια ὅπως τοῦ χώρου ἀποστρέψειν. Τοῦ-
τό σφι ἐπαγγέλλοντο οἱ Θεσσαλοί. οἱ γὰρ Φω-
κέες μεγίστοι τοῦσι τοῦτο ἀνθρώπων οὐκ ἐμήδιζον·
κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, (ὡς ἐγὼ συμβαλλεόμενος
δοκέω) κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τοῦ Θεσσαλῶν.
εἰ δὲ Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων ἤθελον, ὡς ἐμοὶ
δοκέειν, ἐμήδιζον ἂν οἱ Φωκέες. ταῦτα ἐπαγ-
γελλομένων Θεσσαλῶν, ἔτε δώσειν ἔφασαν χρή-
ματα, παρέχειν τε σφι Θεσσαλοῖσι ὁμοίως
μηδίζειν, εἰ ἄλλως βούλοιατο. ἀλλ' οὐκ ἔσεσθαι
ἐκόντες εἰ τοῦτο τοῦ τὴν Ἑλλάδα. Ἐπειδὴ δὲ
ἀνηλείχθησαν ταῦτα οἱ λόγοι, οὕτω δὴ οἱ Θεσσα-
λοὶ κεχολωμένοι τοῖσι Φωκεῦσι, ἐβούλοντο ἡγε-
μόνες τοῦ βαρβάρου τῆς ὁδοῦ. ἐκ μὲν δὴ τῆς Τρηχι-
νίης ἐς τὴν Δωρίδα ἐσέβαλον. τῆς γὰρ Δωρι-
δος χώρης ποδεὼν στεινὸς ταύτη κατατείνει.
ὡς τεσσεράκοντα σταδίων μάλιστά κη εὖρος, κεί-
μενον μεταξὺ τῆς τε Μηλιάδος καὶ τῆς Φωκί-
δος χώρης, ἥ περ ἦν τοπαλαιὸν Δρυοπίς. ἡ
δὲ χώρη αὕτη ἐστὶ μητρόπολις Δωριέων τοῦ ἐν
Πελοποννήσῳ. ταύτην ὦν τὴν Δωρίδα γῆν
οὐκ ἐσίναντο ἐσβάλλοντες οἱ βάρβαροι. ἐμήδι-
ζόν τε γὰρ, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι. Ὡς δὲ
ἐκ τῆς Δωρίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέβαλον, αὐ-
τοὺς μὲν τοὺς Φωκέας οὐκ αἱρέουσι. οἱ μὲν γὰρ τοῦ
Φωκέων ἐς τὰ ἄκρα τὰ Παρνησσοῦ ἀνέβησαν.
ἔστι δὲ καὶ ὀλυμπιὴν δέξασθαι ὅμιλον τῦ Παρνη-
σσοῦ ἡ κορυφὴ, κατὰ Νέωνα πόλιν, κειμένη
ὑπὸ ἐωυτῆς. Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ. ἐς τὴν
δὴ ἀνηνείκαντο, καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν οἱ δὲ πλεῦ-
ες αὐτέων ἐς τοὺς Ὀζόλας Λοκροὺς ἐξεχώρη-
σαντο, ἐς Ἀμφισσαν πόλιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρι-
σαίου πεδίου οἰκεομένην. οἱ δὲ βάρβαροι τὴν
χώρην πᾶσαν ἐπέδραμον τὴν Φωκίδα. Θεσ-
σαλοὶ γὰρ οὕτω ἦγον τὸν στρατόν. ὁκόσα
δὲ ἐπέλαβον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκαιον,
καὶ ἐς τὰς πόλις ἐνίεντες πῦρ καὶ ἐς τὰ ἱερά.
Παρδυόμενοι γὰρ ταύτη παρὰ τὸν Κηφι-
σσὸν ποταμὸν, ἐδῄουν πάντα· καὶ κατ'
μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαρά-

---

1 *Quidam*, Tractus anguſtus. *Alii*, Prominentia anguſta. *Camerarius autem ita hunc locum reddit*, Regionis Doricæ hac in parte anguſtus eſt aditus, latitudine patens ad millia paſſuum circiter quatuor. *id eſt, quaſi pero extenditur.* 2 Eſt autem multitudinis etiam caput vertex Parnaſſi, qua ad urbem Neonem vergit, ſeorſum ſitam: vocaturque ille *vertex* Tithorea. *vel Tithoreus, ut conveniat cum voce Latina Vertex maſculin. gen. ut* Τιθορέα *cum Græca ſemin. κορυφὴ. Sic paulo poſt* κορυφῆς. *meminit vocata* Τιθορείης. *Lego autem* κειμένη ἐπ' ἐωυτῆς, *pro* κειμένη ὑπ' ἐωυτῆς. *ſed ut illius quidem lectionis ſenſus ſatisfacit.*

δρην, καὶ Ἔρωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν, καὶ Νέωνα, καὶ Πεδιέας, καὶ Τριτέας, καὶ Ἐλάτειαν, καὶ Ὑάμπολιν, καὶ Παραποταμίους, καὶ Ἄβαι· ἔνθα οἱ ἱρὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον, θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον. καὶ δέ τινα καὶ τούτων καὶ νῦν ἔστι χρηστήριον αὐτόθι. καὶ τοῦτο τὸ ἱρὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν, καὶ τινας διώκοντες εἵλον τῶν Φωκέων πρὸς τοῖσι ἕρεσι. καὶ γυναῖκάς τινας διέφθειραν μισγόμενοι, ὑπὸ πλήθεος. Παραποταμίους δὲ παραμειβόμενοι οἱ βάρβαροι, ἀπίκοντο ἐς Πανοπέας· ἐνθεῦτεν δὲ ἤδη δίχα νεμόμενοι ἡ στρατιὴ αὐτέων ἐσχίζετο. τὸ μὲν πλεῖστον καὶ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ, ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ πορευόμενον ἐπ' Ἀθηναίους, ἐσέβαλε ἐς Βοιωτούς, ἐς δὲ τὴν Ὀρχομενίων, Βοιωτῶν δὲ πᾶν τὸ πλῆθος ἐμήδιζε. τῶν δὲ πόλις αὐτέων ἄνδρες Μακεδόνες διατεταγμένοι ἔσωζον, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀπεπεμφθέντες· ἔσωζον δὲ τῇδε, βουλόμενοι δῆλον ποιέειν Ξέρξῃ ὅτι τὰ Μήδων Βοιωτοὶ φρονέοιεν. ὧδε μὲν δὴ τῶν βαρβάρων τοῦτο ἐτετάροντο. Ἄλλοι δὲ αὐτέων ἡγεμόνας ἔχοντες, ὁρμέατο ὅκως τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, ἐν δεξιῇ τὸ Παρνησὸν ἀπεργόντες. ὅσου δὲ καὶ ὅσοι ἐπέσχον τῆς Φωκίδος, πάντα ἐσυλάμφορεον. καὶ γὰρ τοῖσι Παναπεῦσι τοῖσι πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλιεῦσι, καὶ Αἰολίδῃσι. ἐπορεύοντο δὲ ταύτῃ ἀποσπασθέντες τῆς ἄλλης στρατιῆς, τοῦδε εἵνεκα, ὅκως συλήσαντες τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, βασιλέϊ Ξέρξῃ ἀποδέξωσι τὰ χρήματα. πάντα δ' ἐπίστατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ὅσα λόγου ἦν ἄξια Ξέρξης (ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι) ἀμείνονα ἢ τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἔλιπε, πολλῶν αἰεὶ λεγόντων, καὶ μάλιστα τὰ Κροίσου τοῦ Ἀλυάττεω ἀναθήματα. Οἱ δὲ Δελφοὶ δέ, πυνθανόμενοι ταῦτα, ἐς πᾶσαν ἀπορωδίην ἀπίκεατο· ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες, ἐμαντεύοντο περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων, εἴτε σφέα κατορύξουσι, εἴτε ἐκκομίσουσι ἐς ἄλλην χώρην· ὁ δὲ θεὸς σφέας οὐκ ἔα κινέειν, φὰς αὐτὸς ἱκανὸς εἶναι περὶ ἑωυτοῦ προκατῆσθαι. Δελφοὶ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες, σφέων αὐτέων πέρι ἐφρόντιζον. τέκνα μὲν νυν καὶ γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Ἀχαΐην διέπεμψαν· αὐτέων δὲ οἱ μὲν πλεῖστοι ἀνέβησαν ἐς τοῦ Παρνησσοῦ τὰς κορυφάς, καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνηνείκαντο· οἱ δὲ ἐς Ἀμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον. πάντες δὲ ὧν οἱ Δελφοὶ ὑπέλιπον τὴν πόλιν, πλὴν ἑξήκοντα ἀνδρῶν, καὶ τοῦ προφήτεω. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἦσαν οἱ βάρβαροι ὁρῶντες, καὶ ἀπωρέων τὸ ἱρὸν, ἐν τούτῳ ὁ προφήτης,

dram & Erochum & Tethronium & Amphicæam & Neonem & Pedieas & Triteas & Elateam & Hyampolin & Parapotamios, *id est*, *fluminis accolas*: & Abas, ubi delubrum Apollinis erat locuples & thesauris donariisque compluribus exornatum, in quo, ut tunc, ita nunc redduntur oracula. Hoc delubrum posteaquam diripuere, incenderunt. Phocensium etiam quosdam per montana insequuti ceperunt, & mulieres aliquot, quas præ multitudine stuprantium extinxerunt. Prætergressi quoque Parapotamios, pervenere ad Panopeas. Unde bifariam copiæ jam divisæ fuerunt: quarum plurima pars ac validissima cum ipso Xerxe Athenas versus tendens in Bœotos, in agrum Orchomeniorum ingressa est. Bœoti autem cum Medis universi sentiebant: quorum urbes viri Macedones in eis collocati, qui ab Alexandro missi fuerant, servaverunt, volentes planum facere Xerxi Bœotos sentire cum Medis. Et hi quidem barbari hac iter intenderunt. ¶ Cæteri vero cum suis ducibus Parnassum à dextra prætringentes, ad templum quod est Delphis processerunt, quicquid agri Phocensis nanciscebantur, id omne fœdantes. nam & Panopeorum oppidum incederunt, & Dauliorum & Æolidensium. Ideo autem hâc ab aliis sejuncti pergebant, ut direpto quod Delphis est templo, pecunias repræsentarent Xerxi regi: qui omnia quæ in eo templo erant memoratu digna, melius norat (ut ego audio) quam quæ in ædibus suis reliquerat: permultis assidue referentibus cum alia, tum præcipue Crœsi Halyattis filii donaria. Hoc Delphi quum audissent, in extremam prorsus devenere formidinem: qua attoniti, deum de sacra pecunia consultarunt, nunquid eam humi defoderent, an alium in locum transportarent. Eam deus illis interdixit ne amoverent: se enim sufficturum esse ad res suas tutandas. His auditis Delphi de semetipsis curandum putaverunt, liberis uxoribusque in Achaiam trajectis. Plerique igitur vertices Parnassi superaverunt, & ad Corycium antrum, quidam ad Amphissam Locridem se subduxerunt. Denique omnes Delphi urbem deseruerunt, præter sexaginta viros, ac prophetam, *id est*, *vaticinum*. Postea vero quàm barbari subeuntes appropinquabant, templumque cernebant, interim propheta cui no-

cui nomen erat Aceratos, inſpicit ante delubrum ſacra arma prolata è conclavi, quæ [1] intus propoſita fuerant: eaque nefas erat cuiquam mortali contingere. quod oſtentum iis Delphis qui aderant perrexit nunciatum. Ubi autem barbari properantes pervenere ad fanum Minervæ [2] quod eſt ante templum, tum vero etiam majora quam ſuperius prodigia repreſentata ſunt. [3] res profecto hæc valde miranda. nam arma Martia ſua ſponte extra delubrum propoſita apparuerunt. Quod tamen ſecundo loco actum eſt, ex omnibus miraculis maxima eſt admiratione dignum. quum enim barbari ad ſacellum Minervæ quod eſt ante templum, accederent, interea è cœlo fulmina in eos decide-
runt: & à Parnaſſo duo abſciſſi vertices, magno cum fragore ſunt devoluti, permultoſque eorum interceperunt: atque ex ipſo ſacello Minervæ vocife-
XXXVIII ratio jubilatioq; extiterunt. Quibus omnibus pariter ingruentibus, terror incuſſus eſt barbaris, ut fugæ ſe mandarent. Ea re cognita Delphi deſcendentes magnam eorum ſtragem edidere. Qui autem ſuperfuere, recta ad Bœotos effugerunt: & quum rediſſent, referebant (ut ego accipio) alia ſe præter ea quæ dixi miracula vidiſſe, duos armatos [4] humana natura auguſtiores inſtitiſſe ſibi, cædem facientes at-
XXXIX que inſequentes. Hos autem duos Delphi aiunt indigenas heroas eſſe, Phylacon & AUtonoum, quorum fana viſuntur: Phylaci quidem, ſecundum ipſam viam ſuper ædem Minervæ: AUtonoi vero, prope Caſtaliam, ſub Hyampeo vertice. Saxa autem quæ à Parnaſſo deciderunt, adhuc ad noſtram uſque memoriam integra extant in fano Minervæ protemplaris locata, ad quod [5] per barbaros devoluta pervenere. [6] Atque hic re-
XL ceptus à templo horum virorum fuit. ¶ Græcorum autem claſſis ab Artemiſio profecta, rogatu Athenienſium ad Salaminem ſubſtitit. Quod ut facerent ideo regoverant Athenienſes, tum ut liberos atque uxores ex Attica ſubducerent, tum ut conſultarent quid ſibi agendum eſſet.

& Arcades omnes, & Elei, & Corinthii, & Sicyonii, & Epidauri, & Phliasii, & Troezenii, & Hermionenſes. Hi fuerunt qui quidem auxilio venerunt metuentes periclitanti Græciæ. Cæteris enim Peloponnenſibus id nihil admodum curæ erat, & Olympia jam & Carnia præterierant. Incolunt autem LXXIII Peloponneſum gentes ſeptem, quarum duæ indigenæ eundem quem habitarunt olim locum nunc habitant, Arcades & Cynurii: una, Achaica, quæ nunquam illa quidem è Peloponneſo exceſſit, ſed priſtino loco egreſſa, alienum incolit: reliquæ quatuor è ſeptem adventitiæ ſunt, Dorienſes, Ætoli, Dryopes, Lemnii. Ac Dorienſium quidem multæ ſunt & inſignes civitates: Ætolorum autem ſola Elis: Dryopum autem, Hermiona & Aſina, quæ ad Cardamylam Laconicam ſita eſt: Lemniorum autem, omnes Paroratani. Cynurii autem, quum ſint indigenæ, ſoli putantur Jones eſſe, ſed effecti ſunt Dores, ſub imperio Argivorū impoſiti, & progreſſu temporis, quum eſſent Ormeatæ, itemque accolæ: Harum igitur ſeptem gentium cæteræ præter eas quas recenſui, è medio ceſſerunt: & (liſingenue loqui fas eſt) in medio ſedentes cum Medis ſentiebant. Apud Iſthmum quidem LXXIV in tali labore iſti occupati erant, utpote pro omni jam curſu, quod nulla ſpes è claſſe affulgeret, currentes. Quæ audientes illi qui in Salamine erant, formidine afficiebantur, non tam pro ſeipſis quàm pro Peloponneſo ſoliciti, adeo ut alius alium adiens, & ſummiſſa voce loquens admiraretur in Eurybiade conſilii inopiam: tandem vero res erupit in medium, conciliumque contractum eſt, & multa de hoc ipſo dicebantur, ab his quidem, oportere in Peloponneſum navigare, & pro illa adire periculum, non autem manentes, pro regione captiva pugna navali decernere: ab Athenienſibus vero & Æginetis & Megarenſibus, ſatius eſſe illic manentes dimicare. ¶ Ibi Themiſtocles, LXXV poſtquam ſententia Peloponnenſium evicit, clanculum è concilio egreſſus, miſit ad claſſem Medorum navigium, cum quodam juſſo dicere quæ oporteret: cui nomen erat Sicino, contubernali ſuo, atque eodem pædagogo liberorum ſuorum: quem poſt has res geſtas ipſe Theſpienſem fecit, 1 (ubi Theſpienſes in civitatem ſunt re-

1 Quo tempore Theſpienſes, cives recipiebant. *id eſt, jus civitatis donabant*

cepti

cepti) atque locupletem. Is tunc navigio ad duces barbarorum profectus, hæc inquit, Dux Athenienſium, quod partibus regis favet, præoptatque res veſtras quam Græcorum eſſe ſuperiores. miſit me jam clàm aliis Græcis indicatum vobis, illos metu perculſos fugam facere velle, &. nunc offerri vobis occaſionem exequendi rem omnium præclariſſimam, niſi per negligentiam eos dilabi ſinatis. Nam neque inter ſe conſentiunt, neque vobis amplius obſiſtent: ſed inter ſe dimicantes cernetis eos qui vobiſcum & eos qui contra vos ſentiunt. Hæc re Sicinus indicata, ab
LXXVI illis abſceſſit. Cui fidem habentes barbari, tum in inſulam parvam nomine Pſyttaleam, quæ inter Salaminem & continentem ſita eſt, multos Perſarum trajiciunt, tum mediam circa noctem cornu quod ad veſperam ſpectabat producunt Salaminem verſus, eam circumituri: producunt item qui circa Ceon & Cynoſuram inſtructi erant, occupantes omne fretum Munychia tenus. Ideo autem & naves producebant nequa Græcis liceret effugere: ſed circumventi vicem redderent præliorum ad Artemiſium geſtorum. Ad inſulam autem Pſyttaleam trajiciebant Perſas, ut commiſſio navali certamine, quum plurimum & virorum & naufragiorum eo efferretur, (erat enim inſula in trajectu pugnæ ſita) ii Perſæ [1] ſuos ſervarent, alienos interimerent. Hoc autem ne hoſtis ſentiret, clanculum egere, nulla noctis parte conceſſa ſomno. In has
LXXII ego res intuens, non habeo adverſari oraculis tanquam non veris, volens evidenter loquentia conari refellere,

Auricomæ poſtquam Dianæ litora jungent
Navales pontes cum litoribus Cynoſuræ,
Spe ſtolida fortes quod Athenas marte ſubegit,
Compeſcet juvenem meritiſſima pœna ſuperbum,
Inſtinctum furiis, ſibi cedere cuncta putantem.
Nam miſcebitur æs æri, mars ſanguine pontum
Inficiet: Graiis tunc libera tempora reddet
Saturno genitus, ſimul & Victoria pollens.

λίτας, καὶ χρήσας ὕλβιον. ὃς τότε πλοίῳ ἀπικόμενος, ἔλεγε πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν βαρβάρων τάδε, Ἐπεμψέ με στρατηγὸς ὁ Ἀθηναίων λάθρη τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, (τυγχάνει γὰρ φρονέων τὰ βασιλῆος, καὶ βούλομαι μᾶλλον τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γενέσθαι ἢ τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα) φράσοντα ὅτι οἱ Ἕλληνες δρησμὸν βουλεύονται καταρρωδηκότες. καὶ νῦν παρέχει καλλιστον ὑμέας ἔργων ἁπάντων ἐξεργάσασθαι, ἢν μὴ προΐδητε ἀναδράντας αὐτούς. ἅτε γὰρ ἀλλήλοισι ὁμοφρονέοντι, ἅτε ἀντισήσονται ὑμῖν. πρὸς ἑωυτοὺς τε σφέας ὄψεσθε ναυμαχέοντας τούς τε τὰ ὑμέτερα φρονέοντας, καὶ τοὺς μή. ὁ μὲν, ταῦτά σφι σημήνας, ἐκπεπλώκεε ἀπαλλαξόμενος. Τοῖσι δὲ, ὡς πρὸς ἐλέγετο τὰ ἀγγελθέντα, τοῦτο μὲν, ἐς τὴν νησίδα τὴν Ψυττάλειαν, μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς ἠπείρου, πολλὸς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαν τοῦτο δὲ, ὅπως ἐγίνοντο μέσαι νύκτες, ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα, ἀνῆγον δὲ οἱ ἀμφὶ τὴν Κέον τε καὶ τὴν Κυνόσουραν τεταγμένοι, κατέχον τε μέχρι Μουνυχίης πάντα τὸν πορθμὸν τῇσι νηυσί. τῶνδε δὲ εἵνεκα ἀνῆγον τὰς νῆας, ἵνα δὴ τοῖσι Ἕλλησι μηδὲ φυγέειν ἐξῇ, ἀλλ' ἀπλαμφθέντες ἐν τῇ Σαλαμῖνι δοῖεν τίσιν τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἀγωνισμάτων. ἐς δὲ τὴν νησίδα τὴν Ψυττάλειαν καλεομένην ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων τῶνδε εἵνεκα, ὡς ἐπεὰν γένηται ναυμαχίη, ἐνθαῦτα μάλιστα ἐξοισομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ναυηγίων. ἐν γὰρ δὴ πόρρω ναυμαχίης τὸ μελλούσης ἔσεσθαι ἔκειτο ἡ νῆσος, ἵνα τοὺς μὲν σῶς ποιῶσι, τοὺς δὲ διαφθείρωσι. ἐποίεον δὲ σιγῇ ταῦτα, ὡς μὴ πιθανοίατο οἱ ἐναντίοι. οἱ μὲν δὴ ταῦτα τὰ νυκτὸς, ἐδέησαν ἀπαυσιμηθέντες, ὠρτέοντο. Χρησμοῖσι δὲ ἐπ ἔχω ἀντιλέγειν ὡς οὐκ εἰσὶ ἀληθέες, οὐ βουλομένῳ ἐναργέως λέγοντας πειρᾶσθαι καταβάλλειν, ἐς τοιάδε πρήγματα ἐσβλέψας,

Ἀλλ' ὅταν Ἀρτέμιδος χρυσάορον ἰερὸν ἀκτὴν [χρυσεόρα]
Νησοὶ γεφυρώσωσι, καὶ εἰναλίην Κυνόσουραν,
Ἐλπίδι μαινομένῃ λιτομένους πέρσαντες Ἀθήνας,
Δίκα δίκην σβέσσει κρατερὸν κήρον ὕβριος ἰόν,
Δεινὸν μαιμώοντα, δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα πυθέσθαι.
Χαλκὸς γὰρ χαλκῷ συμμίξεται, αἵματι δ' Ἄρης
Πόντον φοινίξει· τότ' ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ
Εὐρώπα Κρονίδης ἐπάγει, καὶ πότνια Νίκη.

[1] Alios ſervarent, alios interim.

ἐς τοιαῦτα μὲ χὴ ὕστω ἀναργέως λέγοντι Βάκιδι ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι, ὅτε αὐτὸς λέγειν τολμέω, ὅτε παρ' ἄλλων ἐνδέκομαι. Τῶν δ' ἐν Σαλαμῖνι στρατηγῶν ἐγίνετο ὠθισμὸς λόγων πολλός. ἤδεσαν δ' ὔκω ὅτι σφέας περιεκυκλέοντο τῇσι νηυσὶ οἱ βάρβαροι· ἀλλ' ὥσπερ τῆς ἡμέρης ὥρων αὐτὲς πεταλμένους, ἐδόκεον κατὰ χώρην εἶναι. Σωφρονεόντων δὲ τῶν στρατηγῶν, ἐξ Αἰγίνης διέβη Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος μὲ, ἐξοστρακισμένος δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου. τὸν ἐγὼ νενόμικα, πρωϊδανόμενος αὐτοῦ τὸν τρόπον, ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι ἐν Ἀθηναίοισι καὶ δικαιότατον. τοῦτ' ὦν ἀνὴρ στὰς ἐπὶ τὸ συνέδριον, ἐξεκαλέετο Θεμιστοκλέα, ἐόντα μὲ οὐκ αὐτῷ φίλον, ἐχθρὸν δὲ μάλιστα. ὑπὸ δὲ μεγαλεότητος τῶν παρεόντων κακῶν, λήθην ἐκείνων ποιεύμενος ἐξεκαλέετο, θέλων αὐτῷ συμμίξαι. περαιτέρω δὲ ὅτι ὠδύδιεν οἱ ὑπὸ Πελοποννησίων ἀναγέειν τὰς νέας πρὸς τὸν Ἰσθμόν. ὡς δὲ ἐξῆλθέ οἱ Θεμιστοκλέης, ἔλεγε Ἀριστείδης τάδε, Ἡμέας χρεὸν ἐστὶ ζώειν χρεών ἐστι ἐν τῷ ἄλλῳ καιρῷ, καὶ δὴ καὶ ἐν τῷδε, εἴτε τῷ ὁκότερον ἡμέων πλέω ἀγαθὰ τῇ πατρίδι ἐργάσεται. λέγω δὲ ὅτι ἴσον ἐστὶ πολλά τε καὶ ὀλίγα λέγειν περὶ ἀποπλόου τοῦ ἐνθεῦτεν Πελοποννησίοισι. ἐγὼ γὰρ αὐτόπτης τοι λέγω γενόμενος, ὅτι νεῦε, ὑπὲρ ἐμοῦ θέλουσι Κορίνθιοί τε καὶ αὐτὸς Εὐρυβιάδης οἵοί τε ἐσί σφεας ἀποπλῶσαι. περιεχόμεθα γὰρ ὑπὸ πολεμίων κύκλῳ· ἀλλ' ἐσελθὼν σφι ταῦτα σήμηνον. Ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε, Κάρτα τε χρηστὰ βουλεύεαι, καὶ οὐ ψυχεινά. τὰ γὰρ ἐγὼ εὐχόμενος ἡμέας, αὐτὸς αὐτόπτης γενόμενος, ὁρέεις. ἴσθι γὰρ ἐξ ἐμέο τὰ ποιούμενα ὑπὸ Μήδων. ἔδεε γὰρ ὅτι οὐκ ἐθέλοντες ἔτλαν ἐς μάχην καταστῆσαι οἱ Ἕλληνες, ἀέκοντας ὦν χρηστὰ ἀπαγγέλλων, αὐτός σφι ἄγγελον. 309 Ἐμὲ γὰρ ἐγὼ αὐτὰ λέγω δόξω πλάσας λέγειν, καὶ οὐ πείσω, ὡς οὐ ποιεύντων τῶν βαρβάρων ταῦτα. ἀλλά σφι σήμηνον αὐτὸς παρελθών ὡς ἔχει. ἐπὰν δὲ σημήνῃς, ἢν μὲ πείθωνται, ταῦτα δὴ τὰ κάλλιστα· ἢν δ' αὐτοῖσι μὴ ταῦτα γένηται, ὁμοίον ἡμῖν ἔσται. οὐ γὰρ ἔτι δυνησόμεθα φυγεῖν, ἐπὰν περιεχόμεθα ταῦτα χόθεν, ὡς σὺ λέγεις. Ταῦτα ἔλεγε παρελθὼν ὁ Ἀριστείδης, φάμενος ἐξ Αἰγίνης τε

Quum ita evidenter in his à Bacide dicatur, profecto neque ipse de fide oraculis deroganda aulim dicere, neque ab aliis dici sustineam. Porro inter LXXVIII duces qui in Salamine erant ingens conflatus est tumultus, nondum scientes à barbarorum navibus se circumveniri: ubi autem orto sole inspexerunt hostem instructum, censuerunt ibidem sibi manendum. Quibus congrega- LXXIX tis, applicuit ex Ægina Aristides Lysimachi filius, Atheniensis quidem, sed in exilium à populo ejectus, quem ego (ut ejus mores accepi) virum optimum Athenis atque justissimum censui. Hic vir concilio assistens, Themistoclem evocavit, non amicum sibi, sed in primis inimicum: verum præ magnitudine præsentium malorum oblitus simultatum, evocavit hominem colloquendi gratia. præsenserat enim Peloponnenses maturare ad Isthmum classem reducere. Qui, quum prodisset Themistocles, ad eum inquit, Nos & alio tempore & hoc ipso contendere debemus inter nos hac de re, uter nostrûm de patria præclarius mereatur. te vero certiorem facio, peræque esse Peloponnensibus multa verba facere ac pauca de abducendis hinc navibus. Ego enim tibi quod ipsemet vidi, refero: nunc, ne si velint quidem, Corinthios atque ipsum Eurybiadem enavigare posse, quoniam circumdati ab hostibus undique sumus: quare ingressus ad eos, hoc indicato. Cui respondens Themistocles, LXXX Utilia sane, inquit, jubes, bonú afferens nuncium. Nam quod ego precabar ut fieret, id ipse tu conspicatus fieri, venisti nunciatum. 1 ut enim scias, quæ fiunt à Medis, propter me fiunt: quoniam opus facto fuit ut Græci qui nolebant sua sponte ad pugnam descendere, descenderent inviti. Tu vero, quandoquidem utilia nunciatum venisti, per teipsum, nunciato. Quoniam si ego retulero, videbor rem commentitiam dicere, nec ipsis persuadebo, tanquam non hoc agentibus barbaris. Itaque tute ingressus, uti res habet ipse referas. Quod ubi feceris, si tibi fidem habebunt, optime habet: sin minus, perinde nobis erit. neque enim si undique circumdati sumus, ut tu ais, amplius idefugient. Aristides concilio introgres- LXXXI sus, eadem retulit, dicens se ex Ægina

1 Scito enim quæ à Medis fiunt, à me profecta esse.

venisse

veniſſe, & ægre elapſum, latendo ſtationem hoſtium. Omnem enim claſſem Græcorum, à Xerxis claſſe circumventam: ideoque hortari ſe ut ad defenſionem ſui illi ſeſe præpararent. Hæc loquutus Ariſtides, retro abiit. Rurſus autem inter duces altercatio orta,
LXXXII pleriſque corum fidem nuncio non habentibus. Quibus non credentibus advenit triremis transfuga virorum Teniorum, cui præerat Panætius Soſimenis filius, quæ omnem veritatem attulit. Cujus facti nomine Tenii in tripode qui Delphis dedicatus eſt, inter eos qui barbarum debellarunt, ſcripti fuere. Ex hac autem navi quæ ad Salaminem & altera quæ ad Artemiſium tranſfugit, expleta eſt Græcorum claſſis trecentarum & octoginta navium. duæ nanque prius ad explendum numeLXXXIII rum defuerant naves. Græci, ubi eis verba Teniorum fecerunt fidem, ſeſe apparaverunt tanquam dimicaturi. Et ſub diluculum, quum propugnatorum cœtum feciſſent, Themiſtocles ex omnibus quæ expedirent præcipiebat: cujus orationis ſumma erat, meliorum cum pejoribus comparatio, quæcunque in hominis natura atque induſtria exiſtunt, exhortatus ut meliora eligerent. Ubi peroravit, juſſit illos ingredi naves. quibus ingreſſis, rediit ad Ægina triremis quæ profecta ad Æacidas erat, moxque omnes naves Græci ſolveLXXXIV runt. In quos moventes continuo barbari ſunt invecti. Ibi cæteri quidem Græci [1] quum inhiberent remos, ceſſimque irent, Aminias Palleneus vir Athenienſis, evectus navi in hoſtilem incurrit: cui implicitus quum hæreret, nec abſtrahi poſſet, ita cæteri venientes auxilio conſerti ſunt. Hunc in modum aiunt Athenienſes extitiſſe initium pugnæ: Æginetæ vero, navem quæ ad Æacidas abierat feciſſe initium. Quanquam etiam hoc refertur, ſimulacrum mulieris fuiſſe eis oblatum: & quum appariuiſſet, ita illos exhortatum ut omnis Græcorum exercitus exaudierit: ſed prius his verbis convitiatum, [2] O dæmoLXXXV nii, quouſque remos inhibebitis? Cæterum adverſus Athenienſes inſtructi erant Phœnices. nam hi cornu tenebant quod ab Eleuſinem occidentemque vergebat. Adverſus Lacedæmonios inſtructi erant Jones. hi autem cornu tenebant quod ad auroram ſpectabat

ἦκειν, καὶ μόγις ἐκπλῶσαι λαθὼν τὰς ἐπορμέοντας. ὑπολέγεσθαι γὰρ πᾶν τὸ στρατόπεδον τὸ Ἑλληνικὸν ἔσω τῆς νεῶν τῆς Ξέρξεω. παρατέσθαί τε σφεας ἑτοίμους, ὡς ἀλεξησομένους. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα εἰπὼν, μετεπήκεε· τῷ δὲ ὧδε ἐγίνετο λόγων ἀμφισβησίη. οἱ πλεῦνες γὰρ τῶν στρατηγῶν οὐκ ἐπείθοντο τὰ ἐξαγγελθέντα. Ἀπιστεόντων δὲ τούτων, ἦκε τριήρης ἀνδρῶν Τηνίων αὐτομολέουσα, τῆς ἦρχε ἀνὴρ Παναίτιος ὁ Σωσιμένεος, ἥπερ δὴ ἔφερε τὴν ἀληθείην πᾶσαν. Διὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον ἀνεγράψαντο Τήιοι ἐν Δελφοῖσι ἐς τὸν τρίποδα, ὃν τοῖσι τὸ βάρβαρον κατέλυσαν. σὺν δὲ ὧν ταύτῃ τῇ νηῒ τῇ αὐτομολησάσῃ ἐς Σαλαμῖνα, καὶ τῇ πρότερον ἔτι Ἀρτεμισίου τῇ Λημνίῃ, ἐξεπληροῦτο τὸ ναυτικὸν τοῖσι Ἕλλησι ἐς τὰς ὀγδώκοντα καὶ τριηκοσίας νῆας. δύο γὰρ δὴ νηῶν τότε κατέδεε ἐς τὸν ἀριθμόν. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς πιστὰ δὴ τὰ λεγόμενα ἦν τῶν Τηνίων ῥήματα, παρεσκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. ἠὼς τε διέφαινε, καὶ οἱ σύλλογον τῶν ὁπλιτέων ποιησάμενοι προηγόρευε δὴ ἔχοντα μὲν ἐκ πάντων Θεμιστοκλέης, τὰ δὲ ἑπόμενα ἦν πάντα κρέσσω τοῖσι ἥσσοσι ἀντιπιθέμενα. ὅσα δὲ ἐν ἀνθρώπου φύσι καὶ κατάσασι ἐγγίνεται, ταῦτα ὑποθέμενος δὴ τούτων τὰ κρέσσω αἱρέεσθαι, καὶ καταπλέξας τὸν λόγον, ἐσέβαινεν ἐκέλευε ἐς τὰς νῆας. καὶ ἔστι μὲν δὴ ἐσέβαινον, καὶ ἦκε ἡ ἀπὸ Αἰγίνης τριήρης, ἡ κατὰ τὸς Αἰακίδας ἀπεδήμησε. ἐνθαῦτα ἀνῆγον τὰς νῆας ἀπάσας οἱ Ἕλληνες. Ἀναχωρμίοισι δέ σφι, αὐτίκα ἐπεκέατο οἱ βάρβαροι. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλληνες ὅπη πρύμνην ἀνεκρέοντο, καὶ ὤκελον τὰς νῆας. Ἀμεινίης δὲ Παλληνεὺς, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἐξαναχθεὶς, νηῒ ἐμβάλλει. συμπλακείσης δὲ τῆς νηὸς, καὶ ὑπαμυνόντων ἀπαλλαγῆναι, ἔστω δὴ οἱ ἄλλοι Ἀμεινίῃ βοηθέοντες συνέμισγον. Ἀθηναῖοι μὲν ἔτω λέγουσι γενέσθαι τῆς ναυμαχίης τὴν ἀρχήν· Αἰγινῆται δὲ, τὴν κατὰ τὸς Αἰακίδας ἀποδημήσασαν ἐς Αἴγιναν, ταύτην εἶδος τὴν ἀρξασαν. λέγεται δὲ καὶ τάδε, ὡς φάσμα σφι γυναικὸς ἐφάνη φανεῖσαν δὴ ἀσκελδέσθαι, ὥστε καὶ ἅπαν ἀκοῦσαι τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων· ὀνειδίσασαν πρότερον τάδε, "Ὦ δαιμόνιοι, μέχρι κόσου ἔτι πρύμνην ἀνακρέεσθε; Κατὰ μὲν δὴ Ἀθηναίους ἐτετάχατο Φοίνικες· ἔστοι γὰρ εἶχον τὸ πρὸς Ἐλευσῖνός τε καὶ ἑσπέρης κέρας. κατὰ δὲ Λακεδαιμονίους, Ἴωνες· ἔστοι δ' εἶχον τὸ πρὸς τε ἠῶ τε

1 Quum in puppim inhiberent ut appulſuri. *Bud.* 2 O miſeri,

καὶ τ

καὶ τὴ Πειραιέα. ἐπιλοχήσεον μὲν τοῖσι αὐτέων, κατὰ τὰς Θεμιστοκλέος ἐντολὰς, ὀλίγοι, οἱ δὲ πλεῦνες, οὔ. ἔγω μὲν νυν συχνῶν ὀνόματα τριηράρχων καταλέξαι, τῶν νῆας Ἑλλωτίδας ἐλόντων. χρήσομαι δὲ αὐτοῖσι ὀλίγοισι, πλὴν Θεομήστορός τε τοῦ Ἀνδροδάμαντος, καὶ Φυλάκου τοῦ Ἱστιαίου, Σαμίων ἀμφοτέρων. τοῦδε εἵνεκα μέμνημαι τουτέων μούνων, ὅτι Θεομήστωρ μὲν ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου Σάμου ἐτυράννευσε, καταστησάντων τὸν Περσέων Φύλακος δὲ, εὐεργέτης βασιλέος ἀνεγράφη, καὶ χώρη οἱ ἐδωρήθη πολλή. οἱ δ' εὐεργέται τοῦ βασιλέος, ὀροσάγγαι καλέονται Περσιστί. ὧδε μὲν νυν τούτους εἶπε εἶχε. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν νεῶν ἐν τῇ Σαλαμῖνι ἐκεραΐζετο, αἱ μὲν, ὑπὸ Ἀθηναίων διαφθειρόμεναι, αἱ δὲ, ὑπὸ Αἰγινητέων. ἅτε γὰρ τῶν μὲν Ἑλλήνων σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν, τῶν δὲ βαρβάρων οὐ τεταγμένων ἔτι, οὐτε σὺν νόῳ πιεόντων οὐδέν, ἔμελλε τοιοῦτό σφι συμβήσεσθαι οἷόνπερ ἀπέβη. καί τι ἔσαν γε καὶ ἐβούλοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, ἢ τοὺς ἐν Εὐβοίῃ, πᾶς τις προθυμότατα καὶ δεινότατα ἔρξειν· ἐδόκεέ τε ἕκαστος ἑωυτὸν δεήσεσθαι βασιλέι. Κατὰ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους, ἐκ ἔχω μετεξετέρους εἰπεῖν ἀτρεκέως, ὡς ἕκαστοι τῶν βαρβάρων ἢ τῶν Ἑλλήνων ἠγωνίζοντο· κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην τάδε ἐγένετο, ἀπ' ὧν δοκήσιος μᾶλλον ἔτι ὤφλε βασιλεῖ. ἐπεὶ γὰρ ἐς πολὺν πλόον ἀπίκετο τὰ βασιλέος πρήγματα, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἡ νηῦς ἡ Ἀρτεμισίης ἐδιώκετο ὑπὸ νηὸς Ἀττικῆς. καὶ ἡ μὲν ἐκ ἔχουσα ἀποφυγέειν, (ἔμπροσθεν γὰρ αὐτῆς ἦσαν ἄλλαι, νῆες φίλιαι, ἡ δ' αὐτὴ πρὸς τῶν πολεμίων μάλιστα ἐτύγχανε ἐοῦσα) ἔδοξέ οἱ τόδε ποιῆσαι, τὸ καὶ συμβῆναι ποιῆσαι. διωκομένη γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀττικῆς, φέρουσα ἐνέβαλε νηῒ φιλίῃ, ἀνδρῶν τε Καλυνδέων, καὶ αὐτῷ ὀλκάδος τοῦ Καλυνδέων βασιλέος Δαμασιθύμου. εἰ μὲν καί τι νεῖκος πρὸς αὐτὸν ἐγεγόνεε ἔτι πρὸς Ἑλλήσποντον ἐόντων, ἐμὲ μὲν οὐκ ἔχω γε εἰπεῖν, οὔτε εἰ ἐκ προνοίης αὐτὸ ἐποίησε, οὔτε εἰ συνεκύρησε ἡ τοῦ Καλυνδέων τύχην παραπεσοῦσα νηῦς. ὡς δὲ ἐνέβαλέ τε καὶ κατέδυσε, εὐτυχίῃ χρησαμένη, διπλοῦν ἑωυτῇ ἀγαθὸν ἐργάσατο. ὅ, τε γὰρ τῆς Ἀττικῆς νηὸς τριήραρχος, ὡς εἶδέ μιν ἐμβάλλουσαν νηῒ ἀνδρῶν βαρβάρων, νομίσας τὴν ναῦν τὴν Ἀρτεμισίης ἢ Ἑλληνίδα εἶ), ἢ ὑποπτεύειν ἐκ τοῦ βαρβάρων, καὶ αὐ-

& Pireum: quorum pauci admonitu Themistoclis de industria ignaviter agebant, plerique minime. Enimvero complurium trierarchorum nomina commemorare possem, qui Græcas naves expugnavere: sed neminem nominabo præter Theomestorem Androdamantis filium, & Phylacon Histiæi filium, ambos Samios. quorum duntaxat ideo mentionem facio, quod Theomestor ob hanc navatam operam à Persis tyrannus Sami sit creatus: Phylacus inter bene de rege meritos adscriptus sit, & multo tractu soli donatus. Bene meriti autem de rege, Persica lingua Orosangæ vocantur. De his quidem ita res habet: Multitudo autem regiarum navium ad Salaminem expugnabatur, partim ab Athenienſibus corrupta, partim ab Æginetis, utpote Græcis servato ordine ac loco certantibus, barbaris & incompositè & inconsulte agentibus: ut non ab re fuerit talem eis rem contingere qualis contigit. quanquam eo die fuerunt atque extiterunt longe seipsis præstantiores, & quàm ad Ulbœam extiterant, pro se quisque adnitentes, ac Xerxem reformidantes, quod ab eo se singuli conspici arbitrabantur. Et de aliis quidem vel barbarorum vel Græcorum singulatim, quomodo dimicaverint, non possum pro comperto referre, Circa Artemisiam vero hoc rei gestum, ex quo impensius illa regi commendata est: Posteaquàm regiæ res in multum tumultuationis devenerant, hoc interim tempore Artemisia, quum navem suam Artica insequeretur, nullum habens effugium, quia ante ipsam naves amicorum, sua vero proxima hosti erat, hoc sibi putavit faciendum, quod & fecisse profuit. nam ut fugiebat Atticam navem, in navem sociam, quæ erat virorum Calyndensium impegit, quaque rex Calyndensium Damasithymus vehebatur. Cum quo etsi huic jam inde quum essent in Hellesponto, contentio intercesserat, tamen incertum an consulto id fecerit, an fortuito navis Calyndensium oblata fuerit. Eam Artemisia ubi incurrit periit ac demersit, prospero casu usa & duplex hinc sibi bonum est adepta. nam trierarchus Atticæ navis eam conspicatus incurrisse barbarorum virorum navem, existimans hanc Artemisiæ navem aut Græcam esse, aut è barbaris profugisse, & à Græ-

LXXXVI

LXXXVII

cis pu-

cis pugnare, ab hac ad alias se convertit. Ita ex hoc facto contigit Artemisiæ tum ut exitium evitaret, tum ut è malo opere præcipue se probatam apud Xerxem redderet. siquidem fertur, quum rex spectans animadvertisset hanc navem alteri incurrisse, quendam eorum qui aderant dixisse, Cernis Artemisiam domine, ut bene prœliatur, utque navem hostilem depressit? Et regem interrogasse nunquid vere id opus Artemisiæ esset: & illos, utpote qui plane nossent insigne navis Artemisianæ, ita rem habere adfirmasse, ratos eam navem quæ corrupta esset, hostilem fuisse. nam præter cætera quæ mulieri (ut dictum est) prospere cesserunt, hoc quoque accessit, quod è navi Calyndensi nemo servatus est qui existeret accusator. Unde Xerxem ferunt ad ea quæ narrabantur dixisse, Viri quidem extiterunt mihi fœminæ. LXXXIX fœminæ autem, viri. Hæc aiunt dixisse Xerxem. In eo prœlio cum alii multi & illustres viri tam Persarum Medorumque quàm aliorum sociorum occubuere, tum vero dux Ariabignes Darii filius Xerxisque frater: è Græcis pauci. quippe qui gnari natandi, ubi suæ naves corruptæ erant, nec in pugna peribant, ad Salaminem enatabant. cujus rei quia imperiti erant barbarorum plerique, in mari periere. Posteaquam autem eorum primæ naves in fugam versæ sunt, tum vero plurimæ corrumpebantur. nam quæ in posterioribus locatæ erant, dum earum propugnatores conarentur præterire, ut & ipsi aliquam XC operam 1 regi navarent, undique in suorum naves incidebant. Quo in tumultu etiam hoc actum est, ut quidam Phœnices quorum naves corruptæ fuerant, regem adeuntes, insimulaverint Jones tanquam proditores, quod propter eos naves amissæ essent. unde id contigit, non ut Jonum duces interficerentur, sed ut ii Phœnices qui illos insimulabant, 2 eam acciperent mercedem. Etenim illis adhuc ea loquentibus, Samothracia navis Atticæ impacta, eam demersit: & in hanc Æginetica impulsa ipsam depressit. Verum Samothraces, ut qui jaculatores essent, epibatas navis quæ suam depresserat, jaculorum ictibus excusserunt, eorumque conscensa navi potiti sunt.

τοῖσι ἀμυύειν, ἀποστρέψας, πρὸς ἄλλας ἐτράπετο. Τοῦτο μέν, τοιοῦτο αὐτῇ συνέμεινε γενέσθαι διαφυγέειν τε καὶ μὴ ἀπολέσθαι· τοῦτο δὲ συνέβη ὥστε κακὸν ἐργασαμένῳ, ἀπὸ τούτεων αὐτῷ μάλιστα δοκιμήσασθαι ὑπὸ Ξέρξεω. λέγεται γάρ, βασιλέα ἀνδρῶν, μαθεῖν τὸν νέα ἐμβαλοῦσαν, καὶ δή τινα εἰπεῖν τῶν παρεόντων, Δέσποτα, ὁρᾷς Ἀρτεμισίην ὡς εὖ ἀγωνίζεται, καὶ νέα τῶν πολεμίων κατέδυσε; καὶ τὸν ἐπείρεσθαι εἰ ἀληθέως ὑπ' Ἀρτεμισίης τὸ ἔργον. καὶ τὸς φάναι, σαφῶς τὸ ὑπόσημον τῆς νηὸς ἐπισταμένους, τὸν δὲ διαφθαρεῖσαν ἡπιστέατο εἶναι πολεμίην. τά τε δὴ ἄλλα, ὡς εἴρηται, αὐτῇ συνέμεινε ἐς δυτυχίην χωρέοντα, καὶ τὸ τῶν ἐκ τῆς Καλυνδικῆς νηὸς μηδένα ἀποσωθέντα καλήτορα γενέσθαι. Ξέρξεω δὲ εἰπαμένου λέγεται πρὸς τοὺς φερομένους, Οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες· αἱ δὲ γυναῖκες, ἄνδρες. ταῦτα μὲν Ξέρξεω φασὶ εἰπεῖν. Ἐν δὲ τῷ πόνῳ τούτῳ, ἀπέθανε ὁ στρατηγὸς Ἀριαβίγνης ὁ Δαρείου, Ξέρξεω ἐὼν ἀδελφεός· ἀπὸ δὲ ἄλλοι πολλοί τε καὶ ὀνομαστοὶ Γερσέων καὶ Μήδων, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων· ὀλίγοι δέ τινες καὶ Ἑλλήνων. ἅτε γὰρ νέειν ἐπισάμενοι, τοῖσι αἱ νῆες διεφθείροντο, καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι, ἐς τὴν Σαλαμῖνα διένεον. τῶν δὲ βαρβάρων οἱ πολλοὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ διεφθάρησαν, νέειν οὐκ ἐπισάμενοι. ἐπεὶ δὲ αἱ πρῶται ἐς φυγὴν ἐτράποντο, ἐνθαῦτα αἱ πλεῖσται διεφθείροντο. οἱ γὰρ ὄπισθε τεταγμένοι, ἐς τὸ ἔμπροσθε τῇσι νηυσὶ παριέναι πειρώμενοι, ὡς ἀποδεξόμενοί τι καὶ αὐτοὶ ἔργον βασιλέϊ, τῇσι σφετέρῃσι νηυσὶ φόνον ἐπέσπον. Ἐγένετο δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ. τῶν τινες Φοινίκων Φοίνικες Φοινίκων, τῶν αἱ νῆες διεφθείροντο, ἐλθόντες παρὰ βασιλέα, διέβαλλον τοὺς Ἴωνας, ὡς δι' ἐκείνους ἀπολοίατο αἱ νῆες, ὡς προδόντων. συνέμεινε δὲ ἄρα οὕτω, ὥστε Ἰώνων τε τοὺς στρατηγοὺς μὴ ἀπολέσθαι, Φοινίκων τε τοὺς διαβαλόντας, λαβεῖν τοιοῦτον μισθόν. ἔτι τουτέων ταῦτα λεγόντων, ἐνέβαλε νηῒ Ἀττικῇ Σαμοθρηϊκὴ νηῦς. ἥ τε δὴ Ἀττικὴ κατέδυσε, καὶ ὑπερφερομένη Αἰγινήη νηῦς κατέδυσε τῶν Σαμοθρηίκων τὴν νέα· ἅτε δὴ εὐχείρες ἀκοντισταὶ οἱ Σαμοθρήϊκες, τοὺς ὑπάτας ἀπὸ τῆς καταδυσάσης νηὸς βάλλοντες ἀπήρξαν, καὶ ἀπέβησάν τε καὶ ἔσχον αὐτήν.

1 In regis conspectu navarent. 2 Talem mercedem acciperent. *id est, quas panas volebant dare Ionas, ipsi eas darent.*

ταῦτα

ταῦτα ῥηθέντα, τὰς Ἴωνας ἐρρύσατο. ὡς γὰρ εἶδε σφέας Ξέρξης ἔργον μέγα ἐργασαμένους, ἐτρέπετο πρὸς τοὺς Φοίνικας, οἷα ἐκπεπληγμένος τὸ πάθος τε καὶ πᾶν αἰτιώμενος. καὶ σφέων ἐκέλευσε τὰς κεφαλὰς ἀποταμεῖν, ἵνα μὴ αὐτοὶ κακοὶ ἐόντες χρηστοῖσι ἐπονείδιστοι γένωνται. ὅκως γάρ τινα ἴδοι Ξέρξης τῷ ἑωυτοῦ ἔργον τι ἀποδεικνύμενον ἐν τῇ ναυμαχίῃ, κατήμενος ὑπὸ τῷ ὄρεϊ τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος τὸ καλέεται Αἰγάλεως, ἀνεστεφανοῦτο τὸν ποιήσαντα. καὶ οἱ γραμματισταὶ ἀνέγραφον παλέοθεν τὸν τριήραρχον καὶ τὴν πόλιν. πρὸς δὲ ἔτι καὶ προσεβάλετο φίλος ἐὼν Ἀρταμένης ἀνὴρ Πέρσης παρεὼν τότε τῷ Φοινικίου πάθεϊ. Οἱ μὲν δὴ πρὸς τοὺς Φοίνικας ἐτράποντο. τῶν δὲ βαρβάρων ἐς φυγὴν τραπομένων, καὶ ἐκπλεόντων πρὸς τὸ Φάληρον, Αἰγινῆται ὑποδεξάμενοι ἐν τῷ πορθμῷ, ἔργα ἀπεδέξαντο λόγου ἄξια. οἱ μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι ἐν τῷ δρόμῳ ἐκαρτέϊζον τάς τε ἀντιταμένας καὶ τὰς φεύγουσας τῶν νηῶν, οἱ δὲ Αἰγινῆται τὰς ἐκπλεούσας· ὅκως δέ τινες τῶν Ἀθηναίων διαφύγοιεν, φερόμενοι ἐσέπιπτον ἐς τοὺς Αἰγινήτας. Ἐνθαῦτα συνεκύρεον νῆες ἥ τε Θεμιστοκλέος διώκουσα νῆα, καὶ ἡ Πολυκρίτου τοῦ Κριοῦ, ἀνδρὸς Αἰγινήτεω, νηὶ ἐμβαλοῦσα Σιδωνίῃ· ἥπερ εἶλε τὴν περιφυλάσσουσαν ὅδε Σκιάθῳ τὴν Αἰγιναίην, ἐπ' ἧς ἔπλεε Πυθέης ὁ Ἰσχένεω· τὸν οἱ Πέρσαι κατακωφέοντα, ἀρετῆς εἵνεκα εἶχον ἐν τῇ νηῒ ἐκπαγλεόμενοι. τὸν δὴ περιάγουσα ἅμα τοῖσι Πέρσῃσι ἦλω νηῦς ἡ Σιδωνίη, ὥστε Πυθέλεω ὕπω σωθῆναι ἐς Αἴγιναν. ὡς δὲ ἐσεῖδε τὴν νῆα τὴν Ἀττικὴν ὁ Πολυκρίτου, ἔγνω, τὸ σημήϊον ἰδὼν τῆς στρατηγίδος· καὶ βώσας τὸν Θεμιστοκλέα, ἐπεκερτόμησε, ἐς τοὺς Αἰγινητέων τὸν μηδισμὸν ὀνειδίζων. ταῦτα μὲν νεμεσήσας νηὶ ἐμβαλὼν ὁ Πολυκρίτου ἀπέῤῥηψε ἐς Θεμιστοκλέα. Οἱ δὲ βάρβαροι, τῶν αἱ νῆες διεφθείροντο, φεύγοντες, ἀπῳκοντο ἐς Φάληρον ὑπὸ τὸν πεζὸν στρατόν. ἐν δὲ τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἄριστοι Ἑλλήνων ἄεισαν Αἰγινῆται· δεύτεροι δέ, Ἀθηναῖοι. ἀνδρῶν δέ, Πολυκρίτου τε τοῦ Αἰγινήτεω, καὶ Ἀθηναίου Εὐρυβιάδου τε τοῦ Ἀναγυράσιου, καὶ Ἀμεινίεω Παλληνέως· ὃς καὶ Ἀρτεμισίῃ ἐπεδίωξε. εἰ μὲν νῦν ἔμαθε ὅτι ἐν ταύτῃ πλώει ἡ Ἀρτεμισίη, οὐκ ἂν ἐπαύσατο πρότερον ἢ εἷλέ μιν, ἢ καὶ αὐτὸς ἥλω. τοῖσι γὰρ Ἀθηναίων τριηράρχοισι ἐξεκεκέλευστο· πρὸς δὲ, καὶ ἄεθλον ἔκειτο

311

ἐπεδίωξε.

quod factum Jones liberavit. Nam Xerxes ubi id egregium facinus Jonum aspexit, conversus ad Phœnices, ut erat supramodum mœstus, & omnes arguens, jussit eorum capita præcidi, ne, quum ipsi imbelles essent, meliores criminarentur. Quoties enim suorum quempiam aliquod opus edentem cernebat, de eo homine percontabatur, sedens sub monte qui est eregione Salaminis, nomine Ægaleo, & scribæ trierarchum illum à familia & urbe scripto annotabant. Quinetiâ cladi Phœnicum qui aderant, additus est Ariaramnes vir Persa, quanquam amicus regis. Et isti quidem in Phœnices se convertebant: barbaris autem XCI
in fugam versis, & ad Phalerum elabentibus, Æginetæ in freto subsistentes operam memoratu dignam ediderunt. nam Athenienses quidem in tumultuatione naves sibi obsistentes fugientesque expugnabant, Æginetæ vero eas quæ elabebantur: & quoties aliqua effugiebat Athenienses, eo ipso cursu in XCII
Æginetas incidebat. Quum interim conflixerunt naves duæ, una Themistoclis insequens aliam, altera Polycriti Crio geniti, viri Æginetæ, dum navem Sidoniam invadit, illam videlicet quæ speculatoriam in Sciatho Ægineticam ceperat, qua vehebatur Pytheas 1 Ischeni filius: quem Persæ seminecem plagis, tamen admiratione virtutis servatum in navi habebant. Sidonia quæ hunc circumferebat navis, una cum Persis est intercepta, ut Pytheas ita salvus rediret in Æginam. Polycritus ubi inspexit Atticam navem, agnito signo navis imperatoriæ, inclamans Themistoclem, jocatus est, exprobrans Æginetis quod cum Medis sentirent. Hoc Polycritus sua navi incurrens, CXIII
in Themistoclem jaculatus est. Barbari autem quorum naves superarant, fuga se proripuerunt in Phalerum pedestres ad copias. In hac pugna navali è Græcis optime audierunt Æginetæ, secundo loco Athenienses: è viris, Polycritus Ægineta: Athenienseque, Eumenes Anagyrasius, & Aminias Palleneus, qui & Artemisiam est insequutus, non prius desiturus quam aut illam cepisset, aut ipse captus esset, si Artemisiam ea navi vehi animadvertisset. quippe trierarchis Athenienssium præceptum erat ut eam caperent, propositumque præmium

1 *Supra, pag.* 444. Ischenoi fil. *Sed ibidem male* Pythius.

decem

decem millium drachmarum ei qui vivam cepisset. Indigne enim ferebant mulierem adversus Athenas militare. At illa (ut antea dictum est) aufugit. Fuerunt & alii quorum naves incolumes in Phalerum evaserunt. XCIV Adimantum autem Corinthiorum ducem Athenienses ferunt statim inter initia concursus navium expavefactum atque perterritum sublatis velis fugæ se dedisse: Corinthiosque, inspecta fuga navis imperatoriæ, itidem abiisse: & quum fugiendo venissent ad templum Minervæ Sciradis, quæ est in Salamine, occurrisse eis celocem divina cum pompa: quem quisnam misisset quum non constaret, scirentque neminem suæ classis ad ipsos misisse, eos ob id conjectasse rem divinam esse: & eos qui in celoce erant, ubi propiores fuerunt, ita loquutos fuisse, Adimante, tu quidem conversis in fugam navibus abscedere vis Græcorum proditor: at illi quantum votis conceperunt, victores hostium evadent. Et quum his verbis fidem non haberet Adimantus, hæc iterum dixisse, ' ipsos posse pro obsidibus ductos mortem obire nisi constaret Græcos esse victores. Ita conversa navi Adimantum cum cæteris ad classem suorum, re jam ab aliis navata, versisse. Hic de illis apud Athenienses rumor extitit. quod ipsi Corinthii negant, seque inter primos pugnatores extitisse affirmant. pro quibus testimonium dicit reliqua Græcia. XCV Aristides autem Lysimachi filius, vir Atheniensis, cujus paulo ante ut viri optimi mentionem feci, per eum tumultum qui circa Salaminem fiebat, hoc rei gessit: Permultis armatorum qui ad litus Salaminis locati erant sumptis, genere Athenienſibus, & in Psyttaleam insulam traductis, omnes Persas qui in ea insula erant interemit. XCVI Defuncti navali pugna Græci, reductis in Salaminem navibus, potiti sunt naufragiis quæ illic superarant: parati ad aliam dimicationem, quod sperarent, regem iis quæ sibi reliquæ erant navibus usurum. Porro naufragiorum pleraque ventus zephyrus asportavit in oram Atticæ, nomine Coliadem: ut impletum sit omne oraculum, cum de cæteris quæ ad pugnam navalem pertinent faciens mentionem, tum vero de naufragiis illuc evectis, à Bacide & Musæo multis annis antea prædictum, ac redditum

μύριαι δραχμαὶ, ὃς ἂν μὲν ζωὸν ἕλῃ. δεινὸν γάρ τι ἐποιεῦντο γυναῖκα ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους στρατεύεσθαι. αὕτη μὲν δὴ (ὡς πρότερον εἴρηται) διέφυγε. ἔσαν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι τῶν αἱ νῆες διεσεσῳσμέναι ἐν τῷ Φαλήρῳ. Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορίνθιον στρατηγὸν λέγουσι Ἀθηναῖοι, αὐτίκα κατ' ἀρχὰς ὡς συμμίσγουσαι αἱ νῆες, ἐκπλαγέντα τε καὶ καταδείσαντα, τὰ ἱστία ἀειράμενον, οἴχεσθαι φεύγοντα. ἰδόντας δὲ τοὺς Κορινθίους τὸν στρατηγίδα φεύγουσαν, ἀναχθῆναι καὶ αὐτοὺς οἴχεσθαι. ὡς δὲ ἄρα φεύγουσαι γίνεσθαι τὴν Σαλαμινίης καὶ τὸ ἱρὸν Ἀθηναίης Σκιράδος, ἐπιπέμψαι σφι κέλευσαν θεοπομπὴν τὴν ἔπεμψαν φανεῖσαι ἄδηλοι, ἐπί τε τῷ ἀπὸ τῆς στρατιῆς εἰδόσι περιφέρεσθαι τοῖσι Κορινθίοισι. τῆσδε δὲ συμβάλλονται ἕνεκα θεῖον τὸ πρῆγμα· ὡς γὰρ ἀγχοῦ γενέσθαι τῶν νεῶν "τοὺς ἀπὸ τῆς κέλητος, λέγειν τάδε, Ἀδείμαντε, "σὺ μὲν ἀποστρέψας τὰς νεῶς, ἐς φυγὴν "ὥρμησας κελεύσας τοὺς Ἕλληνας. οἱ δὲ "κατὰ δὴ νικῶσι, ὅσον αὐτοὶ πρῶτοι ὑπέσχοντο "σὺν τῷ ἐχθρῶν. ταῦτα λεγόντων, ἀπιστέειν γὰρ τὸν Ἀδείμαντον, αὖτις τάδε λέγειν· ὡς αὐτοὶ οἷοί τε εἶεν ἀνόμβροι ὄμενοι ἀποθνήσκειν, εἰ μὴ νικῶντες φανοῦνται οἱ Ἕλληνες. ὑπὸ δὲ ἀποστρέψαντες τὰ νῆα, αὐτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ἐπεξειρεσιμένοισι ἐλθεῖν ἐς τὸ στρατόπεδον. τοῦτο μὲν τοιαῦτα φατὶς ἔχει περὶ Ἀθηναίων. οὐ μὴν αὐτοί γε Κορίνθιοι ὁμολογέουσι, ἀλλ' ἐν πρώτοισι σφέας αὐτοὺς τὰ ναυμαχίης νομίζουσι γενέσθαι. μαρτυρεῖ δέ σφι καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλάς. Ἀριστείδης δὲ ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, τῷ καὶ ὀλίγῳ τι πρότερον τουτέων ἐμνήσθην ὡς ἀνδρὸς ἀρίστου, ὅστις ἐν τοῦ ἀτρύγετου τούτου τοῦ περὶ Σαλαμῖνα γενομένου τόδε ἐποίεε· παραλαβὼν πολλοὺς τῶν ὁπλιτέων, οἱ πολλοὶ παρετάχατο παρὰ τὴν ἀκτὴν τὴν Σαλαμινίης χώρης, γένος Ἀθηναῖοι, ἐς τὴν Ψυττάλειαν νῆσον ἀπέβησε ἄγων. οἱ τοὺς Πέρσας τοὺς ἐν τῇ νησίδι ταύτῃ κατεφόνευσαν πάντας. Ὡς δὲ ἡ ναυμαχίη διελέλυτο, καταῤῥώσαντες ἐς τὴν Σαλαμῖνα οἱ Ἕλληνες τῶν ναυηγίων ὅσα ταύτῃ ἐτύγχανε ἔτι ἐόντα, ἐτοῖμοι ἦσαν ἐς ἄλλην ναυμαχίην· ἐλπίζοντες τῇσι παρεούσῃσι νηυσὶ ἔτι χρήσεως βασιλέα. τῶν δὲ ναυηγίων πολλὰ ἐπολάβων ὁ ἄνεμος ζέφυρος, ἔφερε δ' Ἀττικῆς ὅτι τὴν ἠιόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα. ὥστε ἀπαπλῆσαι τὸ χρησμοῦ, τόν τε ἄλλον πάντα τὸν περὶ τὴν ναυμαχίης ταύτης εἰρημένον Βακίδι καὶ Μουσαίῳ, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὰ ναυήγια τὰ ταύτῃ ἐξενειχθέντα τὸ εἰρημένον πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον τουτέων ἐν χρησμῷ,

XCIV

XCV

ἐμνήσθην

XCVI

312

1 Se tales esse qui vellent obsides duci ac morte plecti nisi victores comperirentur Græci. Vel, si id animo esset. Q. d. Si paratus esset ad &c.

Λυσιστράτῳ Ἀθηναίῳ ἀνδρὶ χρησμολόγῳ, τὸ ἐλελήθεσαν πάντας τοὺς Ἕλληνας,

Κωλιάδες γυναῖκες ἐρετμοῖσι φέλξουσι.

τοῦτο γὰρ ἔμελλε ἐπελάσαντος βασιλῆος ἔσεσθαι. Ξέρξης γὰρ ὡς ἐμάθε τὸ γεγονὸς πάθος, δείσας μή τις τῶν Ἰώνων ὑποδέξηται τοῖσι Ἕλλησι ἢ αὐτοὶ νοήσωσι πλώειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, λύσοντες τὰς γεφύρας, καὶ ἀπλαμφθεὶς ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἀπολέσῃ κινδυνεύσας, βρησμὸν ἐξέλαμπε. θέλων γὰρ μὴ δηλῶσαι εἰ μήτε τοῖσι Ἕλλησι μήτε τοῖσι ἑωυτοῦ, ἐς τὴν Σαλαμῖνα χῶμα ἐπειρᾶτο ἄγοντες. γαυλούς τε Φοινικηίους συνέδησε, ἵνα ἀντὶ τε γεφύρης ἔωσι καὶ τείχεος· ἀρτίετό τε ἐς πόλεμον, ὡς ναυμαχίην ἄλλην ποιησόμενος. ὁρέοντες δὲ μιν πάντες οἱ ἄλλοι ταῦτα πρήσσοντα, οὐ πιστεύοντο ὡς ἐκ παντὸς νόου παρεσκευάσατο μίσων πολεμήσειν. Μαρδόνιον δ' οὐδὲν τυτθὸν ἐλάνθανε, ὡς μάλιστα ἔμπειρον ἐόντα τῆς ἐκείνου γνώμης. ταῦτά τε ἅμα Ξέρξης ἐποίεε, καὶ ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελέοντα τὰ παρεῦσάν σφι συμφορή. Τυτθὸν δὲ πρὸς ἀγγέλων ἔστι οὐδέν ὅ, τι θᾶσσον διαγίνεται θνητῶν ἐών· ὥστε τοῖσι Πέρσῃσι ἐξεύρηται τοῦτο. λέγουσι γὰρ ὡς ὅσων ἂν ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποί τε καὶ ἄνδρες διεστᾶσι κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι· τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἐέργει μὴ οὐ καταύσαι τὸ προκείμενον ἑωυτῷ δρόμῳ τὸ ταχίστην. ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος, τῷ τρίτῳ· τὸ δὲ ἐνθεύτεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα, καταπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ θυηπολέουσι. τοῦτο τὸ δρόμημα τῷ ἵππῳ καλέουσι Πέρσαι ἀγγάριον. Ἡ μὲν δὴ πρώτη ἐς Σοῦσα ἀγγελίη ἀπικομένη, ὡς ἔχει Ἀθηναίους Ξέρξης ἐπορμᾶ ἤδη καὶ τὴν Περσέων τοὺς καταλειφθέντας μυρσίνης πάσας ἐστόρεσαν, καὶ ἐθυμίων θυμιήματα· καὶ αὐτοὶ ἔσαν ἐν θυσίῃσί τε καὶ εὐπαθίῃσι· ἡ δὲ δευτέρη σφι ἀγγελίη ἐπεξελθοῦσα σαυέχει ἤτοι, ὥστε τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο πάντες, βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλήτῳ, Μαρδόνιον δὲ αἰτίῃσι ἐν αἰτίῃ τιθέντες. οὐκ ἔτι δὲ τοῖσι περὶ νηῶν ἀγωνίσμασι ταῦτα οἱ Πέρσαι ἐποίευν, ὡς περὶ αὐτοῦ Ξέρξεω δειμαίνοντες. καὶ τοῖσι Πέρσῃσι μὲν δὴ ταῦτα τὸν πάντα μετεξὺ χρόνον ἡμύνετο, μέχρι ἔ Ξέρξης αὐτὸς σφέα ἀπικόμενος ἔπαυσε. Μαρδόνιος δὲ, ὁρέων μὲν Ξέρξεα συμφορῇ μεγάλῃ ἐκ τῆς ναυμαχίης χρεώμενον, ὑποπτεύων δὲ αὐτὸν δρησμὸν βουλεύειν ἐκ τῶν Ἀθηναίων, φοβεόμενος μὴ ἐς ἑωυτὸν ὡς δώσει δίκην, ἀναγνώσας βασιλέα φρονέοντα ὅτι τὴν Ἑλλάδα,

Lysistrato Atheniensi, viro sortilego, quod omnes Græcos latuerat,

Horrebunt remis mulierûm Coliadenses.

Hoc autem futurum erat advecto rege. ¶ COGNITA sua clade Xerxes, veritus nequis Jonum à Græcis suborna- XCVII
tus, aut sua sponte ad solvendos pontes in Hellespontum navigaret, unde ipse in Europa deprehensus salute periclitaretur, de fugiendo consultabat. nolens tamen neque à Græcis neque à suis detegi, aggerem in Salamine tentabat educere: navesque Phœnicum onerarias, ut pro rate ac muro essent, innectebat: & se tanquam aliam pugnam navalem facturus, ad bellum instruebat. Quæ agentem videntes cæteri, pro certo habebant eum manendi animo atque bellandi illa apparare: sed nihil eorum Mardonium latebat, ut probe gnarum ingenii illius. Xerxes & hæc fecit, & simul in Persidem misit qui præsentem cladem nunciarent. His nunciis nihil perni- XCVIII
cius transcurrit in rebus humanis, quod negocium hunc in modum est à Persis excogitatum: Quot ex diebus tota via constat, totidem equos ac viros ferunt esse distinctos ad singulorum dierum iter faciendum, quos neque vis nivium, neque imber, neque æstus, neque nox distinet quin propositum sibi cursum celerrime conficiant. Quorum cursorum primus mandata tradit secundo, secundus item tertio: & ita deinceps illa mandata in alium atque alium pertranseunt, quemadmodum apud Græcos fax quam Vulcano per vices ferre cursores perseverant. Hanc equorum cursitationem Persæ angarēion appellant. Primus igitur nuncius Susa per- XCIX
latus, Xerxem Athenis potitum esse, tanta Persas qui relicti erant voluptate affecit, ut omnes vias myrto consternerent, & per eas odores incenderent, & ipsi in sacrificiis ac gaudiis versarentur: secundus autem ita eos consternavit ut universi vestes dilaniarent, vociferationeque & ejulatu irrequieto uterentur, culpam in Mardonium refundentes, non tam de classe quàm de ipso Xerxe soliciti: id que tam diu dum Xerxes illos ita affectos redeundo sedavit. At Mardonius quum videret Xerxem C
magnam è pugna navali jacturam fecisse, suspicans agitare fugam ex Athenis, pro seipso anxius erat, tanquam pœnas daturus, qui regi persuasisset inferre Græciæ bellum:

puta-

putabatque sibi conducibilius esse periclitari aut subigere Græciam, aut magna opera aggressum honeste vita defungi: quanquam opinio ejus de subigenda Græcia propensior erat. Hoc quum secum agitasset, regem hac oratione est alloquutus, Domine, noli mærorem ob hanc rem gestam capere, aut pro ita magna hoc jactura ducere. non enim certamen, quo omnia nostra constant, in lignis est, sed in viris & equis. Itaque nemo tibi aut horum qui tibi videntur omnia confeciſſe, egressus è navibus conabitur obviam se ferre, aut ex hac continente: unde qui se obvios tulere, pœnas dedere. Quod si tibi videtur faciendum ut Peloponnesum tentemus, continuo tentemus: si videtur supersedendum, supersedeamus licet. nec animo consterneris: neque enim ulla possunt ratione subterfugere Græci quominus rationem dent eorum quæ & nunc & antea perpetrarunt, tuique sint servi. Et hoc quidem præcipue tibi agendum puta. Quod si tibi constitutum est ut ipse cum exercitu revertaris, aliud quoque habeo ex hac re consilium. Ne committas rex ut Persæ Græcis ludibrio fiant. [1] non enim res Persarum afflictæ sunt: neque tu ubinam viri fuerimus ignavi dicere potes. quales si Phœnices & Ægyptii & Cyprii & Cilices fuere, nihil ista ad Persas attinet culpa. Quare, quoniam Persæ hujus rei insontes sunt, jam mihi credito. si tibi non videbitur permanendum, remea ipse ad solum natale cum pleraque parte copiarum: ego cum delectis de exercitu triginta myriadibus militum debeo Græciam in tuam redigere servitutem. His auditis Xerxes, [2] ut ex malis, gavisus est, voluptatemq; cepit: & ad Mardonium inquit, se, [3] ubi ad concilium retulisset, responsurum utrum eorũ esset facturus. Et quum in conciliũ vocasset delectos Persarum proceres, placuit ei Artemisiam quoq; ad consultandum accersi, quam solam constabat antea quæ facienda essent intellexisse. Quæ ubi advenit, eam Xerxes summotis aliis Persarum consiliariis atq; satellitibus, hunc in modum alloquutus est, Jubet me Mardonius hîc permanere ad tentandam Peloponnesum, negans ullam culpam hujus damni esse penes Persas atque pedestres copias,

καὶ οἱ χρεὸν εἴη ἀνακινδυνεύσαι, ἢ κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα, ἢ αὐτὸν καλῶς τελευτῆσαι τὸν βίον, ὑπὸ μεγάλων ἀφορμηθέντα; πλέω μὲν τοι ἔφερε οἱ ἡ γνώμη κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα. λογισάμενον δὲ ταῦτα, προσέφερε τὸν λόγον τόνδε. "Δέσποτα, μήτε λυ-
"πέο, μήτε συμφορῇσι μηδεμίῃσι μεγάλῃσι
"πιεζῶ, τῶνδε τε γενεότης εἵνεκα πρήγ-
"ματος. ὑπὸ γὰρ ξύλων ἀγὼν ὁ τὸ πᾶν φέρων
"ἔβη ἡμῖν, ἀλλ' ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων. σοὶ δὲ
"ἔστι τις τυτέων τῶν τὸ πᾶν σφι ἤδη δοκε-
"όντων κατεργάσασθαι, ἀπιξὰς ἀπὸ τῶν νεῶν
"πειρήσεται ἀντιωθέωσι, ἔστ' ἂν τῆς ἠπείρου 313
"τῆσδε. οἱ τε ἡμῖν ἀντιώθησαν, ἔδοσαν δίκας.
"εἰ μὲν νῦν δοκέει, αὐτίκα πειρώμεθα τῆς
"Πελοποννήσου· εἰ δὲ καὶ δοκέει ἐποχεῖν, παρ-
"έχει πιέειν ταῦτα. μὴ δὲ δυσθύμει. ἐγὼ γὰρ
"ὅτι Ἕλλησι ὑδρεμίη ἔκδοσις, μὴ οὐ δόντας λό-
"γον τῶν ἐποίησαν νῦν τε καὶ πρότερον, εἶναι
"σὲς δούλους. μαθόντα μὲν νῦν ταῦτα ποίεε.
"εἰ δ' ἄρα τοι βεβούλευται, αὐτὸν ἀπε-
"λαύνοντα ἀπάγειν τὸν στρατιὸν, ἄλλην ἔχω
"καὶ ἐκ τῶνδε βουλήν. σὺ Πέρσας βασιλεῦ
"μὴ ποιήσῃς καταγελάστους γενέσθαι Ἕλλησι.
"ὑδὲν γὰρ ἐν Πέρσῃσι τοῖσι δεδήληται τῶν
"πρηγμάτων· ὑδ' ἐρεῖς ὅκως ἐγκρώμεθα ἀν-
"δρες κακοί. εἰ δὲ Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι
"καὶ Κύπριοί τε καὶ Κίλικες, κακοὶ ἐγκρόντοι
"ὑδὲν πρὸς Πέρσας τοῦτο πρόσκειται τὸ πά-
"θημα. ἦδη ὦν ἐπειδὴ οὐ Πέρσαι τοι αἴτιοι εἰσι,
"ἐμοὶ πείθεο. εἰ μὲν δέδοκται μὴ οἴκα-
"δε μένειν, σὺ μὲν ἐς ἤθεα τὰ σεωυτοῦ ἀπ-
"έλαυνε, τῆς στρατιῆς ἀπάγων τὸ πολλόν·
"ἐμὲ δέ σοι χρὴ τὸν Ἑλλάδα οἴκα χειρώσ-
"ασθαι δε-
"δεκαμμύριον, τελεσθέντα μυριάσι τῇ στρα-
τῇ ἀπλεξάμενον. Ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης,
ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη τε καὶ ἥσθη· πρὸς Μαρ-
δόνιόν τε βουλευσάμενος ἔφη ἀπικνεῖσθαι,
ὁκότερον ποιήσει τυτέων. ὡς δὲ ἐβουλεύετο ἀ-
μα Περσέων τοῖσι ὀνομαστοῖσι, ἔδοξέ οἱ καὶ Ἀρ-
τεμισίην ἐπὶ συμβουλίῃ μεταπέμψασθαι, ὅτι
πρότερον ἐφαίνετο μοῦνη γνοῦσα τὰ ποιητέα
ἦν. ὡς δὲ ἀπίκετο ἡ Ἀρτεμισίη, μεταστησάμενος
τοὺς ἄλλους τούς τε συμβούλους Περσέων, καὶ τοὺς
δορυφόρους, ἔλεξε Ξέρξης τάδε, Κελεύει με
Μαρδόνιος μοῦνα αὐτῷ, ἀποπειρᾶσθαι τῆς
Πελοποννήσου· λέγων ὡς μοι Πέρσαι τε καὶ ὁ
πεζὸς στρατὸς ὑδενὸς μεταίτιοι πάθεός εἰσι,

1 Nullum enim rebus damnum attulerunt Persæ. 2 *Sic Græca habent ad verbum: pro eo quod est, Tanquam illo offerente aliquod inter tot mala solatium. Vel, Tanquam illo ex rebus alloqui desperatis aliquem exitum proponente.* 3 Ubi deliberasset. *Sed Valla ita vertit ratione habita eorum quæ sequuntur.*

"ἀλλὰ βυλομένοισί σφι γίνοιτ' ἂν ἀπόδοξις.
"ἐμὲ ὦν ἢ ταῦτα κελεύει ποιέειν ἢ αὐτὸς ἐ-
"θέλει, τριήκοντα μυριάδας ἀπολεξάμενος
"τῷ στρατῷ παραχρῆν μοι τὴν Ἑλλάδα δε-
"δουλωμένην· αὐτὸν δέ με κελεύει ἀπε-
"λαύνειν σὺν τῷ λοιπῷ στρατῷ ἐς ἥδιστα τἀμά.
"σὺ ὦν ἐμοί, ἢ γὰρ βουλεύσεαι οὕ σοι συμ-
"βουλεύσας τῆς γνώμης ἐκ ἐῶσα ποιέεσθαι,
"νῦν τε συμβούλευσον, ὁκότερα ποιέων εὖ πύ-
"θωμαι δοῦναι βουλευσάμενος. ὁ μὲν ταῦτα συνεβου-
"λεύετο. Ἡ δὲ λέγει τάδε, Βασιλεῦ, χαλε-
"πὸν μὲν ἐστι συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄρι-
"στα εἰπάσαν· ὅμως μέντοι τοῖσι κατηκουσι
"πρήγμασι, δοκέει μοι αὐτὸν μὲν σε ἀπε-
"λαύνειν ὀπίσω· Μαρδόνιον δέ, εἰ θέλει τε καὶ
"ὑποδέκεται ταῦτα ποιήσειν, αὐτοῦ καταλι-
"πεῖν σὺν τοῖσι θέλει. τοῦτο μὲν γὰρ, ἢν κα-
"τὰ γνώμην τὰ φρονέει θέλειν, καὶ οἱ περ-
"χαρήσει τὰ νοέων λέγει, σὸν τὸ ἔργον ὦ δε-
"σπόταν γίνεται. (οἱ γὰρ σοὶ δοῦλοι κατεργά-
"σαντο) τοῦτο δέ, ἢν τὰ ἐναντία τῷ Μαρδο-
"νίῳ γνώμης γένηται, ὀδεμίη συμφορὴ μεγά-
"λη ἔσται, σέο τε σωθέντος, καὶ οἰκίων τῶν σῶν
"καὶ πρηγμάτων σῶν οἴκησιν τε σόν. ἢν γὰρ σὺ
"τε σωθῇς, καὶ οἶκος ὁ σός, πολλοὶ πολλά-
"κις ἀγῶνας διαμέσονται περὶ σφέων αὐτέων
"οἱ Ἕλληνες. Μαρδονίου δέ, ἤν τι πάθῃ, λό-
"γος ὀδεὶς γίνεται· οὐδέ τι νικῶντες οἱ Ἕλλη-
"νες νικῶσι, δοῦλον σὸν ἀπολέσαντες· σὺ δὲ
(πρὸς εἵνεκα τοῦ στόλου ἐποιήσω) πυρώσας τὰς
Ἀθήνας, ἀπελᾷς. Ἥδη τε δὴ τῇ συμβουλῇ
Ξέρξης. λέγουσα γὰρ ἐπετύγχανε τάπερ αὐ-
τὸς ἐπενόεε. ὡς δὲ εἰ πάντες καὶ πᾶσαι συνε-
βούλευον αὐτῷ μένειν, ἔμελλε ἄν, δοκέειν ἐμοί,
ὥστε καταῤῥᾳδήσειν. ἐπαινέσας δὲ τὴν Ἀρτε-
μισίην, ταύτην μὲν ἀπέστειλε ἄγουσαν αὐτοῦ τοὺς
παῖδας ἐς Ἔφεσον. νόθοι γάρ τινες παιδὲς οἱ
συνεπέποντο. Συνέπεμπε δὲ τοῖσι παισὶ φύλα-
κον Ἑρμότιμον, γένος μὲν ἐὸν Γηδασέα,
φερέοικον δὲ οὐ τὰ δεύτερα παρὰ δυνάστῃσι παρὰ
βασιλέϊ. οἱ δὲ Γηδασέες οἰκέουσι ὑπὲρ Ἁλι-
καρνησσοῦ. ἐν δὲ τοῖσι Γηδασέοισι τούτοισι τοι-
όνδε φέρεται πρῆγμα γενέσθαι· ἐπεὰν τοῖσι
Ἀμφικτυόσι πᾶσι τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέ-
314 ουσι τῆς πόλιος μέλλῃ τι ὄντως χρόνῳ ἔσεσθαι
χαλεπὸν, τότε ἡ ἱρείη αὐτόθι τῆς Ἀθηναίης
φύει πώγωνα μέγαν. τοῦτο δὲ σφι δὶς ἤδη
ἐγένετο. Ἐκ τετέων δὴ τῶν Γηδασέων ὁ
Ἑρμότιμος ἦν· τῷ μεγίστη τίσις ἤδη ἀδικη-
θέντι ἐγένετο πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. ἁλόν-
τα γὰρ αὐτὸν ἐκ πολεμίων, καὶ πωλεόμενον,

1 sed eis volentibus hoc tentari debere. Itaque aut hoc me facere hortatur, aut sibi tradere triginta myriades delectorum militum ad subigendam mihi Græciam: me vero ad patrias sedes cum reliquo exercitu reverti. Tu igitur, quæ de pugna navali non gerenda probe consuluisti, dicito utrum mihi suadeas horum, quod eligendo bene mihi consuluero. Hæc Xerxi consultanti respondens Artemisia, Arduum, inquit, rex, 2 me dicentem tibi optima, prosperum consilium dare: tamen è statu rerum præsentium mihi videtur esse faciendum ut tu ipse domum remees: Mardonium vero hîc relinquas cum iis quos vult, si modo velit ille, atque recipiat se ista facturum. Nam sive ea quæ ait se velle, subegerit, & hæc ei ex animi sententia succedant, 3 tua res domine agitur: quia id tui servi effecerint: sive Mardonio contrà opinionem suam contingat, non magna sane calamitas erit, salvo & te & rerum domesticarum statu. Etenim si incolumis es & domus tua, profecto Græci sæpenumero pro seipsis multa certamina cursitabunt: at si quid contingat Mardonio cladis, id nullius erit momenti, Græcique vincendo non vicerint, servo tuo interempto. Tu vero Athenis incensis (cujus rei gratia expeditionem sumpsisti) reverteris. Delectatus eo consilio Xerxes, quod idem illa suasisset quod ipse haberet in animo: quippe qui (ut ego opinor) non remansiet si vel cuncti atque cunctæ id ei suasissent, adeo perterritus erat. Artemisiam igitur laudatam dimisit, ducentem secum liberos regios Ephesum. nam aliquot eum filii nothi comitabantur. Cum quibus ad eorum custodiam misit Hermotimum, genere quidem Pedasensem, sed apud regem inter eunuchos nulli secundum. Incolunt autem Pedasenses super Halicarnassum: apud quos hoc rei fertur contingere, ut quoties Amphictyonensibus qui circa eam urbem habitant aliquid adversi certum intra tempus est eventurum, tunc Minervæ antistiti, quæ illic est, grandis barba nascatur: quæ res bis apud eos accidit. Ex his Pedasensibus Hermotimus erat, cui maxima ex omnibus quos quidem ipsi novimus, ultio contigit acceptæ injuriæ. Siquidem eum captum ab hostibus ac venalem

CII CIII CIV CV

1 Sed lubenter se reipsa id comprobaturos. *Vel, Hujus rei se documentum esse daturos.* 2 Me tibi consulenti optimum dare consilium. 3 Quod geritur, tuum est. *Id est, Tuum censetur. Ejus laus tibi adscribitur.*

mercа-

mercatus est Panionius vir Chius, ex hoc impurissimo quæstu quem factitabat, vitam ducens. nam quos pueros forma præditos coemerat, eos castrabat: ductosque aut Sardis aut Ephesum, magna pecunia venundabat. Apud barbaros enim pretiosiores eunuchi sunt quam qui non sunt castrati, [1] in omni genere, fidei gratia. Cæterum ut alios permultos, ita hunc quoque Panionius execuit, ut qui ex hac re vitam toleraret. Sed non usquequaque infelix Hermotimus, è Sardibus ad regem cum aliis muneribus deductus est, progressuque temporis ex omnibus eunuchis maximo in honore apud regem Xerxem est habitus. CVI Quum autem rex adversus Athenas moveret è Sardibus, per id tempus Hermotius cujusdam negocii gratia descendit in agrum Mysium, qui à Chiis incolitur, sed Atarneus vocitatur: ibi inventum Panionium atque agnitum alloquutus est & multis & comibus verbis, primum recensens ei quot per illum esset assequutus bona, deinde pollicens quam gratiam illius meriti foret relaturus, si homo cum suis domesticis illuc commigrasset. Ea oratione libenter audita Panionius contulit se illuc cum uxore & liberis. Quem posteaquam cum omni re familiari adeptus est Hermotimus, his verbis affatus est, O omnium post homines natos scelestissimum, qui ex nefandissima negociatione quæstum facis: quid aut ipse ego, aut meorum quispiam vel tibi vel tuorũ cuipiam mali fecit, [2] quod ex viro neutrum me reddidisti? putabasne fore ut quæ tunc machinabaris laterent deos? qui justa lege utentes, te infandorum opificem tradiderunt in manus meas, [3] ut de pœna à me tibi irroganda queri non possis. Hæc ubi exprobravit homini, filiis in conspectum ejus adductis, qui quatuor erant, coegit patrem genitalia illorum recidere: quod quum coactus fecisset, filii sui adacti sunt ejus virilia abscindere. Ita supplicium ab Hermotimo in Panionium rediit. CVII Xerxes autem filiorum Ephesum deducendorum negocio Artemisiæ demandato, accitum Mardonium jussit è copiis quas liberet eligere, ut consentanea verbis facta exequi experiretur. Hactenus eo die est actum. Noctu autem regis jussu præfecti classis è Pha-

ὠνέετ᾽ Πανιώνι@., ἀνὴρ Χῖ@· ὃς τῷ ζόλῳ κάλεσπατο ἀπ᾽ ἔργων ἀνοσιωτάτων. ὅκως γὰρ κτήσαιτο παῖδας εἰδε@· ἐπαμμένους, ἐκτάμνων, ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων. (ὦδε γὰρ τοῖσι βαρβάροισι τιμιώτεροί εἰσι οἱ δυνῦχοι, πίστι@· εἵνεκα τῆς πάσης, τῆσι ἐνορχέων) ἄλλους τε δὴ ὁ Πανιώνι@· ἐξέταμε πολλούς, (ἦν τε ποιδύμῳ@· ἐν᾽ τουτέων τῷ ζόλῳ) καὶ δὴ καὶ τοῦτον. καὶ οὐ τοῦτο τὸ μὲν δὴ τὰ πάντα εὐτυχέε ὁ Ἑρμότιμ@., ἀπικνέεται ἐκ τῆς Σαρδίων ὧδε βασιλῆα μετ᾽ ἄλλων δώρων· χρόνῳ δ᾽ ὑστερο@· πάντων τῶν δυνούχων ἐτιμήθη μάλιστα ὧδε Ξέρξῃ. Ὡς δὲ τὸ στράτευμα τὸ Περσικὸν ὥρμα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἐὼν ἐν Σάρδισι, ἐνθαῦτα καταβὰς κατὰ δή τι πρῆγμα ὁ Ἑρμότιμ@. ἐς γλῶ τῷ Μυσίην, (τὸν Χῖοι μὲν νέμονται, Ἀταρνεῦς δὲ καλέεται) διέπρησσε τὰ Πανιώνιον ἐνθαῦτα. ἐπιγνοὺς δέ, ἔλεγε πρὸς αὐτὸν πολλὰ καὶ φιλοφρονεύμενο@· πρῶτα μὲν οἱ καταλέγων ὅσα αὐτὸς δι᾽ ἐκεῖνον ἔσχε ἀγαθά· δεύτερα δέ οἱ ὑποσχνεύμενο@· ἀντὶ τουτέων ὅσα μιν ἀγαθὰ ποιήσειε, ἢν κομίσας τοὺς παῖδας οἰκέῃ ἐκείνῃ. ὥστε ὑποδεξάμενον ἄσμενον τοὺς λόγους τοῦ Πανιώνιον, κομίσαι τὰ τέκνα καὶ τῷ γυναῖκα. ὡς δὲ ἄρα πανοικὶὴ μιῇ ὠφελέ-
"λαβε, ἔλεγε ὁ Ἑρμότιμος τάδε, Ὦ πάντων
"ἀνδρῶν ἥδη μάλιστα ἀπ᾽ ἔργων ἀνοσιωτάτων
"τοῦ βίον κτησάμενε, τί σε ἐγὼ κακὸν ἢ αὐτὸς, ἢ
"τῶν ἐμῶν τίς σε περιόνων ἐργάσατο, ἢ σε, ἢ
"τῶν σῶν τινα, ὅτι με οὐτ᾽ ἀνδρὸς ἐποίησας
"τὸ μηδὲν ἧσσον; ἐδόκεές τε θεοὺς λήσειν οἷα ἐμη-
"χανῶ τότε· οἵ σε ποινήσαντα ἀνόσια, νόμῳ
"δικαίῳ χρεώμενοι, ἐπήγαγον ἐς χεῖρας τὰς
"ἐμάς. ὥστε σε μὴ μέμφεσθαι τῷ ἀπ᾽ ἐμέο τοι
ἐσταθὴν δίκην. ὡς δέ οἱ ταῦτα ὠνείδιζε, ἀχθέντων τῶν παίδων ἐς ὄψιν, ἠναγκάζετο ὁ Πανιώνι@· τῶν ἑωυτοῦ παίδων τεσσέρων ἐόντων τὰ αἰδοῖα ἀποτάμνειν. ἀναγκαζόμενο@· δ᾽, ἐποίεε ταῦτα· ἅπαντά τε, ὡς ταῦτα ἐργάσατο, οἱ παῖδες ἀναγκαζόμενοι ἀπέταμνον. Πανιώνιον μὲν νυν ὕστερον ὧδε ἐπλήθη ἥ τε τίσις καὶ ὁ Ἑρμότιμ@. Ξέρξης δ᾽, ὡς τοὺς παῖδας Ἀρτεμισίῃ ἐπέτρεψε ἀπάγειν ἐς Ἔφεσον, καλέσας Μαρδόνιον, "ἐκέλευσε μιν ἐπίλευσ μὲν τὸ στρατιῆς ἐξαλέγειν τοὺς ἂν βούληται, στρατ. δι- καὶ ποιέειν τοῖσι λόγοισι τὰ ἔργα πει- ελ. τοὺς ρώμενον ὁμοῖα. ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην βούλεσαι, ἐς τοσοῦτον ἐγίνετο. τῆς δὲ νυκτὸς, κελεύσαντο@ βασιλῆο@, τὰς νῆας οἱ στρατηγοὶ ἐκ τοῦ Φα-

1 Omnis fidei gratia, *ad verbum, pro* Quacunque in re fidere ipsis aliquis velit. *i.* Quæcunque illis quis committere, *in quibus eorum fidem experiatur.* 2 Propter quod me ex viro nihil esse feceris? *Sic ad verbum habent Græca, quæ Valla exponere videtur voluisse, non reddere. nam eunuchus nihil est, quòd sit neutrum, nec vir, nec fœmina. Ovidius, Hei mihi quod dominam nec vir nec fœmina servas. Idem in Ibin, Deque viro fias nec vir nec fœmina, ut Atys.* 3 Ut de pœna quam mihi daturus es queri non possis. *Id est, Tam graves mihi des pœnas quam tua flagitia merentur.*

[1] Tum quod affinitate cum Perſis junctus eſſet, [2] Et quem cladis Perſicæ in mari acceptæ præcipuum autorem extitiſſe credebat. [3] Erant enim olim regna etiam in re nummaria exilia, non ſolum populus. Regis autem uxor illis ipſamet farinam ſubigebat: ſed dum coquebatur panis Perdiccæ pueri mercenarii, in duplam molem excreſcebat. Quod quum ſemper contingeret, id marito indicavit. *Dicet autem τυραννίδες pro τύραννοι. perinde eſt enim ac ſi dixiſſet, Erant enim olim ipſi quoque reges pecuniæ inopes. Quod Herodotus ſubjungit necui mirum videatur quod rex ipſe illos paſcendis ſuis armentis & gregibus præfecerit. At Valla ex* Enim *faciens* Autem, *ita hoc interpretatur quod de regis uxore narratur, quaſi Herodotus hoc velut argumentum illius inopiæ affirat: ideoq; particula* Adeo *utitur.* [4] At illi, ut audivit, ſtatim hæc cogitatio animum ſubiit, *vel,* Illi *in mentem venit,* factum illud, —— quonam

quonam modo quid majus excresceret: mŏxque accitis mercenariis, ut à sua domo discederent, imperavit. Et quum isti dicerent, ita demum se abscedere justum esse ubi mercedem accepissent: [1] tunc rex mercedem nominari audiens, Hunc, inquit (solem ostendens, in deum contumelioſus) dignam vobis mercedem reddo. Immeabat autem in ædes per fumarium sol. Hoc audientes majores natu Gauanes & Aeropus, stetere attoniti. at puer, Accipimus rex quæ das, præloquutus, gladio (nam gladium gerebat) circumscripsit in pavimento domus solem: circumscriptumque quum ter in sinum suum hau-
CXXXVIII sisset, abiit cum cæteris. [2] Quale autem esset id quod faciebat puer, & quod data cum illorum assensu accipiebat minimus natu, renunciavit quidam assessorum regi. Hoc audito, rex ira percitus equites ad eos interimendos mittit. Est autem in ea regione amnis cui tanquam liberatori immolant posteri illorum qui ab Argo erant: hic amnis, posteaquam eum Temenidæ transierant, ita vehemens effectus erat ut ab equitibus transiri nequierit. Temenidæ in aliam Macedoniæ plagam transgressi, habitarunt prope hortos qui ferebantur esse Midæ Gordio geniti, quibus in hortis sua sponte nascuntur rosæ sexagenûm foliorum, fragrantiori odore quam cæteræ: & in quibus (ut fertur à Macedonibus) Silenus fuit exceptus. Super eos situs est mons, nomine Bermius, per hyemem inaccessus. Hinc egressi postquam eam plagam obtinuerunt Temenidæ, cæteram Ma-
CXXXIX cedoniam subegerunt. Ab hoc autem Perdicca hunc in modum Alexander oriundus est: Amyntæ filius fuit Alexander, Amyntas Alcetæ, pater Alcetæ fuit Aeropus, Aeropi Philippus, Philippi [3] Argæus, hujus Perdiccas, qui paravit imperium. Ita Amyntæ fuit A-
CXL lexander filius. Qui ubi Athenas venit à Mardonio missus, ita verba fecit, Viri
1 Athenienses, Mardonius hæc inquit, Nuncius mihi ab rege venit in hæc verba, Athenienſibus injurias quas mihi

ϰὴ " φέρει ἐς μέγα τι. καλέσας ὁ τὰς δῶρας, ϰὴ εἶπεν προηγόρευέ σφι ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς χώρης τῆς ἑωυτοῦ. μέγα τι οἱ ὁ, τὸν μισθὸν ἔφασαν δίκαιον εἶ) ἀπολαβόντας, ὕτω ἐξιέναι. ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς, τῷ μισθῷ πέρι ἀκούσας, ὦ γὰρ ϰ' ἐγὼ τὴν ϰαπνοδόκην ἐς τὸν οἶκον ἐσέχων ὁ ἥλιος, εἶπε, δίκαιόν ἐστι ἀποδιδόναι. ὁ μὲν δὴ Γαυάνης τε ϰὴ ὁ Ἀέροπος οἱ πρεσβύτεροι ἔσαν ἐκπεπληγμένοι, ὡς ἤκουσαν ταῦτα. ὁ δὲ παῖς, ἐτύγχανε γὰρ ἔχων μάχαιραν, " εἶπας τάδε, Δεκόμεθα ὦ βασιλεῦ τὰ δίδοῖς, ϖεριγεάφει τῇ μαχαίρῃ ἐς τὸ ἔδαφος τοῦ οἴκου τὸν ἥλιον. ϖεριγεάψας ὁ, ἐς τὸν ϰόλπον τείς ἀρυσάμενος ἐϰ τοῦ ἡλίου, ἀπαλλάσσετο αὐλός τε ϰὴ οἱ μετ' αὐτοῦ. οἱ μὲν δὴ ἀπέσαν. Τῷ δὲ βασιλεῖ σημαίνει τις τῶν παρέδρων οἷόν τι χρῆμα ποιήσιε ὁ παῖς, ϰὴ ὡς σφι νόῳ ἐϰείνων ὁ νεώτατος. λάβοι τὰ δεδομένα. ὁ ὁ, ταῦτα ἀϰούσας, ϰὴ ὀξυθυμήσας, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς ἱππέας ἀπολέοντας. πύλαμός δέ ἐστι ἐν τῇ χώρῃ ταύτῃ, τῷ θύουσι οἱ τυτέων τῶν ἀνδρῶν ἀπ' Ἀργέων ἀπόγονοι " σωτῆρα. ἐϰεῖ, ἐπεί τε διέβησαν οἱ Τημενίδαι, ϰὴ σωζηται. μέγας ὕτω ἐρρύη ὥστε τοὺς ἱππέας μὴ οἷός τε γενέσθαι διαβῆναι. οἱ ὁ, ἀπιόμενοι ἐς ἄλλην χώρην τῆς Μακεδονίης, οἴϰησαν πέλας τῶν ϰήπων τῶν λεγομένων εἶ) Μίδεω τοῦ Γορδίεω. ἐν τοῖσι φύεται αὐτόματα ῥόδα, ἓν ἕϰαστον ἔχον ἑξήϰοντα φύλλα, ὀδμήν τε ϰὰϰ φέροντα τῶν 322 ἄλλων. ἐν τούτοισι ϰὴ ὁ Σιληνὸς τοῖσι ϰήποισι ἥλω, ὡς λέγεται ὑπὸ Μακεδόνων. ϰαϰὸν ὁ τῶν ϰήπων ὄρος, χέιμα, Βέρμιον οὔνομα, ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος. ἐνθεῦτεν ὁ ὁρμεώμενοι, ὡς ταύτην ἔσχον, ϰατεστρέφοντο ϰὴ τὴν ἄλλην Μακεδονίην. Ἀπὸ τούτου δὴ τοῦ Περδίϰϰεω Ἀλέξανδρος ὧδε ἐγεγόνεε. Ἀμύντεω " παῖς ἦν Ἀλέξανδρος· Ἀμύντης ϰατὰ ὁ, Ἀλϰέτεω· Ἀλϰέτεω ὁ πατὴρ ἦν Ἀέροπος· τοῦ ὁ, Φιλίππου· Φιλίππου ὁ, * Ἀργαίου· τοῦ ὁ, Περδίϰϰης, ὁ ϰτησάμενος τὴν ἀρχήν. ἐγεγόνεε μὲν δὴ ὧδε Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω. Ὡς ὁ ἀπίϰετο ἐς τοὺς Ἀθηναίους " πεμφθεὶς ὑπὸ ϰὴ ἀποπεμφθεὶς "Μαρδονίου, ἔλεγε τάδε, "Ἄνδρες Ἀθηναῖοι Μαρδόνιος τάδε λέγει, Ἐμοὶ "ἀγγελίη ἦλθε ἀπὸ βασιλῆος, λέξασα ὧδε, Ἀθηναίοισι τὰς ἁμαρτάδας τὰς ἐξ ἐϰείνων ἐς

—— magnum aliquid portendere ideoque acerſitis mercenar. *Ad verbum, Portentum esse [hanc rem] & ad magnum aliquid spectare. vel, tendere. At Valla errorem inceptum ab* ἐωῦλδε *prosequutus est in* φέρει.

1 Tunc rex, ubi mercedis mentionem fieri audivit, sole tunc forte per fumarium, *sive, caminum*, domum ingrediente, dixit furore correptus, At ego hanc mercedem vobis dignam rependo. ostendebat autem solem. *vel, At ego vobis hanc mercedem persolvo. id est, in mercedem, vel, pro mercede, ut* μισθὸν *dicatur per appositionem. Videtur autem voluisse significare, illos debere abunde magnæ mercedis loco ducere quod salvos illos à se dimitteret.* 2 At regi quidam ex ejus assessoribus, quod egerat puer, & quòd ille quum omnium natu minimus esset, quæ sibi data erant accepisset, id certo consilio factum esse, renunciavit. 3 Argæus, † Ἀργαῖος *vel* Ἀργεῖος. Sibylla: Αὐχένιες βασιλεῦσι Μακεδνοῖς Ἀργεάδῃσι.

ἐμὲ γινομένας πάσας μετίημι. νῦν τε ὧδε Μαρδόνιε ποίεε. τοῦτο μὲν τὴν γῆν σφι ἀπόδος· τοῦτο δὲ, ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἑλέσθων αὐτοὶ ἥντινα ἂν ἐθέλωσι, ἐόντες αὐτόνομοι. ἱρά τε πάντα σφι (ἢν δὴ βούλωνταί γε ἐμοὶ ὁμολογέειν) ἀνόρθωσον, ὅσα ἐγὼ ἐνέπρησα. τούτων δὲ ἀπιγμένων, ἀναγκαίως ἔχει μοι ποιέειν ταῦτα, ἢν μὴ τὸ ὑμέτερον αἴτιον γένηται. λέγω δὲ ὑμῖν τάδε, Νῦν τί μαίνεσθε πόλεμον βασιλέϊ ἀνταειρόμενοι; οὔτε γὰρ ἂν ὑπερβάλοισθε, οὔτε οἷοί τε ἐστὲ ἀντέχειν τὸν πάντα χρόνον. εἴδετε μὲν γὰρ τῆς Ξέρξεω στρατηλασίης τὸ πλῆθος, καὶ τὰ ἔργα· πυνθάνεσθε δὲ καὶ τὴν νῦν παρεοῦσάν μοι δύναμιν· ὥστε καὶ ἢν ἡμέας ὑπερβάλησθε, καὶ νικήσητε (τοῦπερ ὑμῖν οὐδεμία ἐλπὶς, εἴπερ εὖ φρονέετε) ἄλλη παρέσται πολλαπλησίη. μὴ ὦν βούλεσθε παρισούμενοι βασιλέϊ, στέρεσθαι μὲν τῆς χώρης, θέειν δὲ αἰεὶ περὶ ὑμέων αὐτῶν· ἀλλὰ καταλύσασθε. παρέχει δὲ ὑμῖν κάλλιστα καταλύσασθαι, βασιλῆος ταύτῃ ὡρμημένου. ἐστὲ ἐλεύθεροι, ἡμῖν ὁμαιχμίην συνθέμενοι ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης. Μαρδόνιος μὲν ταῦτα ὦ Ἀθηναῖοι ἐνετείλατό μοι εἶπαι πρὸς ὑμέας. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν εὐνοίης τῆς πρὸς ὑμέας ἐούσης ἐξ ἐμεῦ, οὐδὲν λέξω. οὐ γὰρ ἂν νῦν πρῶτον ἐκμάθοιτε. προσχρηΐζω δὲ ὑμέων πείθεσθαι Μαρδονίῳ. ἐνορέω γὰρ ὑμῖν οὐκ οἵοισί τε ἐσομένοισι τὸν πάντα χρόνον πολεμέειν Ξέρξῃ. εἰ γὰρ ἐνώρων τοῦτο ἐνὸν ὑμῖν, οὐκ ἄν κοτε ἐς ὑμέας ἦλθον, ἔχων λόγους τούσδε. καὶ γὰρ δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλῆός ἐστι, καὶ χεὶρ ὑπερμήκης. ἢν ὦν μὴ αὐτίκα ὁμολογήσητε, μεγάλα προτεινόντων ἐπ' οἷσι ὁμολογέειν ἐθέλουσι, δειμαίνω ὑπὲρ ὑμέων, ἐν τρίβῳ τε μάλιστα οἰκημένων τῶν συμμάχων πάντων, αἰεί τε φθειρομένων μούνων, ἐξαίρετον τὸ μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. ἀλλὰ πείθεσθε. πολλοῦ γὰρ ὑμῖν ἄξια ταῦτα, εἰ βασιλεύς γε ὁ μέγας μούνοισι ὑμῖν Ἑλλήνων τὰς ἁμαρτάδας ἀπιεὶς, ἐθέλει φίλος γενέσθαι. Ἀλέξανδρος μὲν ταῦτα ἔλεξε. Λακεδαιμόνιοι δὲ, πυθόμενοι ἥκειν Ἀλέξανδρον ἐς Ἀθήνας, ἐς ὁμολογίην ἄξοντα τῷ βαρβάρῳ Ἀθηναίους, ἀναμνησθέντες τῶν λογίων, ὥς σφεας χρεόν ἐστι ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Δωριεῦσι ἐκπίπτειν ἐκ Πελοποννήσου ὑπὸ Μήδων τε καὶ Ἀθηναίων, κάρτα τε ἔδεισαν μὴ ὁμολογήσωσι τῷ Πέρσῃ Ἀθηναῖοι, αὐτίκα τέ σφι ἔδοξε πέμπειν ἀγγέλους. καὶ δὴ συνέπιπτε ὥστε ὁμοῦ σφέων γίνεσθαι τὴν κα-

γρ. ἀνειμένοι.

γρ. παρ' ἐμὲ ἐοῦσαν δύναμιν.

intulerunt omnes remitto. nunc autem Mardoni ita facito: Suam eis regionem reddito: præterea aliam pro suo arbitratu eligant, suaque libertate potiantur. Quinetiam eorum templa, si mecum fœdus inire volent, omnia quæ ego incendi, restituito. Hic nuncius quum mihi allatus sit, necesse habeo ista exequi, nisi per vos steterit. Ego vero hæc vobis duco dicenda, Quid insanitis, bellum regi inferentes, cui nec unquam præstare, nec semper obstare poteritis? Nostis enim Xerxis & copias & facta: auditis quoq; nunc de exercitu qui mecum est. [1] quem si superaveritis atque viceritis, nulla vobis (si sapitis) spes erit; quum alius multo major exercitus sit adfuturus. Nolite igitur, æquiparando vos regi, privari solo vestro, [2] & pro vobisipsis assidue discurrere. imo potius his molestiis vos explicate, quum adsit vobis pulcherrima explicandi facultas, quod ab rege provocati ut societatem belli nobiscum ineatis citra dolum & fraudem, liberati eritis. Hæc me jussit Athenienses apud vos Mardonius dicere. Ego vero de mea in vos benevolen- 2
tia nihil commemorabo. neque enim nunc primum eam cognovistis. Obsecro autem ut Mardonio morem geratis, quos animadverto non semper validos fore ad gerendum cum Xerxe bellum: quales si animadverterem esse, nequaquam huc cum his mandatis venissem. Quippe regis vires supra humanas sunt, & manus prælonga. [3] Quod nisi propere assentiamini magna pollicentibus, quippe ex æquo fœdus facere volentibus, timeo vestram vicem, qui ex omnibus sociis & maxime in via habitatis, & soli semper præcipuam cladem accipitis, possidentes terram inter diversas acies positam. [4] Itaque inducite hoc in animum quod magnopere est è vestra dignitate, quum rex magnus vobis Græcorum solis injurias remittens, cupiat effici amicus. Hæc Alexander. Quem A- CXLI
thenas ire ad inducendos in barbari societatem Athenienses quum audissent Lacedæmonii, id ne fieret vehementer extimuerunt, reminiscentes oraculorum, fatale esse ut ipsi cum cæteris Doriensibus è Peloponneso ejicerentur à Medis pariter & Atheniensibus. ideoque sine mora mittendos illuc censuere legatos. Et sane contigit ut concioni adessent

1 Quod si potentiores extiteritis, eumq; viceritis (quod nequaquam speratis, si sapitis) 2 Et semper de vita vestra periclitari. Vos igitur potius in gratiam *cum rege* redite, quum reconciliationis pulcherrima se vobis offerat occasio, regem ad hanc propensum habentibus. Inita nobiscum citra dolum & fraudem societate belli, liberi estote. 3 Nisi igitur statim cum illis pacificamini, luculentas condiciones vobis proponentibus, quibus pacisci volunt. 4 Enimvero morem gerite, magni enim vestra refert, regem magnum vobis solis Græcorum injurias condonare, & amicitiam vobiscum inire velle.

Lacedæ-

Lacedæmonii. extraxerant enim Athenienſes tempus, probe ſcientes fore ut Lacedæmonii audirent venire à barbaro nuncium ad ſocietatem contrahendam. quare de induſtria id fecere ad declarandam Lacedæmoniis ſententiam ſuam. CXLII Ubi dicendi finem fecit Alexander, excipientes nuncii Spartanorum, ita loquuti ſunt, Nos vero miſere Lacedæmonii oratum vos ne quid novi in Græciam agatis, neque verba quæ adferuntur à barbaro admittatis: quod id neque juſtum ſit ullo modo, neque decorum cum aliis Græcis, tum præcipue vobis: idque multis de cauſis. Vos enim hoc bellum excitaſtis etiam nobis invitis, & propter imperium veſtrum eſt decertatum: quod certamen nunc in univerſam Græciam emanavit. [1] cujus totius vos præcipui authores fuiſtis, & Græcis cauſa ſervitutis, res nullo pacto toleranda. quum præſertim conſtet Athenienſes ſemper & jam inde à priſcis temporibus vindicaſſe permultos homines in libertatem. Et triſtem quidem condicionem veſtram dolemus, quod jam bis proventu frugum fraudati eſtis, & jam domibus quæ dirutæ ſunt caretis. quo nomine Lacedæmonii vobis ac cæteri ſocii ſpondent ſe uxores veſtras & omnia ad bellum inutilia [2] proxime domeſticos ſuos, quoad bellum hoc ſteterit, alituros. Neque vero vos Alexander Macedo ſeducat, [3] commendans Mardonii orationem, facit enim quod ſibi faciendum eſt: quippe qui tyrannus tyranno operam præſtat. Sed non idem veſtra facere intereſt, ſi recte ſapitis, qui ſcitis nihil barbaris eſſe neque fidum neq; verum. CXLIII Hæc quum nuncii dixiſſent, Athenienſes Alexandro ita reſponderunt, Et ipſi cognitum habemus hoc, vires Medorum etiam atque etiam majores eſſe quam noſtras, ut id [4] nihil interſit exprobrare nobis: attamen in tutanda libertate eatenus reſiſtemus quatenus valebimus. Ut autem ſocietatem cum barbaro contrahamus, neque tu perſuadere tentes, neque nos, ſi tu tentaveris, perſuadebimur. [5] Tu vero renuncia Mardonio Athenienſes dicere, quoad ſol eodem itinere meabit quo nunc meat, eouſque ſe nunquam cum Xerxe ſocietatem inituros, ſed ſe protegendo propulſaturos eum, fretos ope deorum atque heroum,

πάσασιν. ἐπανέμειναν γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ἀλλα-
τείβοντες, διὰ δὲ τὸ σαμῶν οἱ ὅτι ἔμελλον Λακεδαι-
μόνιοι πύσεσθαι ἥκοντα ἐπὶ τὸ βαρβάρου ἀγ-
γελον ἐπ' ὁμολογίῃ· πυθόμενοι τε, πέμψαν
καλὰ τάχα ἀγγέλους. ἐπὶ τοῖσι ὧν ἐποίευν,
ἐνδεικνύμενοι τοῖσι Λακεδαιμονίοισι τὴν ἐωυτῶν
γνώμην. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λέγων Ἀλέξαν-
δρος, ἀγαθοξάμενοι ἔλεγον οἱ ἀπὸ Σπάρτης
"ἄγγελοι, Ἡμέας δὲ ἐπέταψαν Λακεδαιμόνιοι
"δεησομένους ὑμέων, μήτε ποιέειν ποιέειν
"μηδὲν καλὰ τὴν Ἑλλάδα, μήτε λόγους δέ-
"κεσθαι παρὰ τοῦ βαρβάρου. ἔστε γὰρ δίκαιον
"ἐδαμῶς, ἔστε νόμον φέρον ἔτι γε ἄλλοισι
"Ἕλλησι ἐδαμοῖσι, ὑμῖν δὴ καὶ μάλα πάντων
"ἥκιστα, πολλῶν εἵνεκα. ἐγείραντε γὰρ τόνδε τὸν
"πόλεμον ὑμεῖς, ἐόντα ἡμέων βουλομένων, καὶ
"περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχῆς ὁ ἀγὼν ἐγένετο· νῦν
"δὲ φέρει καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. ἄλλως τε,
"τυραννίδων ἁπάντων αἰτίους γενέσθαι δυσσωτῆ-
"σι τοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίους, ἐδαμῶς ἀναγκαῖον·
"οἵτινες αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι φαίνεσθε πολλοὺς
"ἐλευθερώσαντες ἀνθρώπων. πεζομαχίοισι
"μὲν τοι ὑμῖν οὐκ ἀναχθύμεθα, καὶ ὅτι καρπῶν
"ἐστέρησθε δίξων ἤδη, καὶ ὅτι οἰκοφθόρησθε
"χρόνον ἤδη πολλόν. ἀντὶ τουτέων δὲ ὑμῖν
"Λακεδαιμόνιοί τε καὶ οἱ σύμμαχοι ἐπαγγέλ-
"λονται γυναῖκας τε καὶ τοὺς πόλεμον ἄχρηστα
"οἰκετέων ἐγόμενα πάντα διαθρέψειν ἔστ' ἂν ὁ
"πόλεμος ὅδε σταθῇ. μηδὲ ὑμέας Ἀλέξ-
"ανδρος ὁ Μακεδὼν ἀναπείσῃ. λέγειν τὸν
"Μαρδονίου λόγον. τούτῳ μὲν γὰρ ταῦτα ποιητέα
"ἐστί (τύραννος γὰρ ἐὼν, τυραννίῳ συμβαλέρ-
"γαζεται) ὑμῖν δὲ οὐ ποιητέα, εἴπερ δὲ τυγ-
"χάνετε φρονέοντες ὀρθῶς ἀμείνοισι, ὡς βαρβά-
"ροισι ἐστὶ ἔτι πιστὸν, ἔστε ἀληθὲς ἐστὶν. ταῦτα
ἔλεξαν οἱ ἄγγελοι. Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς μὲν Ἀ-
λέξανδρον τοιάδε ἀντεκείραντο τάδε, Καὶ αὐτοὶ τὸ-
"τό γε ἐπιστάμεθα, ὅτι πολλαπλησίη ἐστὶ τῆς
"Μήδων δυνάμιος ἡμῖν· ὥστε οὐδὲν δέῃ τε-
"τὸ γε ὀνειδίζειν. ἀλλ' ὅμως "ἐλευθερίην τε ἀλευσε-
"σκεπόμενοι, ἀμυνούμεθα ὅτεο ἂν καὶ ᾖ εἰκὸς γλι-
"δυνώμεθα· ὁμολογῆσαι δὲ τῷ βαρβάρῳ μὴ- χόμενοι.
"τε σὺ ἡμέας πειρῶ ἀναπείθειν, ἔστε ἡμεῖς πει-
"σόμεθα. νῦν τε ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ ὡς Ἀ-
"θηναῖοι λέγουσι, ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν
"ἴῃ τὴν περ καὶ νῦ ἔρχεται, μήκοτε ὁμολογήσειν ἡ-
"μέας Ξέρξῃ· ἀλλὰ θεοῖσί τε συμμάχοισι πίσυ-
"νοι μὲν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι, καὶ τοῖσι ἥρωσι,

1 Adde quod Athenienſes, qui horum omnium autores extiterunt, primos ex Græcis jugum ſervitutis ſubire, res eſt profecto intoleranda. quum præſertim vos conſtet ſemper & jam inde à priſc. ut legatur ἡγεῖσθε δουλοσύνης. 2 Ad rem domeſticam pertinentia. 3 Policen. id eſt, ἐστρατηγεῖν. 4 Nihil opus fit. 5 Atque adeo nunc renuncia Mard.

"τ' ἐκεῖνο ὑδεμίην ὅπιν ἔχων, ἐνέπρησε τέ τε
"οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα. σύ τε τοῦ λοιποῦ
"λόγους ἔχων τοιούσδε μὴ ὄφαίνεο Ἀθηναίοισι·
"μηδὲ δολίοισι χρησὶ ὑπουργέειν, ἀθέμιστα
"ἔρδειν φυλάσσεο. ἡμεῖς γάρ σε βουλόμεθα ἐόντα
"ἄμαχον μὴ ἐς Ἀθηναίους παθεῖν, εἰόντα περὶ ξει-
νόν τε καὶ φίλον. Πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον τοιαῦτα
ὑπεκρίναντο· πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ Σπάρτης ἀγ-
"γέλους. τάδε, Τὸ μὲν δεῖσαι Λακεδαιμονίους
"μὴ ὁμολογήσωμεν τῷ βαρβάρῳ, χάρτα ἀν-
"θρωπήϊον ἦν. ἀταρ αἰσχρῶς γε οὐκ ἔτε
"ἐξεπίσταμαι τὸ Ἀθηναίων φρόνημα ἀρρω-
"δῆσαι· οὔτι ἔστε χρυσὸς ἔστι γῆς ὑπαμοιβὸς το-
"σοῦτος, οὔτε χώρη κάλλεϊ καὶ ἀρετῇ μέγα
"ὑπερφέρουσα, τὰ ἡμεῖς δεξάμενοι, ἐθέλοιμεν
"ἂν μηδίσαντες, καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα.
"πολλά τε γὰρ καὶ μεγάλα ἔστι τὰ βιαιοτά-
"ατα ταῦτα μὴ ποιέειν, μηδ' ἦν ἐθέλωμεν.
"πρῶτα μὲν καὶ μέγιστα, τῶν θεῶν τὰ ἀγάλ-
"ματα καὶ τὰ οἰκήματα ἐμπεπρησμένα τε καὶ
"συγκεχωσμένα, τούτους ἡμέας ἀναγκαίως ἔχει
"τιμωρέειν ἐς τὰ μέγιστα μᾶλλον ἢπερ ὁμολο-
"γέειν τῷ ταῦτα ἐργασαμένῳ. αὖτις δέ, τὸ
"Ἑλληνικὸν ὅμαιμόν τε καὶ ὁμόγλωσσον, καὶ θε-
"ῶν ἱδρύματά τε κοινὰ καὶ θυσίαι, ἤθεά τε
"ὁμότροπα. ὧν καὶ προδόντας ἡμέας Ἀθηναίους
"οὐκ ἂν εὖ ἔχοι· ὅπισαθέ τι ἴτω, εἰ μὴ πρό-
"τερον ἐτυγχάνετε ὑπόσπονδοι. ἔστ' ἂν καὶ εἰς
"τοῦτο Ἀθηναίων, μηδαμῇ ὁμολογήσαντας
"ἡμέας Ξέρξῃ, ὑμέων μὴ οὐ τοιαῦτα ἀγάμεθα τὰ
"περνοίην, τὰ περὶ ἡμέας ἔασαν, ὅτι περιείδετε
"ἡμέων οἰκηφορημένων ἴτω, ὥστε ὑπορρέψαι
"ἐθέλειν ἡμέων τοὺς οἰκέτας. καὶ ὑμῖν μὲν ἡ χά-
"ρις ἐκπεπλήρωται· ἡμέες μέντοι λιταρήσο-
"μεν ἴτω ὅκως ἂν ἔχωμεν, ὑμῖν λυτέοντες
"ὑμέας. νῦν δὲ ὡς τάχιστα ἔχοντων, σημαίνειν ὡς
"τάχιστα ἐκπέμπετε. ὡς γὰρ ἡμεῖς ἐπιζόμεν,
"ἐν ὀκτὼ χρόνου παρέσται ὁ βάρβαρος ἐς βα-
"λὸν ἐς τὴν ἡμετέρην· ἀλλ' ἐπειδὴν τάχιστα
"πύθησθε τὴν ἀγγελίην ὅτι ὑδὲν ποιήσομεν τῶν
"ἐκεῖνος ἡμέων προσδέεται. πρὶν δὲ παρεῖναι
"ἐκεῖνον ἐς τὴν Ἀττικήν, ἡμέας καιρὸς ἔστι πρόσω ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Βοιωτίην.

quorum ille, nihil penſi habens, & templa & ſimulacra incendit. [1] Tu quoque poſthac cū iſtiuſmodi oratione ne committas ut Athenis videaris, neve per ſpeciem emolumentorum infanda nos facere ſuadeas. nolumus enim te ingratum quippiam ab Athenienſibus pati, quibus & hoſpes & amicus es. Hæc Alexandro reſponderunt. nunciis autem Spartiatarum iſta, [2] Lacedæmonios vereri ne fœdus ineamus cum barbaro, ſane humanum eſt: neq; hoc verentes eos turpe eſt veniſſe, quibus mens Athenienſium inexplorata eſſet: quoniam neq; tantum auri uſquam gentium eſt, neq; regio ulla ſpecie & bonitate præſtans, quam nos accipientes, ut cum Medis ſentiremus, ad tradendam ſervituti Græciam inducere-mur. Quod ne faciamus, etſi velimus, multa & magna nos dehortantur: primum atq; idem maximum, quod deorum ædes effigieſq: incenſæ pariter & obrutæ ſunt, quas nos in primis ultum ire neceſſe eſt potius quam cum iis fœderari qui iſta fecerunt: deinde, quum ſimus Græci ejuſdem & ſanguinis & linguæ, quorum & ſana & ſacrificia communia ſunt, & mores adſimiles, eorum proditores fieri Athenienſes, non bene haberet. [3] Ex quo, ſi antea neſciebatis, nunc ita accipiatis, dum vel unus Athenienſium ſupererit, nunquam nos conventuros eſſe cum Xerxe. Veſtram autem erga nos providentiam, [4] quod conſulatis nobis domo carentibus ita ut domeſticos noſtros alere velitis, gratam habemus: [5] & licet beneficium veſtrum cumulatum ſit, nos tamen ita illud tolerabimus ut nihil vobis moleſtiæ adferamus. Quod quum ita ſit, copias primo quoque tempore emittendas curate. nam (ut nos conjectamus) non diu differet barbarus ingredi regionem noſtram: ſed ſimulatq; acceperit nuncium nos nihil eorum eſſe facturos quæ oravit, aderit. qui antequam adlit in Attica, tempus eſt nos in Bœotiam auxilio ire.

CXLIV

---

1 Tu quoq; ne poſthac in conſpectum Athenienſium venias orationem hujuſmodi adferens: neque, dum in nos officioſus eſſe videris, *vel, bene de nobis mereri*, ad committenda nefaria nos hortare. 2 Veritos quidem eſſe Lacedæmonios ne cum barbaro fœdus iniremus, humanum fuit: ſed tamen turpe eſſe videtur, vos qui ſciretis qua ſint animi magnitudine prædíti Athenienſes, eo metu correptos fuiſſe. quoniam neque tantum, *&c. ut ſit ſenſus, illum quidem timorem, humanum fuiſſe, id eſt, à diffidentia quadam naturæ hominum ingenitæ profectum eſſe: non debuiſſe tamen ullum in illis reperiri locum illam diffidentiam apud illos qui Athenienſium magnitudinem animi perſpectam haberent. Simplicior tamen eſſet ſenſus, & ad verba iſta quæ ſequuntur, accommodatior, εἰ μὴ πρότερον ἐτυγχάνετε ἐπίσπονδοι, ſi αἰσχρῶς cum ἐπίσπονδοι jungi poſſet, to modo quo dicitur κακῶς ἐπίσασθαι & κακῶς εἰδέναι, pro εὖ ἐπίσασθαι. Sed & φρόνημα ſimpliciter pro propoſito ſeu mente poſſimus etiam fortaſſe accipere cum Valla.* 3 Atque adeo hoc ſcitote ſi antea neſciviſtis, 4 Quod ita nobis proſpiciatis quorum everſæ ſunt fortunæ, ut alere domeſt. noſtros velitis, 5 Ac vos quidem benevolentiæ officio plene jam defuncti eſtis: nos vero quibus poterimus modis nos ſuſtentare pergemus, nihil vobis faceſſendo negocii. *Negant enim ſe velle ut beneficio illo quod offerunt Lacedæmonii, cujus tamen gratiam illis habent non minus quam ſi uterentur. Ideoque χάρις ἐκπεπλήρωται referendum eſt ad id quod obtulerunt Lacedæmonii, quamvis non præſtiterint. q. d. Jam nos vobis abunde obſtrinxiſtis, quum hoc beneficium in nos conferre paratos eſſe vos dixiſtis.*

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM LIBER nonus, qui inscribitur CALLIOPE.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΕΝΝΑΤΗ. ἐπιγεγραμμένη ΚΑΛΛΙΟΠΗ.

I HOC ab Athenienſibus reddito reſponſo Lacedæmonii Spartam reverterunt. Mardonius autem, poſteaquam regreſſus ad eum Alexander Athenienſium reſponſa indicavit, movens è Theſſalia, citato agmine Athenas ire contendit, quacunque iter faciebat, illinc viros ad bellum ſumens [1] Theſſalis ducibus. Quos adeo non poenitebat eorum quæ hactenus egerant, ut etiam multo ſtudioſius Perſam inducerent. E quibus Thorax Lariſſæus & Xerxem effugientem deduxerat, & tunc Mardonium propalam deducebat in Græciam. II [2] Mardonium autem, ubi cum exercitu Thebas pervenit, Thebani exceperunt: ſuadendoque non ſinebant progredi longius, quod negarent ullum locum ponendis caſtris opportuniorem eſſe quam illum, ubi ſubſidens conſequeretur ut omnem Græciam ſine prœlio ſubigeret. Arduum enim eſſe univerſis etiam hominibus vi ſubigere Græcos inter ſe convenientes: quod & antea cognoviſſent. Si vero feceris (dicebant) quod nos ſuademus, occupabis nullo negocio validiſſima quæq; illorum conſilia. Mitte pecuniam ad eos qui præpotentes ſunt in civitatibus: miſſa pecunia Græciam ad factionem rediges: hinc eos qui tecum non ſentient, admotis copiis facile expugnabis. III Hæc Thebani ſuadebant: quibus ille obtemperandum non putavit, partim animi faſtu, partim acri quadam libidine Athenas iterum occupandi: præſertim ſperans incenſis per inſulas ignibus declaraturum ſe regi Sardibus agenti, Athenas ab ipſo teneri. Igitur in Atticam contendens, quum illic Athenienſes ne tunc quidem inveniſſet, ſed

Ὁ μὲν, ταῦτα ὑποκειναμένων Ἀθηναίων, ἀπαλλαξόμενος ἐς Σπάρτην. Μαρδόνιος δὲ, ὡς οἱ ἀπαγγείλας Ἀλέξανδρος τὰ παρὰ Ἀθηναίων, ἐσήμηνε, ὁρμηθεὶς ἐκ Θεσσαλίης, ἦγε τὴν στρατιὴν ταχυδρόμος ὅτι τὰς Ἀθήνας ὁκως ἔκαστοι γένοιτο, τούτους παρελάμβανε. τοῖσι δὲ Θεσσαλίης ἡγεομένοισι ὑπὲρ τὰ πρόσθεν πεπρηγμένα μετέμελε ὦδε, πολλῷ τε μᾶλλον ἐπῆγον τὸν Πέρσην· καὶ συμπερέπεμψέ τε Θώρηξ ὁ Λαρισσαῖος Ξέρξεα φεύγοντα, καὶ τότε ἐκ τοῦ φανεροῦ παρεῖχε Μαρδόνιον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Ἐπεὶ δὲ προβαίνοντι γίνεται ὁ στρατὸς ἐν Βοιωτοῖσι, οἱ Θηβαῖοι καταλάμβανον τὸν Μαρδόνιον· καὶ συνεβούλευον αὐτῷ, λέγοντες ὡς οὐκ εἴη χώρου ὅτιπερ εὐστρατοπεδεύεσθαι ἐνεστι. ὦδε ἔων ἰέναι ἐπ' ἄστεα, ἀλλ' αὐτοῦ ἱζόμενον, ποιέειν ὅκως ἀμαχητὶ τὴν πᾶσαν Ἑλλάδα καταστρέψεται. κατὰ μὲν δὴ τὸ ἰσχυρὸν Ἕλληνας ἀμφερνέειν, οἷόν περ καὶ πάρος ταὐτὰ ἐγίνωσκον, χαλεπὰ εἶναι προσίζεσθαι καὶ ἅπασι ἀνθρώποισι· εἰ δὲ ποιήσειας ταῦτα (ἔφασαν λέγοντες) ἕξεις ἀπόνως ἅπαντα τὰ κείνων ἰσχυρὰ βουλεύματα. πέμπε χρήματα ἐς τοὺς δυναστεύοντας ἀνδρας ἐν τῇσι πόλεσι· πέμπων δὲ, τὴν Ἑλλάδα ἀφαιρήσεαι· ἐνθεῦτεν γὰρ τοὺς μὴ τὰ σὰ φρονέοντας, ῥηϊδίως μετὰ τῶν φασιστέων καταστρέψεαι. Οἱ μὲν ταῦτα συνεβούλευον· ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, ἀλλά οἱ δεινὸς ἐπέστακτο ἵμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα ἑλεῖν· ἅμα μὲν τὸν ἀγνωμοσύνης, ἅμα δὲ πυρσοῖσι δηλώσειν βουλόμενος ἐκ νήσων ἐδόκεε βασιλέϊ δηλώσειν ἐόντι ἐν Σάρδισι, ὅτι ἔχοι Ἀθήνας. ἐς ὦδε τότε ἀπιγμένος ἐς τὴν Ἀττικὴν εὗρε τοὺς Ἀθηναίους, ἀλλ'

1 As Theſſaliæ ducis adeo non pœnit. *vel, Theſſaliæ principes, aut, primores.* 2 Porro quum in Bœotiam perveniſſet exercitus, Mardonium adeuntes Thebani, conſilium illi dabant, nullum locum illo caſtris ponendis opportuniorem eſſe dicentes: neq; ulterius progredi eum ſinebant, ſed ibi conſidentem dare operam *volebant* ut Græciam univerſam ſine prœl. ſubigeret.

ἐν τῇ

ἔν τε Σαλαμῖνι τὲς πλείστους ἐπιπυθάνετο ἔη), ἔν τε τῇσι νηυσὶ, αἱρέει τε ἐρῆμον τὸ ἄστυ. ἡ δὲ βασιληΐη αἵρεσις ἐς τὠυτὸ ὑστεραίην τῷ Μαρδονίῳ ὅπως ἐστήκεε, δεκάμηνον ἐλθόντος. Ἐπεὶ δὲ ἐν Ἀθήνῃσι ἐλθόντος Μαρδονίου, πέμπει ἐς Σαλαμῖνα Μυρχίδεα, ἄνδρα Ἑλλησπόντιον, φέροντα τὲς αὐτὲς λόγους τὲς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν τοῖσι Ἀθηναίοισι διεπρήσσετο. ταῦτα δὲ τὸ δεύτερον ἀπέστελλε, προέχων μὲν τῷ Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας, ἐλπίζων δέ σφεας ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης, ὡς δηϊωθείσης τῆς Ἀττικῆς χώρης, καὶ ἐόντας ὑπ' ἑωυτῷ. τοιέων μὲν εἵνεκα ἀπέπεμψε Μυρχίδεα ἐς Σαλαμῖνα. Ὁ δὲ, ἀπικόμενος ἐπὶ τὴ βουλὴ, ἔλεγε τὰ περὶ Μαρδονίου. τῷ δὲ βουλέων Λυκίδης εἶπε γνώμην, ὡς ἐδόκεε ἄμεινον ἔη), δεξαμένους τὸν λόγον τὸν σφι Μυρχίδης προφέρει, ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον. ὁ μὲν δὴ ταύτην τὴ γνώμην ἀπεφαίνετο, εἶπε δὲ δεδεγμένος χρήματα παρὰ Μαρδονίου, εἶπε οἱ καὶ ταῦτα ἐάνδανε. Ἀθηναῖοι δὲ, αὐτίκα δεινὸν ποιησάμενοι, οἵ τε ἐκ τῆς βουλῆς καὶ οἱ ἔξωθεν, ὡς ἐπύθοντο, περιστάντες, Λυκίδεα κατέλευσαν βάλλοντες, τὸν δὲ Ἑλλησπόντιον Μυρχίδην ἀπέπεμψαν ἀσινέα. γιγνομένου δὲ θορύβου ἐν τῇ Σαλαμῖνι περὶ τὸν Λυκίδεα, πυθόμενοι τάχιστα τῶν Ἀθηναίων αἱ γυναῖκες τὸ γινόμενον, ἐξεκελεύσαντο δὴ γυνὴ γυναικὶ, καὶ παρελθοῦσα, ὅτι τῷ Λυκίδεω οἰκίην ἧσαν αὐτοσχεδίες· καὶ κῆ μὲν ἔλθουσαι αὐτῷ τὴ γυναῖκα, κῆ δὲ τὰ τέκνα. Ὡς δὲ τὰ Σαλαμῖνα διέβησαν Ἀθηναῖοι ὧδε· ἕως μὲν προσεδέκοντο τὸν ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατὸν ἥξειν τιμωρήσοντά σφι, οἱ δὲ ἔμενον ἐν τῇ Ἀττικῇ. ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν μακρότερά τε καὶ ὀλαίτερα ἐποιεῦντο, ὁ δὲ βάρβαρος καὶ δὴ ἐς τὴ Βοιωτίην ἐλέγετο ἔη), ὅτε δὴ ὑποξεκομίσαντό τε πάντα, καὶ αὐτοὶ διέβησαν ἐς Σαλαμῖνα. ἐς Λακεδαίμονά τε ἔπεμπον ἀγγέλους, ἅμα μὲν, μεμφομένους τοῖσι Λακεδαιμονίοισι ὅτι σφέων δόξαν ἐσβαλόντα τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἀλλ' οὐ μετὰ σφέων ἀντίασαν ἐς τὴν Βοιωτίην· ἅμα δὲ, ὑπομνήσοντάς σφεας ὅσα σφι ὑπέσχετο ὁ Γέρων μεταβαλλόμενος δώσειν· προεῖπέ τε ὅτι εἰ μὴ ἀμυνοῦσι Ἀθηναίοισι, οὐκ ἔστι αὐτοὶ τινα ἀλεωρὴν εὑρήσοντες. οἱ γὰρ δὴ Λακεδαιμόνιοι ὡρτάζοντά τε τότον τὸν χρόνον, καὶ σφι ἦν Ὑακίνθια, τὰ πλείστου ἐποιεῦντο τιμᾶν· ἅμα δὲ τὸ τεῖχος σφι τὸ ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἐτείχεον, καὶ ἤδη ἐπάλξεις εἶχε λάβρας. Ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὴ Λακεδαίμονα οἱ ἄγγελοι οἱ ἀπ' Ἀθηνέων, ἅμα ἀγόμενοι ἔκ τε Μεγάρων ἀγγέλους καὶ ἐκ Πλαταιέων,

plerosque eorum in classe ad Salaminem esse audiret, urbem cepit desertam, decimo mense quàm fuerat ab ipso rege capta. Eo postquam venit, mittit ad Salaminem Murichidem quendam Hellespontium, cum eisdem mandatis quæ Alexander Macedo pertulisset. Mittebat autem eadem mandata, gnarus ille quidem non benevolo erga ipsum animo esse Athenienses, sed sperans contumaciam deposituros, tanquam subacta omni Attica regione, & sub ipsius imperio posita. hac de causa Murichidem misit in Salaminem. Is ubi in senatum venit, Mardonii mandata exposuit. è senatoribus Lycidas sententiam dixit, Satius videri sibi esse ut ea quæ Murichides apud senatum diceret, ipsi admittentes ad populum referrent. Hæc ille dicebat sive quod pecuniam à Mardonio accepisset, sive quod id sibi probaretur. Quod simulatque audiere Athenienses, tam ii qui ex concilio quam qui extra concilium erant, indigne ferentes, Lycidam circumsteterunt, lapidibusque interemerunt: Hellespontium vero Murichidem dimiserunt illæsum. Excitato de Lycida apud Salaminem rumore, & cognito quod gestum erat, Athenienſium uxores, alia aliam exhortantes atque prehendentes, ultro domum Lycidæ adiere, hominisque uxorem ac liberos lapidaverunt. Hunc autem in modum Athenienses in Salaminem transierunt: Quandiu ipsi copias è Peloponneso venturas sibi auxilio expectabant, tandiu hostes in Attica habuere stativa: at ubi & socii tardius segniusque agunt, & Mardonius adventans jam esse in Boeotia audiebatur, ita exportatis omnibus rebus & ipsi in Salaminem trajecerunt, nuncios; in Lacedæmonem miserunt conquestum de Lacedæmoniis, qui neglectui haberent barbarum esse Atticam ingressum, neq, cum ipsis ei in Boeotiam occurrissent: tum admonitum eorum quæ sibi, si ad eum deficere vellent, Mardonius spopondisset: tum prædictum, nisi præsidio ipsis essent, se aliquod per semet remedium inventuros. Agebant per id tempus Lacedæmonii solennia quæ vocantur Hyacinthia: quæ festa dei celebrare plurimi faciebant. ad hæc murum sibi in Isthmo extruebant, qui jam pinnas acceperat. Ad hos postea- VII quam nuncii Athenienſium Lacedæmonem venerunt, ducentes secum Megarenſium ac Platæenſium legatos,

ephoris

ephoris aditis, ita loquuti sunt, Athenienſes ad hæc nos referenda miſerunt, regem Medorum cum noſtram nobis regionem reddere velle, tum ſocietatem nobiſcum æquis condicionibus inire citra fraudem & dolum, tum aliam regionem noſtræ addere, quam ipſi noſtro arbitrio optaverimus: nos tamen pudore Græci numinis, & pro magno flagitio ducentes prodere Græciam, annuere nolle, ſed recuſare, quamvis injuria affectos à Græcis ac proditos. Qui, etſi non ignoremus conducibilius eſſe nobis ſocietatem inire cum Perſa, quam bellum gerere, tamen ſponte noſtra ſocietatem non inibimus. Et hæc quidem noſtra ſunt quæ in Græcos præ-
2 ſtamus officia. At vos, qui tunc in omnem metum deveneratis ne paciſceremur cum Perſa, poſteaquam compertam habuiſtis ſententiam noſtram, nequaquam prodendi Græciam, & murum quem in Iſthmo inædificabatis abſolviſtis, nullam habetis Athenienſium rationem: & quum conveneritis nobiſcum de occurrendo Perſæ ad Bœotiam, deſertores extitiſtis, pro nihilo ducentes barbarum Atticam eſſe ingreſſum. Itaque vobis Athenienſes in præſens uſque ſuccenſent quod non eſtis officio functi: quod ſupereſt, ut primo quoque tempore nobiſcum copias mittatis jubent: quo barbarum in Attica (quoniam [2] in Bœotia defecimus) excipiamus noſtra in terra ubi campus Thriaſius appoſitiſſimus erit ad dimican-
VIII dum. Hæc ubi accepere ephori, reſponſum in diem poſterum diſtulerunt, poſtero die in alterum: idque in decem dies fecerunt, diem de die extrahentes. Intra quod tempus univerſi Peloponnenſes magno ſtudio incumbentes, Iſthmum muro intercluſere, ad finemq; perduxere. [3] Non auſim dicere hanc fuiſſe cauſam cur iſti tantopere ſoliciti fuerint, quum Alexander Macedo Athenas pergebat, ne Athenienſes Medorum partes ſequerentur: nunc autem nihil aliud curarent quam ut ſibi Iſthmus inædificaretur, putantes non amplius ſe quicquam Athenienſibus indigere. At ſub adventū Alexandri in Atticam, muro quem extruebāt nondū perfecto, Per-
IX ſas vehementer extimeſcebant. Tandē &

"ἔλεγον ταῦτα ἐπελθόντες ἐπὶ τὰς ἔφορους, "Ε-
"πεμψαν ἡμέας Ἀθηναῖοι, λέγοντες ὅτι ἡμῖν
"βασιλεὺς ὁ Μήδων, τοῦτο μὲν, τὴν χώρην
"ἀποδιδοῖ· τοῦτο δ', συμμάχους ἐθέλει ἐπ' ἴσῃ
"τε καὶ ὁμοίῃ ποιήσασθαι, ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπά-
"της. ἐθέλει δὲ καὶ ἄλλην χώρην πρὸς τῇ
"ἡμετέρῃ διδόναι, τὴν ἂν αὐτοὶ ἑλώμεθα.
"ἡμεῖς δ', Δία τε Ἑλλήνιον αἰδεσθέντες, καὶ τὴν
"Ἑλλάδα δεινὸν ποιεύμενοι προδοῦναι, οὐ κα-
"ταινέσαμεν, "ἀλλὰ πάντα τε ἀπειπάμεθα, [ϖ] ἀλλ' ἀπειπά-
"καίπερ ἀδικεόμενοι ὑπ' Ἑλλήνων καὶ κατα- μεθα,
"προδιδόμενοι· ὀπισάμενοί τε ὅτι κερδαλεώ-
"τερόν ἐστι ὁμολογέειν τῷ Πέρσῃ μᾶλλον ἢπερ
"πολεμέειν· οὐ μὲν ἐδὲ ὁμολογήσομεν ἑκόν-
"τες εἶναι. καὶ τὸ μὲν ἡμέτερον οὕτω ἀκίβδηλόν
"ἐὸν νέμεσθαι ὅτι τοὺς Ἕλληνας· ὑμεῖς δ', ἐς
"πᾶσαν ἀρρωδίην τότε ἀπικόμενοι μὴ ὁμολο-
"γήσωμεν τῷ Πέρσῃ, ἐπεὶ τὸ ἐξεμάθετε τὸ
"ἡμέτερον φρόνημα σαφέως, ὅτι ἐδαμῷ προ-
"δώσομεν τὴν Ἑλλάδα, καὶ διότι τεῖχος
"ὑμῖν ἦν τὸ Ἰσθμῷ ἐλαυνόμενον "ἐνέλεσ [ϖ] ἐν τέ-
"θη, καὶ δὴ λόγον ἐδέκα τὴν Ἀθηναίων πιέσ- ειλ
"δε· σωθέντες τε ἡμῖν τὴν Πέρσην ἀνίησθε
"ἐς τὴν Βοιωτίην, προδεδωκότες τε "ἐσβαλόντα ἐς τὴν Ἀττικὴν τὸ βάρβαρον. [ϖ] πρὸς-
"ἐς μὲν νυν τὸ παρεὸν Ἀθηναῖοι ὑμῖν μεμνέ- βαλόντα
"σι. οὐ γὰρ ἐποιήσατε ὀπιπτεύσαντες. νῦν δὲ ὅτι
"τάχιστα στρατιὴν ἅμα ἡμῖν ἐκπέμψαι ὑμέας
"ἐκπέμπειν, ὡς ἂν τὸ βάρβαρον δεκώμεθα
"ἐν τῇ Ἀττικῇ. ἐπειδὴ γὰρ ἡμάρτομεν τῆς
"Βοιωτίης, τῆς γε ἡμετέρης ὀπιπτεύσαντες ὅτι
μαλίστα τὸ Θριάσιον πεδίον. Ὡς δὲ ἄρα
ἄκουσαν οἱ ἔφοροι ταῦτα, ἀνεβάλλοντο ἐς
τὴν ὑστεραίην ὑποκρίνασθαι· τῇ δ' ὑστεραίῃ,
ἐς τὴν ἑτέρην. τοῦτο δὲ καὶ δέκα ἡμέρας
ἐποίεον, ἐξ ἡμέρης ἐς ἡμέρην ἀναβαλλό-
μενοι. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸν Ἰσθ-
μὸν ἐτείχεον, σπουδῇ ἔχοντες πολλὴν πάν-
τες Πελοποννήσιοι· καί σφι ἦν πρὸς τέλεϊ.
ὡς δ' ἔγωγε εἶπα τὸ αἴτιον, διότι ἀπικομένου
μὲν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἐς Ἀθήνας
σπουδὴν μεγάλην ἐποιήσαντο μὴ μηδίσαι Ἀ-
θηναίους, τότε δὲ ὥρην ἐποιήσαντο ἀδεμίην,
ἄλλό γε ἢ ὅπως ὁ Ἰσθμὸς σφι ἐτέλεισται· ὁ
καὶ ἐδόκεον Ἀθηναίων ἔτι δεῖσθαι ἐδέν.
ὅτε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὴν Ἀττι-
κήν, ἔτι ἀπετέλειστο. ἐργάζοντο δέ, μεγάλως
καταρρωδηκότες τοὺς Πέρσας. Τέλος δὲ, τὰ τε

---

1 Jovis Græci, 2 Bœotia fruſtrati ſumus. *id eſt, ſpe confligendi cum hoſte in Bœotia.* 3 Cur autem antea quidem, quum Alexander venit Athenas, tam anxie obſtiterint quominus Athenienſes Medorum partes ſequerentur, tum vero nihil de hac re ſoliciti fuerint, hujus rei cauſam aliam adferre non poſſum quam quod murum Iſthmi extruxerant, ſeque jam Athenienſium opera nil opus habere exiſtimabant: at quum Alexander in Atticam venit, nondum extructus erat, ſed opus hoc promovebant, Perſas vehementer extimeſcentes. Tandem vero & reſponſ. &c. *Valla impoſuit vocabulum ἄλλό γε quod junxit cum proxime præcedentibus verbis, quum ad τὸ αἴτιον ſtratur, hoc modo,* ὡς δ' ἔγωγε εἶπα τὸ αἴτιον ἄλλό γε ἢ ὅτι &c.

ὑποκειμένου

ἐγένετο τοιόνδε· τῇ πρότερον ἢ ὑστάτῃ κατασάσι μέλλοντες ἔσεσθαι, Χίλεως οὐνόματι, ἀνὴρ Τεγεήτης, δυνάμενος ἐν Λακεδαίμονι μέγιστον ξείνων, τῶν ἐφόρων ἕνα ἐπύθετο πάντα λόγον τὸν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι ἔλεγον. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Χίλεως, ἔλεγε, Ἄρα σφι τάδε ὕπω ἔχει, ἄνδρες ἔφοροι· Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων, τῷ δὲ βαρβάρῳ συμμάχων, καίπερ τείχεος ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ ἑλημένου κεραίης. μεγάλας κλισιάδας ἀνεπεπτάσθαι ἐς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ. ἀλλ' ἐσακούσατε πρίν τι ἄλλο Ἀθηναίοισι δόξαι σφάλμα τῇ Ἑλλάδι φέρον. Ὁ μὲν σφι ταῦτα συνεβούλευε· οἱ δὲ, ἐν φρενὶ λαβόντες τὸν λόγον, αὐτίκα φεύσαντες ἐδίδοσαν τοῖσι ἀγγέλοισι τοῖσι ἀπεγμένοισι ἀπὸ τῆς πολίων, νυκτὸς ἔτι ἐκπέμπουσι πεντακισχιλίους Σπαρτιητέων, τοῖσι ἑπτὰ μὲν ἕκαστον τάξαντες τῶν εἰλωτέων, Παυσανίῃ τῷ Κλεομβρότου ἐπιτάξαντες ἡγήσασθαι. ἐγίνετο μὲν ἡ ἡγεμονίη Πλεισάρχου τοῦ Λεωνίδεω. ἀλλ' ὁ μὲν, ἦν ἔτι παῖς, ὁ δὲ, τούτου ἀδελφεός τε καὶ ἀνεψιός. Κλεόμβροτος γὰρ ὁ Παυσανίεω μὲν πατὴρ, Ἀναξανδρίδεω δὲ παῖς, ἐκέτι ἐόντα, ἀλλὰ ἀπαγαγὼν ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ τὸν στρατὸν ἔθυε τὸ τεῖχος διώμασαν, μετὰ ταῦτα οὐ πολλὸν χρόνον τινὰ βιοὺς ἀπέθανε. ἀπῆγε δὲ τὸν στρατὸν ὁ Κλεόμβροτος ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ διὰ τόδε· δυομένῳ οἱ δὴ τῷ Πέρσῃ, ὁ * ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ. προεπαιρέεται δὲ ἑωυτῷ Παυσανίης Εὐρυάνακτα τὸν Δωρίεος, ἀνδρα οἰκίης ἐόντα τῆς αὐτῆς, οἱ μὲν δὴ σὺν Παυσανίῃ ἐξεληλύθεσαν ἔξω Σπάρτης. Οἱ δὲ ἄγγελοι, ὡς ἡμέρη ἐγεγόνεε, ἐλθόντες πρὸς τὴν ἐξόδου, ἐπύθοντο τοὺς ἐφόρους, ἐν νόῳ δὴ ἔχοντες ἀπαλλάσσεσθαι καὶ αὐτοὶ δὴ τὰ ἑωυτῶν ἔχοντες· ἐπειδὴ δὲ ἔμαθον, ἔλεγον τάδε, Ὑμεῖς μὲν ὦ Λακεδαιμόνιοι αὐτοῦ τῆσδε μοῦνοντες, Ὑακινθιά τε ἄγετε καὶ παίζετε, καταπροδόντες τοὺς συμμάχους· Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ἀδικεόμενοι ὑπὸ ὑμέων, χρήσονται τε συμμάχων, καταλύσοντα τῷ Πέρσῃ ὅτῳ ὅκως ἂν δυνῶνται. καταλυσάμενοι δὲ, δῆλα δὴ ὅτι σύμμαχοι βασιλῆϊ ἐσόμεθα, συστρατευσόμεθα δὴ τοῦ ἂν ἐκεῖνοι ἡγήσωνται· ὑμεῖς δὲ τὸ ἀνθ' ὅτου μαθόντες ὀκοῖον ἄν τι ὑμῖν ἐξ αὐτοῦ σκεδάσῃ. ταῦτα λεγόντων τῶν ἀγγέλων, οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπ' ὄρκου, καὶ δὴ δοκέειν σφι ἐν Ὀρεσείῳ στείχοντας ἔθη τοὺς ξείνους. ξείνους γὰρ καλέουσι τοὺς βαρβάρους. οἱ δὲ, ὡς οὐκ εἰδότες, ἐπρώτευον τὸ λεγόμενον ἐπειρόμενοι δὲ, ἔμαθον πᾶν τὸ ἐόν. ὥστε ἐν θωύματι γενόμενοι, ἐπορεύοντο τὴν ταχίστην

326

responsum & exitus Spartiatarum fuit hujusmodi: Pridie quàm jam ultimum concilium fieret, vir Tegeata nomine Chileus, apud Lacedæmonios maximæ inter hospites potentiæ, quum audisset ab ephoris omnia quæ Athenienses dixissent, his verbis eos alloquutus est, Ita se habet, viri ephori: si Athenienses non sentiunt nobiscum, sed cum barbaro, quamvis valido muro sit Isthmus inædificatus, tamen magnæ fores patefactæ sunt barbaro in Peloponnesum. Quare prius eos audiatis quam aliquid decernant quod cladem Græciæ adferat. Hoc Chileus consilium dedit. quod X in animum admittentes ephori, confestim nihil colloquuti cum nunciis qui à civitatibus venerant, quinque millia Spartiatarum quum adhuc nox esset 1 dimiserunt, præposito eis Pausania Cleombroti filio. Quæ præfectura erat quidem Pliſtarchi Leonida geniti: sed quum is puer esset, Pausanias præfectus est, qui ejus patruelis erat & idem tutor. nam Cleombrotus Anaxandridæ filius, pater Pausaniæ, jam non supererat, non diu pòst quàm copias quæ murum extruebant in Isthmo, reduxerat, vita functus. Reduxerat autem ab Isthmo copias Cleombrotus ob eam causam quod sibi inter sacrificandum adversus Persam sol in cælo obscuratus esset. Elegit autem Pausanias sibi collegam Euryanactem Doris filium, suum gentilem. His copiis è Sparta cum Pausania XI profectis, nuncii de illarum profectione ignari, ubi dies illuxit, ephoros adeunt, habentes in animo abire in suam quique civitatem. Ubi adierunt, ita verba fecere, Vos quidem Lacedæmonii desidentes hic Hyacinthia agitis, ac luditis, sociis proditis: Athenienses vero, ut à vobis læsi, & ob penuriam sociorum, ita ut poterunt cum Persa transigent. Soluta autem societate vobiscum, palam est nos, quum regis fuerimus socii, militiæ comites futuros in quamcunque regionem nos illi educent. Inde vos discetis quidnam vobis ex ea re sit eventurum. Hæc loquutis nunciis Ephori jurejurando interposito dixere suas se copias putare in Orestio esse, tendentes adversum peregrinos. Peregrinos enim barbaros appellabant. Hoc illis non intelligentibus, quid diceretur scisciabantur. Sciscitati, & rem omnem edocti atq; stupefacti, quamcelerrime abiere ad illos

1 Emiserunt, septenis helotibus circa unumquemq; collocatis. *Quæ verba à Valla hic omissa, repetuntur infra cap. 29.* * *De hac eclipsi quid dixerit Calvitius, Vide* Olymplad. 75.

ad illos insequendos, & cum iis quinq; millia finitimorum Lacedæmoniorum
XII delecta. His Isthmum versus ire maturantibus, Argivi, ubi primum audiere copias è Sparta cum Pausania profectas, præconem, quem optimum è diurnis cursoribus invenerunt, in Atticam mittunt ad Mardonium: qui videlicet antea receperant se futuros impedimento quominus Spartiata egrederetur. Præco ubi Athenas pervenit, Mardoni, inquit, miserunt me Argivi nunciatum tibi juventutem è Lacedæmone esse progressam, seque ne illa progrederetur præstare nequisse. Ad hæc tu bonum consilium adhibe. Hoc ille loquutus [illegible]tro abs-
XIII cessit. Quo audito Mardonius jam non fidebat amplius perstare in Attica: ubi ideo hactenus immoratus fuerat quod audire cuperet ac scire quid ab Athenienſibus ageretur, neque populans neque lædens Atticum agrum, assidue sperans fore ut secum illi pacisc erentur. Quod ubi desperavit, re comperta, priusquam Pausanias cum copiis Isthmum egrederetur, subduxit exercitum, incensis Athenis, & siquid aut murorum aut ædium privatarum sacrarumque extabat, eo omni diruto atque obruto. Ideo autem excedendum sibi putavit, quod neque adequitabilis esset Attica regio, neque, si ipse male pugnasset, evadi poterat nisi per angustias, ubi à paucis transitu prohiberi posset. Statuit igitur recedere illinc Thebas, tum civitatem amicam, tum regionem equitibus opportunam. Profecto illinc Mardonio & jam
XIV iter facienti perfertur nuncius properans, alium exercitum mille Lacedæmoniorum Megara iter habere. Eo audito consultabat siquo pacto hos primum posset excipere. Itaque conversum exercitum ducebat Magara, præmisso equitatu qui omnem oram Megaridem incursaret. Huc usque Europæ ad solem occidentem versus longissime processit hæc Persica expeditio. ¶ Post hæc nuncius
XV ad Mardonium venit, Græcos in Isthmo coactos esse: atque ita retrocessit per Deceleam. Magistratus enim Thebani accolas Asopiorum accersierant, qui Mardonium in Sphendaleas & illinc in Tanagram duces itineris deduxerunt. In Tanagra noctem moratus Mardonius, postero die in agri Thebani Scolon transversis tramitibus pervenit. Ibi Thebanorum rura, tametsi Medicas partes foventium, vastavit: non illorum odio, sed ingenti necessitate

διώκοντες. σὺν δὲ σφι, τῆς ἐξοπίσω Λακεδαιμονίων λογάδες πεντακισχίλιοι ὁπλῖται τοῦτο τὸ ἐπίεον. Οἱ μὲν δὴ ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἤπειγοντο· Ἀργεῖοι δέ, ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθοντο τὸν μετὰ Παυσανίεω ἐξεληλυθότας ἐκ Σπάρτης, πέμπουσι κήρυκα, τῆς ἡμεροδρόμων ἀνδρόντες τὸν ἄριστον, ἐς τὰς Ἀθήνας, πρότερον αὐτοὶ Μαρδονίῳ ὑποδεξάμενοι χρήσειν τὸν Σπαρτιήτεω μὴ ἐξιέναι. ὡς δὲ ἐπεί τε ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἔλεγε τάδε, "Μαρδόνιε, ἔπεμψάν με Ἀργεῖοι φράσοντά "τοι ὅτι ἐκ Λακεδαίμονος ἐξελήλυθε ἡ νεό- "της, τὴν ὡς οὐ δυνατοὶ αὐτοὺς ἔσχειν εἰσὶ Ἀρ- "γεῖοι μὴ οὐκ ἐξιέναι. πρὸς ταῦτα τύχαν δὸς βουλόμενος. ὁ μὲν δὴ, εἰπὰς ταῦτα, ἀπαλλάσσετο ὀπίσω. Μαρδόνιος δὲ ἐδάμως ἔτι πρόσθεν ἔα μένειν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς ἤκουσε ταῦτα. πρὶν μὲν νυν πυθέσθαι, ἀνεκώχευε, θέλων εἰδέναι τὸ παρ' Ἀθηναίων, οἰκηΐοντι ποιήσουσι· τὴν ὅτε ἐπέμενε ἔτι ἐσίνετο γῆν τὴν Ἀττικὴν, ἐλπίζων ἀεὶ παντὸς τοῦ χρόνου ὁμολογήσειν σφέας· ἐπεὶ δὲ ἐκ ἐπείθε, πυθόμενος τὸν πάντα λόγον, πρὶν ἢ τὸν μετὰ Παυσανίεω ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἐμβαλεῖν, ὑπεξεχώρεε· ἐμπρήσας τε τὰς Ἀθήνας, καὶ εἴ τι ὀρθὸν ἦν τῆς τειχέων ἢ τῆς οἰκημάτων, ἢ τῆς ἱρῶν, πάντα καταβαλὼν καὶ συγχώσας, ἐξέλαυνε τῆσδε εἵνεκα· ὅτι ἔτε ἱππασίμη ἡ χώρη ἦν ἡ Ἀττική, ἅτε τοιχῶτο συμβαλὼν, ἀπάλλαξις ἐκ ἦν, ὅτι μὴ κατὰ στεινόν· ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἔχειν. ἐβουλόμενο ὦν, ἐπαναχωρήσας ἐς τὰς Θήβας, συμβαλέειν πρὸς πόλι τε φιλίῃ, καὶ χώρῃ ἱππασίμῃ. Μαρδόνιος μὲν δὴ ὕτω ὑπεξεχώρεε. ἤδη δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἐόντι αὐτῷ ἦλθε ἀγγελίη πρόσθεν, ἄλλως στρατιὴν ἥκειν ἐς Μέγαρα, Λακεδαιμονίων χιλίους. πυθόμενος δὲ ταῦτα, ἐβουλεύετο, θέλων, εἰκὰς τούτους πρώτους ἔλοι. ὑποστρέψας δὲ ἐπὶ στρατιὴν ἦγε ὅθι τὰ Μέγαρα· ἡ δὲ ἵππος προσελθοῦσα κατεπάσατο χώρην τὴν Μεγαρίδα. ἐς ταύτην δὴ ἐκάστοτε τῆς Εὐρώπης τὸ πρὸς ἥλιον φοιτῶντος ἦν Περσικὴ αὕτη στρατιὴ ἀπίκετο. Μετὰ δὲ ταῦτα, Μαρδονίῳ ἦκε ἀγγελίη ὡς ἁλέες εἵποιεν οἱ Ἕλληνες ἐν τῷ Ἰσθμῷ. ὕτω δὴ ὀπίσω ἐπορεύετο διὰ Δεκελείης. οἱ γὰρ βοιωτάρχαι μετεπέμψαντο τοὺς προσχώρους τῆς Ἀσωπίου. ὕτοι δὲ αὐτὸν τὴν ὁδὸν ἡγέοντο ἐς Σφενδαλέας· ἐνθεῦτεν δὲ, ἐς Τάναγραν. ἐν Ταναγρῃ δὲ νύκτα ἀναπαυσάμενος, καὶ στρατόπεδον ἐς Κῶλον, ἐν γῇ τῇ Θηβαίων ἦν. ἐνθαῦτα δὲ τῶν Θηβαίων, καὶ περ μηδίζοντων, ἔκειρε τοὺς χώρους, ὅτι κατὰ ἔχθος ἐποίεε τὸ σφέτερον, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μεγάλης

327
ἵππασιμος.

τῷ στρατῷ ἐχόμενος· βουλόμενος ἔρυμά τε τῷ στρατοπέδῳ ποιήσασθαι, καὶ ἅμα ἐκβαίνῃ οἱ μὴ ἐπιτήδειον τι ἐθέλειν, κρησφύγετον τοῦτο ἐποιέετο. παρῆκε δὲ αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθραίων τῶν πρὸς Ὑσιὰς. κατέτεινε δὲ ἐς τὴν Πλαταιίδα γῆν, τῷ τε πρὸς τὴν Ἀσωπὸν ποταμὸν τεταγμένον. οὐ μέντοι τό γε τεῖχος ποιεῦντο ἐπιέετο, ἀλλ' ὡς ὅτι δέκα σταδίους μάλιστά κη μέτωπον ἕκαστον. ἐκάλεσε δὲ τὸν τῶν βαρβάρων, Ἀτταγῖνος ὁ Φρυώνου, ἀνὴρ Θηβαῖος, ξεινίσασθαί μιν μεγάλως, καὶ καλέσας ὅτι ξείνια αὐτόν τε Μαρδόνιον καὶ πεντήκοντα Περσέων τοὺς λογιμωτάτους· κληθέντες δὲ ὕστερον ἔπινον. ἦν δὲ τὸ δεῖπνον ποιεύμενον ἐν Θήβῃσι. τάδε ἤδη τὰ ὀπίλοιπα ἦκουον Θερσάνδρου, ἀνδρὸς μὲν Ὀρχομενίου, λογίμου δὲ ἐς τὰ πρῶτα ἐν Ὀρχομενῷ. ἔφη δὲ ὁ Θέρσανδρος κληθῆναι καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀτταγίνου ὅτι τὸ δεῖπνον τοῦτο· κληθῆναι δὲ καὶ Θηβαίων ἄνδρας πεντήκοντα, καὶ σφέων οὐ χωρὶς ἑκατέρους κλίναι, ἀλλὰ Πέρσην τε καὶ Θηβαῖον ἐν κλίνῃ ἑκάστῃ, ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἔσαν, ἐρωτᾶν τὸν Πέρσην τὸν ὁμόκλινον, Ἑλλάδα γλῶσσαν ἱέντα, εἰρέσθαι αὐτὸν ὁπόθεν εἴη, εἰρομένου δὲ αὐτὸν ἀποκρίνασθαι ὡς εἴη Ὀρχομένιος. τὸν δὲ εἰπεῖν, Ἐπεὶ νῦν ὁμοτράπεζός τέ μοι καὶ ὁμόσπονδος ἐγένεο, μνημόσυνά τι γνώμης τῆς ἐμῆς καταλιπέσθαι θέλω· ἵνα καὶ περιεδὼν αὐτὸς σεωυτοῦ βουλεύσῃ ἔχεσθαι τῶν συμφερόντων. ὁρᾷς τούτους τοὺς δαινυμένους Πέρσας, καὶ τὸν στρατὸν τὸν ἐλίπομεν ὅτι τῷ ποταμῷ στρατοπεδευόμενον; τούτων πάντων ὀψέαι, ὀλίγου τινὸς χρόνου διελθόντος, ὀλίγους τινὰς τοὺς σωιζομένους. ταῦτα ἅμα τε τὸν Πέρσην λέγειν, καὶ μετιέναι πολλὰ τῶν δακρύων. αὐτὸν δὲ θωυμάσαι τὸν λόγον, εἰπεῖν πρὸς αὐτόν, Οὐκῶν Μαρδονίῳ τε ταῦτα χρεὼν ἐστὶ λέγειν, καὶ τοῖσι μετ' ἐκεῖνον ἐν ἀρχῇ ἐοῦσι Περσέων. τὸν δὲ μιν ταῦτα εἰπεῖν, Ξεῖνε, ὅ, τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδείς. ταῦτα δὲ Περσέων συχνοὶ ἐπιστάμενοι, ἑπόμεθα ἀναγκαίην ἐοῦσαν δεδεμένοι. ἐχθίστη δὲ ὁδυνέων ἐστὶ τῷ ἐν ἀνθρώποισι αὐτῇ, πολλὰ φρονέοντα, μηδενὸς κρατέειν. ταῦτα μὲν τῷ Ὀρχομενίῳ Θερσάνδρῳ ἤκουον· καὶ τάδε πρὸς τούτοισι, ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγοι ταῦτα πρὸς ἀνθρώπους πρότερον ἢ γενέσθαι ἐν Πλαταιῇσι τὴν μάχην. Μαρδονίου δὲ ἐν τῇ Βοιωτίῃ στρατοπεδευομένου, οἱ μὲν ἄλλοι παρείχοντο ἅπαντες στρατιὴν, καὶ συνεσέβαλον ἐς Ἀθήνας, ὅσοιπερ ἐμήδιζον Ἑλλήνων τῷ ταύτῃ οἰκημένων·

adactus: quod vellet cum castra communire, tum, si sibi in acie non cederet ex sententia, effugium comparare. Exporrexit autem castra sua ab Erythræis, secundum Hysias, Platæensi tenus agro, juxta flumen Asopum: muro communiens, sed non pro magnitudine castrorum, verum per singulas frontes dena stadia habente. Hoc in opere barbaris occupatis Attiginus Phrynonis filius vir Thebanus convivio magnifice apparato Mardonium ipsum & Persarum honoratissimos quinquaginta invitavit, fiebat autem cœna Thebis, invitati illi hominem sunt sequuti. Cætera quæ referam, ex Therſandro accepi, viro quidem Orchomenio [redacted] Orchomeni inter primos honesto: qui se quoque aiebat ad hanc cœnam ab Attagino invitatum cum quinquaginta Thebanis: nec utrosque seorsum discubuisse, sed [1] in singulis lectis alternos Persam & Thebanum. Secundum cœnam quum potioni daretur opera, Persam qui eodem toro recumbebat, Græce ipsum interrogasse cujas esset: se vero respondisse Orchomenium esse: tum illum dixisse, Quoniam tu mihi mensæ consors & libaminum effectus es, volo tibi relinquere sententiæ meæ monumentum, ut ipse quoq; præscius hujus rei, queas tibi consulere. Cernis hos Persas in convivium acceptos, & copias quæ ad flumen in castris relictæ sunt? horum omnium parvo post tempore pauculos cernes superstites. Et inter dicendum multas lacrymas Persam effudisse. Admiratumque se eam orationem, ad illum dixisse, Nonne hæc Mardonio expedit dicere, & iis Persis qui secundum eum in honore sunt? Et illum subjecisse, Hospes, quicquid ex deo fieri oportet, id homini inevitabile est. nam ne credibilia quidem dicentibus credere quisquam vult. Atq; hæc permulti Persarum quum sciamus, tamen Mardonium sequimur illigati necessitate. Est autem hoc in hominibus acerbissimum, Eum qui multum sapit, [2] minime potentem esse. Hæc ego ex Orchomenio Therſandro audiebam, atq; adeo ipsum hæc statim aliis enarrasse priusquam prœlium ad Platæas factum est. Porro Mardonio in Bœotia stativa habenti, præbuerunt copias cæteri circà Græci, qui cum Medis sentiebant, [3] & ad Athenas congregati sunt,

XVI

XVII

---

1 In singulis binos, Pers. 2 Nihil in potestate habere. *Id est, Eum qui sapientia magna præditus sit, vel, prudentia, non habere res ullas in potestate, sed cogi ad res eas à quibus alioqui cum sua prudentia deberetur. Alium sensum ex tempore elicere ex hoc loco non potui.* 3 Et una cum eo adversus Athenas moverunt, *&c.*

præter Phocenſes. nam & iſti vehementer partibus Medorum ſtudebant, non tamen voluntarii, ſed coacti. Sed iidem non multis poſt diebus quam Thebas itum eſt, & ipſi advenere, mille armati, duce Harmocyde inter populares ſpectatiſſimo. Eos Mardonius, ubi Thebas pervenere, miſſis equitibus juſſit ſeorſum in campo ſublidere: quod quum feciſſent, protinus adfuit univerſus equitatus. Unde poſtea rumor exercitum Græcorum qui cum Medis erant, pervaſit. Phocenſes ab equitatu jaculis confoſſum iri, quinetiam per ipſos Phocenſes idem divulgatum eſt. quos tunc dux ſuus Harmocydis his verbis adhortabatur, O Phocenſes, palam eſt hos homines certæ nos neci deſtinaſſe, accuſatos (ut opinor) à Theſſalis. Quare unumquenque veſtrum oportet egregium virum eſſe, potius quam dedentes nos fœdiſſima morte trucidari. Ipſi quoque intelligant ſe barbaros eſſe inter Græcos, quibus mortem [1] intulerunt. His ſuos Harmocydes hortabatur. Quos ubi concluſere equites, invehebantur tanquam ad eos occidendos, telis intentis, veluti emiſſuri: nonnullique emiſerunt. Phocenſes ex adverſo ſtantes facto orbe quoquo verſus quum ſeſe opponerent, ibi equites digreſſi retro abiere. [2] Incertum an ad hos interficiendos rogatu Theſſalorum ierint equites: & poſteaquam animadverterunt eos ad defendendum ſe convertere, veriti ne ipſi vulnerarentur, ita retro abſceſſerint, tanquam à Mardonio juſſi: an experiri voluerint num quid iſti præſtantiæ haberent. Poſt abſceſſum autem equitatus, miſſo ad eos præcone, Mardonius ita inquit, Bono eſtote Phocenſes animo: viros enim ſtrenuos vos eſſe dediſtis ſpecimen, non tales quales ego audieram. Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum. Non enim aut me beneficiis aut regem vincetis. Hactenus quæ circa Phocenſes ſunt geſta. ¶ Lacedæmonii ubi ad Iſthmum venere, illic caſtra communiere. Quod quum audirent cæteri Peloponnenſes, utique ii quibus meliora cordi erant, cernerentque Spartiatas egredi volentes, indignum ſe putaverunt à Lacedæmoniis ſe in exeundo ſuperari. itaque quum pulchre litatum eſſet, cuncti ex Iſthmo profecti ſunt & in Eleuſinem pervenerunt: ubi quum pulchra etiam fuiſſent exta, ire perrexerunt.

329 τεσσερήκοντα λοχάδες, τῶν ἐλοχήγεε Ὀλυμπιόδωρος ὁ Λάμπωνος. Οὗτοι ἦσαν οἵ τε ὑποδεξάμενοι, καὶ οἱ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν παρεόντων Ἑλλήνων ἐς Ἐρυθρὰς ταχθέντες, τὰς τοξότας προσελόμενοι. μαχομένων δὲ σφέων ὀλίγον χρόνον, τὰ δὴ τοιόνδε ἐγίνετο τῆς μάχης· προσβαλέσης τῆς ἵππου καὶ τέλεα, ὁ Μασίστιος προέχων τῶν ἄλλων ἵππος βάλλεται τοξεύματι τὰ πλευρὰ· ἀλγήσας δὲ, ἵστατο ὀρθὸς, καὶ ἀπεσείετο τὸν Μασίστιον. πεσόντι δὲ αὐτῷ οἱ Ἀθηναῖοι αὐτίκα ἐπεκέατο· τὸν δὲ ἵππον αὐτοῦ λαμβάνουσι, καὶ αὐτὸν ἀμυνόμενον κτείνουσι, καὶ ἀρχὰς οὐ δυνάμενοι. ἐτεθώρηκτο γὰρ ὑπὸ τὸν θώρηκα εἰχε χρύσεον λεπιδωτόν· καὶ τύπτουσι δὲ τοῦ θώρηκος, κυβώνα φοινίκεον ἐτεδεδύκεε. τύπτοντες δὲ ἐς τὸν θώρηκα αὐτοῦ, ἐποίεον οὐδέν. περιῆλθε δή μαθών τις τὸ ποιεύμενον, παίει μιν ἐς τὸν ὀφθαλμόν· καὶ τῷ δὴ ἔπεσέ τε καὶ ἀπέθανε· ταῦτα δὲ κου γινόμενα ἐλελήθεε τοὺς ἄλλους ἱππέας. οὔτε γὰρ

Quibus Athenienſes è Salamine tranſmittentes, in Eleuſine admixti ſunt. Iſti poſteaquam ad Erythras Bœotiæ venere, cognito barbaros ad Aſopum caſtra habere, inito de hac re conſilio, eregione tetenderunt ſub Citharonis radicibus. In quos Mardo- XX
nius, quod in campum non deſcenderent, omnem immittit equitatum, cui præerat Maſiſtius (à Græcis Maciſius dictus) vir apud Perſas inclytus. Niſæo equo inſidens, aureo freno & aliis inſignibus eximie ornato. Equites ubi promovere ad Græcos, per turmas egreſſi, multum detrimenti inferebant, fœminas eos appellando. Erant XXI
forte Megarenſes ea parte collocati qua nulla alia magis oppugnari nullaque magis ab equis adiri poterat: hâc, impreſſione facta equitum, Megarenſes quia premebantur, mittunt ad duces Græcorum præconem, qui ita, quum venit, verba fecit, Megarenſes aiunt, viri ſocii, Nos ſoli excipiendis hoſtibus impares ſumus, qui tenemus eandem in qua collocati ſumus à principio ſtationem: ubi hactenus tametſi ægre, tamen ſtrenue fortiterque reſiſtimus. nunc niſi alios nobis ſubſtituatis, ſcitote nos ab acie diſceſſuros. Hæc ubi præco renunciavit, Pauſanias experiri fecit Græcos, ſiqui alii ultro ad locum irent, ut Megarenſibus ſuccederent. Recuſantibus cæteris, Athenienſes ſuſcepere hoc munus, videlicet eorum trecenti delecti, quibus præerat Olympiodorus Lamponis filius. Hi fuere qui præ om- XXII
nibus Græcis ad Erythras caſtra habentibus inſtructi ſucceſſere, ſagittariis ſibi aſſumptis. qui quum aliquandiu pugnaſſent, hic fuit pugnæ exitus: Impreſſionem faciente per turmas equitatu, equus Maſiſtii, ut erat præ aliis eminens, ſagitta per latus ictus eſt: quo dolore in pedes erectus, Maſiſtium excuſſit. Collapſum confeſtim Athenienſes circumſiſtunt: equoque prehenſo, hominem ſeſe defenſantem interimunt, quum aliquamdiu non potuiſſent. Ita enim erat armatus: ſcilicet intus gerebat thoracem aureis ſquamis conſertum, deſuper phœniceum paludamentum. [1] Ejus thoracem quum ferirent, non prius aliquid profecerunt quam quidam re animadverſa illum percuſſit in oculo. Ita Maſiſtius collapſus interiit. Hæc autem res latebat alios equites. non enim

Μακίστιον

1 Ejus autem thoracem percutientes, nihil proficiebant: donec quidam re animadverſa &c. *Id eſt, Sed quidam tandem re animadverſa &c.*

eum

cum aut ab equo cadentem viderant aut occumbentem. ac ne tum quidem quum se recipiebant, quod actum erat cognovere: sed postquam constitere, quia nemo ipsis imperabat, statim desideraverunt ducem: cognitoque quod gestum erat, mutuo se adhortati, omnes in hostem equos admisere, ut mortuum
XXIII eriperent. Eos autem conspicati non jam turmatim sed universos pariter irruere, cæterum exercitum inclamaverunt. Sed dum omnis peditatus auxilio veniebat, interea cietur acre prœlium de cadavere. at ubi præsidio venere copiæ, non amplius perstitere equites: ita nec mortuum eripere potuerunt, sed alios [1] super illum è suis amisere. Digressi illinc duo circiter stadia, consultantes quid facto opus esset, decrevere sibi carentibus
XXIV præfecto eundum ad Mardonium. Ubi in castra rediere, ingens luctus cum omnem exercitum, tum vero Mardonium cepit, extincti Masistii, viri secundum Mardonium honoratissimi tam apud Persas quam apud regem: ita ut ejulatus eorum omnem Boeotiam pervaserit, & seipsos & equos & jumenta totonderint. Et barbari quidem suo more Ma-
XXV sistium defunctum honorabant. Græci autem, postquam equitatum invadentium excepere, & exceptum repulere, multo sunt audaciores effecti, & ante omnia cadaver plaustro impositum per stationes circumtulerunt. erat autem spectaculo digna proceritatis ac formæ gratia. Quod ideo faciebant quia cuncti relictis stationibus ad intuendum Masistium pergebant. Dehinc censuerunt ad Plataeas descendendum, quod sibi Platæensis ager multo esset opportunior habendis castris quam Erythræus, cum propter alia, tum propter aquandi commoditatem. Ubi visum est in eum locum & ad fontem Gargaphium, qui ibidem est, satius abire, & dispositis stationibus illic habere castra, sumptis armis abierunt per radices Cithæronis secundum Hysias in agrum Platæensem. Eo quum pervenere: stationes nationatim communierunt, proxime fontem Gargaphium, & fanum Androcratis herois, per non editos tumulos & locum planum.
XXVI ¶ Ibi in distinguendis nationibus magna sane altercatio extitit inter Tegeatas & Athenienses, utrosq; se dignos qui alterum cornu tenerent arbitrantes: & sua

πεσόντα μὴν εἶδεν ἀπὸ τοῦ ἵππου, ἢ τε ἀπεθνήσκοντα. ἀναχωρησίος τε γινομένης καὶ ἐκ τοῦ ἐφανεροῦ, ἐκ ἐμάνδαν τὸ γινόμενον· ἐπεί τε ἔστησαν, αὐτίκα ἐπέθεντο, ὡς σφέας οὐδεὶς ἔτι ἐπιτάσσων. μαθόντες δὲ τὸ γεγονὸς, ἀγανακτήσαντες, ἤλαυνον τοὺς ἵππους πάντες, ὡς ἂν τὸν νεκρὸν ἀνελοίατο. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ὑπερ καιρὸν τέλεα προεξελαύνοντας τοὺς ἱππέας, ἀλλὰ πάντας, τοῖσι ἄλλοισι ξυμβοηθέουσι ἐπεβώσαντο. ἐν ᾧ δὲ πᾶς ὁ πεζὸς ἅπας ἐπεβοήθεε, ἐν τούτῳ μάχη ὀξέα καὶ περὶ τῷ νεκρῷ ἐγίνετο. ἐως μὲν νυν μουνωθέωσαν οἱ τεταγμένοι ἐοντοῦ τι πολλὸν, καὶ τὸν νεκρὸν ἀπέλιπον· ὡς δὲ σφι τὸ πλῆθος ἐπεβοήθησε, οὕτω δὴ ἐκ ἐπὶ σὶ ἵππους ἐπέμενον, ἀδέσφι ἐξεχώρεε τὸν νεκρὸν ἀνελέσθαι, ἀλλὰ περὶ ἐκείνῳ ἄλλους προσαπώλεσαν τοὺς ἱππέων. ἀπιστήσαντες ὦν ὅσον τε δύο σταδίους ἐβουλεύοντο ὅ, τι χρεὼν εἴη ποιέειν· ἔδοξέ σφι, ἀναρχίης ἐούσης, ἀπελαύνειν παρὰ Μαρδόνιον. Ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον, πένθος ἐπέσχετο Μασίστιον πᾶσί τε ἠπείρου καὶ Μαρδονίῳ μέγιστον· σφέας τε ἀντὸς κείροντες, καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, οἰμωγῇ τε χρεώμενοι ἀπλέτῳ. ἄχεσαν γὰρ τὸν Βοιωτίδα καὶ πεζὴν ἠπείρου, ὡς ἀγαθοὺς ἀπολομένους μετὰ γε Μαρδονίου λογιμωτάτους καὶ τε Περσέων καὶ βασιλέι. οἱ μὲν νυν βάρβαροι τοιούτῳ τρόπῳ ἀποθανόντα ἐτίμων Μασίστιον. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς τὸν ἵππον ἐδέξαντο περιβάλλουσαν, καὶ δεξάμενοι ὠσαντο, θαρρήσαντί τε πολλῷ μᾶλλον· καὶ πρῶτα μὲν ἐς ἄμαξαν ἐσθέντες τὸν νεκρὸν, ἅμα τοῖσι τάξις ἐκόμιζον· ὁ δὲ νεκρὸς ἦν ἐν ἀσπίδι, μεγάθεϊ εὐνεκα, καὶ κάλλεϊ, τῷ δὲ εὔνεκα καὶ τοῦτο ἐποίεε, ἐκλείπων τοὺς τάξις, καὶ ἐφοίτων θεησόμενος Μασίστιον. μετὰ δὲ, ἔδοξέ σφι ὁπλισαμένοισι ἰέναι ἐς Πλαταιάς. ὁ γὰρ χῶρος ἐφάνη τοῖσι πολλῷ εὖν ὁπλιτοδρομώτερός σφι ἐς τὰ στρατόπεδα εἶναι ὁ Πλατιϊκὸς τοῦ Ἐρυθραίου, καὶ τἄλλα, καὶ διὰ ὑδρηλοῦ. ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον, καὶ ὅτε τὸν κρηνίδιον τὸν Γαργαφίην, τὸν ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ ἐόντα, ἔδοξέ σφι χρεὼν εἶναι ἀπικέσθαι, καὶ ἀφικομένοισι ξυνετιθέατο. ἀναλαβόντες δὲ τὰ ὅπλα, ἦισαν ἀπὸ τῆς [2] καταιβατικῆς τοῦ Κιθαιρῶνος. πρὸς Ὑσιὰς ἐς τὸν Πλαταιϊκὸν χῶρον ἀπικόμενοι δὲ, ἐτάσσοντο κατ' ἔθνεα, πλησιον τῆς τε κρηνίδος τῆς Γαργαφίης, καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος, οὐκ ὄχθων τε ἐκ ὑψηλῶν, καὶ

ἀσπίδα [3] χωρίς. Ἐνθαῦτα δὴ τῇ τάξει ἐγίνετο λόγων πολλῶν ὠνήσιος Τεγεητέων τε καὶ Ἀθηναίων. ἐδικαίευν γὰρ [4] αὐτέων ἑκάτεροι ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, καὶ

[1] Præter illum

[2] καταιβατικῆς τοῦ Κιθαιρῶνος παρὰ

[3] χώρις

[4] αὐτοὶ

καινὰ ἢ παλαιὰ ἀξιαφέροντες ἔργα. τοῦτο
μὲν οἱ Τεγεῆται ἔλεγον τάδε, Ἡμεῖς αἰεί
κοτε ἀξιούμεθα τούτου τοῦ φόρου ἐκ πάν-
των συμμάχων ἀπάντων, ὅσαι ἥδη ἔξοδοι κοι-
ναὶ ἐγίνοντο Πελοποννησίοισι ἢ τὸ παλαιὸν
ἢ τὸ νέον, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεὶ Ἡρα-
330 κλεῖδαι ἐπειρῶντο μετὰ τὸν Εὐρυσθέος θά-
νατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον. τότε δὴ
ῥόμεθα τοῦτο, ἀγαθὸν πρῆγμα τοιόνδε, ἐπεὶ
μετ' Ἀχαιῶν καὶ Ἰώνων πάντων τότε ἐόντων ἐν
Πελοποννήσῳ, ἐκβοηθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν,
ἱζόμεθα ἀντίοι τοῖσι κατιοῦσι. τότε ὦν λό-
γου Ὕλλον ἀναῤῥώσαντος, ὡς χρεὸν εἴη τὸν
μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ μὴ ἀνακινδυνεύ-
ειν συμβαλόντα· ἐπὶ ᾧ τῷ Πελοποννησίου
στρατοπέδου, τὸν ἂν φρέων ἀυτέων κέλευσι
ἄριστον, τοῦτον οἱ μουνομαχῆσαι ὑπὲρ
ἁπάντων ἀκειμένοισι. ἐξελέξατό τε τοῖσι Πελοποννησί-
οισι τοῦτο εἰ μὴ πιστέα, καὶ ἑωυτὸν ὥρμιον ὑπὲ-
λόγῳ τοιῷδε· καὶ μὲν Ὕλλου νικήσαντος τὸν Πελο-
ποννησίων ἡγεμόνα, κατιέναι Ἡρακλείδας ἐπὶ
τοῦ πάτρῳα· καὶ ἢν νικηθῇ τοῦ ἐμπαλιν Ἡρα-
κλείδας ἀπαλλάσσειν, καὶ ἀπάγειν τὴν στρα-
τιὴν ἑκατὸν τε ἐτέων μὴ ζητῆσαι κάτοδον
ἐς Πελοπόννησον. προεκέκλητο τε δὴ ἐκ πάν-
των συμμάχων. ἐτέλεντησε Ἐχεμος ὁ Ἀερό-
που τοῦ Φηγέος, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βα-
σιλεὺς ἡμέτερος· καὶ ἐμμονομαχήσας τε καὶ ἀ-
πέκτεινε Ὕλλον. ἐκ τούτου τοῦ ἔργου διξήμεθα
ὄν, τοῖσι Πελοποννησίοισι τοῖσι τότε καὶ ἀλ-
λα μέγεα μεγάλα, τὰ Ἡρακλείδῃσι ἔχον-
τες, καὶ τῇ κάρτα τῇ ἑτέρῃ αἰεὶ ἡγεμονεύειν,
κοινῆς ἐξόδου γινομένης. ὑμῖν μὲν νῦν οὐ
Λακεδαιμόνιοι, οὐκ ἀντιβαίνομεν, ἀλλὰ δι-
δόντες αἵρεσιν ὁκοτέρῃ βούλεσθε κάρτα ἄρ-
χειν, παραινέομεν τὴν ἑτέρῃ φαμὲν ἡμέας
ἰκνέεσθαι ἡγεμονεύειν, καπερ ἐν τῷ πρό-
σθεν χρόνῳ. χωρὶς δὲ τούτου τὴν ἀπηγη-
μένην ἔργου, ἀξιονικότεροι εἰμὲν Ἀθηναίων
ταύτῃσι τῇσι πάξιν ἔχειν. πολλοὶ μὲν γὰρ
τε καὶ δὴ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῖν ἄνδρες
Σπαρτιῆται ἀγῶνες ἀγωνίδαται, πολλοὶ δ'
καὶ πρὸς ἄλλους. ὥστε ὦν ἡμέας δίκαιον ἐ-
χειν τὸ ἕτερον κέρας, ἤπερ Ἀθηναίους· οὐ
γὰρ σφι δεῖ ἔργα οἷά περ ἡμῖν κατεργασ-
μένα, οὔτ' ὦν καινὰ, οὔτε παλαιά. οἱ μὲν
ταῦτα ἔλεγον. Ἀθηναῖοι δ' πρὸς ταῦτα
ὑπεκρίναντο τάδε, Ἐπιστάμεθα μὲν σωφρο-
σύνῃ τῇδε μάχης εἵνεκα συλλεγῆναι πρὸς τὸ
βάρβαρον, ἀλλ' οὐ λόγων· ἐπεὶ δ' ὁ Τεγεήτης
προέδηκε παλαιὰ καὶ καινὰ λέγειν τὰ ἐκείνοι-
σι ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ κατέργασται χρηστὰ,

facinora præclara tum recentia tum priſca referentes. Dicebant quidem his verbis Tegeatæ, Hoc nos ſemper digni honore è ſociis omnibus habiti ſumus, quotieſcunque à Peloponnenſibus communiter in externas peregrinationes itum eſt, & proxime, & quondam, jam ihde ex quo Heraclidæ poſt mortem EVryſthei ſunt conati in Peloponneſum redire. quo tempore hanc dignitatem aſſequuti ſumus ob hanc rem geſtam: Poſteaquam cum Achæis & Jonibus, qui tunc Peloponneſum incolebant, nos auxiliarii in Iſthmum profecti conſedimus adverſus eos qui redire conabantur, tunc Hyllus orationem habuit, non expedire ut uterque exercitus confligendo periclitaretur: ſed ut aliis acquieſcentibus, ſecum ſingulari certamine dimicaret is quem Peloponnenſes judicarent è ſuo exercitu præſtantiſſimum. Accepta condicione Peloponnenſes fœdus in hæc verba percuſſerunt, Si vinceret Hyllus Peloponnenſium ducem, ut Heraclidæ in paterna reverterentur: ſin victus eſſet, retro Heraclidæ cederent, & exercitum abducerent, neve per annos centum de redeundo in Peloponneſum agitarent. Ab omnibus ſociis ad eam rem voluntarius electus eſt dux atque idem rex noſter Echemus Aeropi filius, Phegei nepos, qui ſingulari congreſſus certamine Hyllum interemit. Ex quo facto nos cum alia decora inter Peloponnenſes aſſequuti ſumus, quæ adhuc obtinemus, tum hoc, ut alteri cornu præeſſemus quoties communiter itur in expeditionem. Et vobis quidem Lacedæmonii non adverſamur, ſed optionem cedimus utri cornu præeſſe malitis: alteri vero cornu ut præſimus nobis vendicamus, quemadmodum uſque fecimus ad hoc tempus. Etiam vero circa hoc factum quod narravimus, Athenienſibus ſumus digniores qui hanc dignitatem obtineamus: quippe qui proſpere & multa vobiſcum viri Spartiatæ certamina decertavimus, & multa cum aliis. Quo fit ut æquius ſit nos alterum cornu tenere quam Athenienſes: à quibus non tales geſtæ res ſunt quales nobis, neque recentes neque vetuſtæ. Hæc Tegeatæ. Ad quæ hunc in modum reſpondere Athenienſes, Etſi ſcimus has copias pugnandi cum barbaro non altercandi gratia eſſe contractas, tamen quoniam Tegeata referre conſtitu-

1

2

XXVII 1

it præclara facinora tum vetuſta tum nova, quæ per omne tempus utrique fecerunt,

neceſſe

necesse habemus & nos exponere apud vos unde nobis patrium sit, [1] qui semper egregii fuimus, esse primos potius quam Arcadibus. Heraclidas, quorum ducem isti apud Isthmum se prædicant interfeciisse, nos soli excepimus, ejectos prius ab omnibus Græcis, quos illi Mycenæorum servitutem fugientes adibant: & EUrysthei injuriam una cum eisdem pugnando propulsavimus, victoriaque potiti sumus de iis qui tum Peloponnesum tenebant. Præterea Argivos, qui adversus Thebas cum Polynice militaverant, vita defunctos & insepultos, ducta in Cadmeos expeditione à nobis receptos & in nostra terra apud Eleusinem humatos fuisse dicimus. Jam vero nostrum præclarum facinus extat etiam in Amazonidas, quæ à flumine Thermodonte aliquando in nostram terram excurrere. Ac ne in heroum quidem laboribus qui ad Trojam bellaverunt, fuimus in postremis. Sed nihil admodum pertinet horum facere mentionem. [2] etenim sive qui tunc egregii fuere, nunc instrenui sunt, sive tunc instrenui, nunc egregii sunt, satis sit de rebus priscis ista dixisse. Ut nullæ autem res aliæ nobis gestæ sint, (quæ multæ & præclarissimæ sunt, præut quorumcunque aliorum Græcorum) certe ob rem in Marathone à nobis gestam digni sumus qui hoc decus & alia insuper obtineamus: qui soli Græcorum per nos cum Persa dimicavimus, & rem tantum aggressi, victores evasimus, sex & quadraginta nationibus superatis. quo solo nomine digni sumus ut hunc loci honorem consequamur. Verum non decet in hac rerum condicione de loci dignitate contendere: ubicunque & juxta quoscunque vobis Lacedæmonii videbitur appositissimum nos stare, illuc euntes obtemperabimus. Ubicunque enim loci nos collocati fuerimus, conabimur strenui existere. Itaque ducite nos, tanquam vobis parituros.

XXVIII Hæc quum pro sua parte dixissent Athenienses, cunctus Lacedæmoniorum exercitus succlamavit digniores qui cornu tenerent Athenienses quam Arcades. Ita Athenienses Tegeatis superiores habuere cornu. Mox hunc in modum instructi sunt & qui supervenere Græcorum, [3] & qui à principio venerant:

"ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι πρὸς ὑμέας,
"ὅθεν ἡμῖν πατρῷόν ἐστι, εὖσι χρηστοῖσι, αἰεὶ
"πρώτοισι εἶ μᾶλλον ἢ Ἀρκάσι. Ἡρα-
"κλείδας, τῶν φασι σφίσι ἀπεκτεῖναι τὸν ἡγεμό-
"να ἐν Ἰσθμῷ, τοῦτο μοῦνοι τοῦτοι πρότερον
"ἐξελαυνόμενοι ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων,
"ἐς τοὺς ἀπίκοιατο φεύγοντες δυλοσύνην
"πρὸς Μυκηναίων, μοῦνοι ὑπομείναντες,
"τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν κατείλομεν, σὺν καὶ-
"νοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πε-
"λοπόννησον· τοῦτο δ', Ἀργείους τοὺς μετὰ
"Πολυνείκεος ὑπὸ Θήβας ἐλάσαντας, τελευ-
"τήσαντας τὸν αἰῶνα, καὶ ἀτάφους κειμένους, στρα-
"τεύσαμενοι ὑπὸ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τε
"τοὺς νεκροὺς φαμὲν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης
"ἐν Ἐλευσῖνι. ἔστι δ' ἡμῖν ἔργον δὲ ἔχον καὶ
"ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ τοῦ Ἀμα-
"Θερμωδόντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας κατὰ ἐς ζονίδας
"γῆν τὴν Ἀττικήν. καὶ ὃν τοῖσι Τρωϊκοῖσι πό- τὰς ἀπὸ
"νοισι ὑδαμοῦ ἐλειπόμεθα. ἀλλ' οὐ γάρ τι
"πρόσχετα τετέων ὀπιμεμνῆσθαι. καὶ γὰρ χρη-
"στοὶ τότε ἐόντες, οὐτοὶ νῦν ἂν εἶεν φλαυρό-
"τεροι· καὶ τότε ἐόντες φλαῦροι, νῦν ἂν εἶεν
"ἀμείνονες. παλαιῶν μὲν νυν ἔργων ἄλις
"ἔστω ἡμῖν δ', εἰ μηδὲν ἄλλο ἔστι ἀποδεῖξαι-
"μέμον, ὥσπερ ἔστι πολλά τε καὶ δὴ ἔχοντα, εἰ
"ποισι καὶ ἄλλοισι Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ
"ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἄξιοι εἰμὲν τοῦτο τὸ
"γέρας ἔχειν, καὶ ἄλλα πρὸς τούτῳ· οἵ τινες
"μοῦνοι Ἑλλήνων δὴ μουνομαχήσαντες τῷ
"Πέρσῃ, καὶ ἔργῳ τοιούτῳ ὀπιχειρήσαντες, πε-
"ριεγενόμεθα, καὶ ἑπτηκοντάδι ἔθνεα ἐξ τε καὶ
"τεσσεράκοντα. ἆρ' οὖν δίκαιοι εἰμὲν ἔχειν
"ταύτην τὴν πάξιν ἀπὸ τούτου μοίνου τοῦ ἔρ-
"γου; ἀλλ' οὐ χρὴ ἐν τῇ τοιῇδε πάξι θεῖ-
"νεκα στασιάζειν πρέπει. ἄρτιοι εἰμὲν πείθε-
"σθαι ὑμῖν ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκέῃ ὄπ-
"τιστα τῶν ἡμέας εἶ ἐς ἀνάγκας, καὶ κατ' ὀλί-
"γας. πάντη γὰρ τεταγμένοι, πειρησόμεθα
"εἶ χρηστοί. ὀξηγέεσθε δ' ὡς πειθομένων. Οἱ
μὲν ταῦτα ἀμείβοντο· Λακεδαιμονίων δ' ἀνέ-
βωσε ἅπαν τὸ στρατόπεδον Ἀθηναίους ἀξιονι-
κωτέρους εἶ ἔχειν τὸ κέρας ὑπὲρ Ἀρκάδας. ὧ- 33
τω δὴ ἔχον οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ὑπερεβάλοντο τοὺς
Τεγεήτας. μετὰ δὲ ταῦτα, ἐτετάσσοντο ὧδε οἱ ὁπ-
φοιτῶντές τε καὶ οἱ ἀρχαὶ ἐλθόντες Ἑλλήνων·

1 Bonam operam navantibus. 2 Qui enim tunc strenui fuere, fieri possit ut nunc sint ignavi: & qui tunc ignavi, fieri possit ut nunc sint fortiores. De rebus igitur olim gestis, *vel, de navata igitur olim opera*, hæc dixisse sit satis. 3 *Pro* οἱ ἀρχὴν ἐλθόντες *hunc legisse suspicor* οἱ ἀρχαὶ ἐλθόντες, *qua lectio, non illa, mihi probatur.*

τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον Λακεδαιμονίων μύριοι τυτέων ὃ τὲς πεντακισχιλίυς ἐόντας Σπαρτιήτας ἐφύλασσον ψιλοὶ σὺν εἵλωτέων πενταχιχίλιοι καὶ τετρακισμύριοι, ἐπὶ ἄνδρα ἕκαστον ἑπτὰ παραμβώσι. παρατεχέας δὲ σφι εἵλοντο ἐξαίρετοι οἱ Σπαρτιῆται τὺς Τεγεήτας, καὶ τιμῆς ἕνεκα καὶ ἀρετῆς. τυτέων δ' ἦσαν ὁπλῖται χίλιοι καὶ πεντακόσιοι. μετὰ δὲ τύτυς ἵσταντο Κορινθίων πενταχιχίλιοι. παρὰ δὲ σφι οἱ δεκατὸν παρὰ Παυσανίεω ἵσαν Ποτιδαιητέων τὺς ἐκ Παλλήνης τὲς παρεόντας τετρακόσιυς. τυτέων δ' ἐχόμενοι ἵσαντο Ἀρκάδες Ὀρχομένιοι ἑξακόσιοι· τυτέων δ', Σικυώνιοι τετρακισχίλιοι. τυτέων δ' εἵχοντο, Ἐπιδαυρέων ὀκτακόσιοι. παρὰ δὲ τύτυς, Τροιζηνίων ἐτάσσοντο χίλιοι· Τροιζηνίων δ' ἐχόμενοι, Λεπρεητέων διακόσιοι. τυτέων δ', Μυκηναίων καὶ Τιρυνθίων τετρακόσιοι. τυτέων δ' ἐχόμενοι, Φλιάσιοι χίλιοι. παρὰ δὲ τύτυς ἵσαν Ἑρμιονέες τετρακόσιοι. Ἑρμιονέων δ' ἐχόμενοι ἵσαντο, Ἐρετριέων τε καὶ Στυρέων ἑξακόσιοι. τυτέων δ' ἐχόμενοι, Χαλκιδέες τετρακόσιοι. τυτέων δ', Ἀμπρακιητέων πεντακόσιοι. μετὰ δὲ τύτυς, Λευκαδίων καὶ Ἀνακτορίων ὀκτακόσιοι ἵσαν. τυτέων δ' ἐχόμενοι, Παλῆες οἱ ἀπὸ Κεφαλληνίης διακόσιοι. μετὰ δὲ τύτυς Αἰγινητέων πεντακόσιοι ἐτάχθησαν. παρὰ δὲ τύτυς ἐτάσσοντο Μεγαρέων τετρακισχίλιοι. εἵχοντο δὲ τυτέων, Πλαταιέες ἑξακόσιοι. πλευτάτοι δὲ καὶ πρῶτοι Ἀθηναῖοι ἐτάσσοντο, κέρας ἔχοντες τὸ εὐώνυμον, ὀκτακισχίλιοι· ἐστρατήγεε δ' αὐτέων Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχυ. Οὗτοι πλὴν τῶν ἐπὶ τοῖσι παρὰ ἕκαστον πεντακοσίοισι Σπαρτιήτῃσι, ἦσαν ὁπλῖται, σύμπαντες ἐόντες ἀριθμὸν τρεῖς μυριάδες, καὶ ὀκτὼ χιλιάδες, καὶ ἑκατὸν πάρεδροι ἑπτά. ὁπλῖται μὲν οἱ πάντες συλλεχθέντες ἔδησι τὸ βάρβαρον, ἦσαν τοσοῦτοι. ψιλῶν δὲ πλῆθος ὧν τόδε· τῶν μὲν Σπαρτιητικῶν πάρεδροι, πενταχιχίλιοι καὶ τετρακισμύριοι ἄνδρες, οἷς ἑπτὰ ἐόντων ἐπὶ τοῖσι ἕκαστον ἄνδρα· καὶ τυτέων πᾶς τις παρίστατο οἷς ἐς πάλεμον. οἱ δὲ τῶν λοιπῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἑλλήνων ψιλοὶ, οἷς εἷς τοῖσι ἕκαστον ὧν ἄνδρα, πεντακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τετρακισμύριοι ἔσαν. ψιλῶν μὲν δὴ σὺν πάντων μαχίμων ἦν τὸ πλῆθος ἓξ τε μυριάδες, καὶ ἐννέα χιλιάδες, καὶ ἑκατοντάδες πέντε. τῷ δὲ σύμπαντος τῷ Ἑλληνικῷ τῷ σωμελθόντος ἐς Πλαταιὰς σὺν τε ὁπλίτῃσι καὶ ψιλοῖσι τοῖσι μαχίμοισι, ἐνδεκα μυριάδες ἔσαν, μοῦνας χιλιάδας, πρὸς δὲ ὀκτακοσίων ἀνδρῶν καταδέουσαι. σὺν δὲ Θεσπιέων τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληροῦντο αἱ ἑνδεκα μυριάδες.

Dextrum cornu tenebant Lacedæmoniorum decem millia: quorum quinq; millia erant Spartiatarum, quos custodiebant leviter armata trigintaquinque millia servorum, septenis servis circa singulos Spartiatas collocatis. [1] Applicaverant autem sibi Spartiatæ, & honoris & virtutis ergo, Tegeatas numero mille & quingentos armatos. Secundum hos stabant Corinthiorum quinque millia. [2] Præter hos inveniebantur apud Pausaniam stantes trecenti Potidæatæ eorum qui ex Pallene erant. Juxta hos stabant Arcadum Orchomeniorum sexcenti: juxta hos Sicyoniorum tria millia. Hos sequebantur Epidauriorum octingenti: super hos locati erant Troezenii mille. juxta Troezenios [3] totidem Lepreatæ. post hos Mycenæorum, & Tirynthiorum quadringenti. Secundum hos, mille Phliasii: dehinc Hermionenses trecenti. juxta Hermionenses, Eretriensium & Styreorum sexcenti. juxta hos, Chalcidensium quadringenti. juxta hos, Chalcidensium quadringenti. post hos, Ampraciatarum quingenti. post eos, Leucadiorum & Anactoriorum octingenti. Hos sequebantur Pallenensium qui sunt ex Cephallenia, ducenti. post hos instructi Æginetarum quingenti. juxta hos Megarensium tria millia, quos sequebantur Platæensium sexcenti. Ultimi & iidem primi stabant Athenienses, larvum tenentes cornu, octo millia, duce Aristide Lysimachi filio. Hi omnes, præter eos qui septeni circa singulos Spartanos stabant, fuerunt numero triginta octo millia & septingenti, omnes gravis armaturæ, adversus barbarum contracti. Leviter vero armati, triginta quinque millia, septeni circa singulos Spartiatas collocati, quorum unusquisque ad pugnandum erat instructus. [4] Circa cæteros autem Lacedæmonios ac Græcos singuli ferme leviter armati numero trigintaquatuor millia quingenti. Summa igitur totius levis armaturæ, quæ pugnare posset, [5] sexaginta millia quingenti. Totus autem Græcus exercitus qui ad Platæas convenit pugnæ aptus, tam levis quam gravis armaturæ, fuit undecim myriades, minus mille & octingentis, *id est centum octo millia ducenti*. Sed numerum undecim myriadum explevere Thespienses,

XXIX

XXX

1 Delegerant autem Spartiatæ Tegeatas qui juxta ipsos starent, & honoris & virt. 2 Impetraverant autem à Pausania ut sibi adstarent trecenti Potid. 3 Ducenti Lepreatæ. 4 Reliquorum autem Lacedæmoniorum & Græcorum milites leviter armati erant triginta quatuor millia quingenti, utpote viro uno unumquemque circumsistente. *Id est, Ita quidem rationem hujus numeri inundo ut reliquos Lacedæmonios & Græcos unum habuisse virum (ubi adstantem singulos dicamus, non septem, ut Spartiatas. Dixit autem οἷς ἓς ἑὼν pro οἷς ἑνὶ ἑόντι, ut modo dixerat οἷς ἑὼν ἑπτά. Quod & ipsum Valla potius quam per nominativum, vertisse ita debuit,* Utpote septenis circa singulos Spartiatas collocatis, *vel, utpote septenis numquamq; Spart. circumsistentibus.* 5 Sexaginta novem millia. *nam inter sex myriades (quæ sexaginta millia efficiunt) & ἑκατοντάδες πέντε (id est quingenti) interjectum est καὶ ἐννέα χιλιάδες, quæ Valla fortasse in suo exempl. non habuit.*

qui

qui aderant ad mille & octingentos, qui nec ipsi arma habebant. Et hi quidem Græci ad flumen Asopum castra diuiribuerant. ¶ XXX Barbari vero qui cum Mardonio erant, posteaquam Masistium luxerunt, cognito Græcos apud Platæas esse, & ipsi ad Asopum qui illac fluit, ita sunt eregione à Mardonio collocati: Adversus quidem Lacedæmonios Persæ, quia numero antecedebant, eorum acies quæ multæ erant, usque ad Tegeatas opponebantur: ita ut quod robustissimum in exercitu erat, id omne contra Lacedæmonios: quod infirmius, id contra Tegeatas esset. Hæc faciebat Mardonius Thebanorum indicio atque admonitu. Juxta Persas autem idem collocavit Medos, ut ex adverso essent Corinthiis & Potidæatis & Orchomeniis & Sicyoniis. Post Medos collocavit Bactrios ex adverso Epidauriorum & Trœzeniorum & Lepræatarum ac Tirynthiorum, Mycenæorumque & Phliasiorum. Secundum Bactrios collocavit Indos ex adverso Hermionensium & Eretrieorum Styreorumque & Chalcidensium. Post Indos statuit Sacas oppositos Ampraciatis, & Anactoriis, & Leucadiis, & Pallenensibus, & Æginetis. Post Sacas posuit ex adverso Athenienſium Platæensiumque ac Megarensium, Bœotos & Locros & Melienses & Thessalos, & [1] mille Phocensium. Non enim Phocenses omnes à partibus Medorum stabant, [2] sed eorum nonnulli cum Græcis sentiebant apud Parnassum deprehensi, & illinc profecti deduxerant comitatique fuerant Mardonii copias pariter & Græcorum qui cum illo erant. Contra Athenienses item posuit Macedonas, XXXI Thessaliæque accolas. [3] Hæ nationes à Mardonio in aciem instructæ erant maxime celebres maximeque insignes, & præcipue mentione dignæ: necnon cæterarum quoque gentium viri memoratu digni, cum aliarum, tum Phrygum, Mysorum, Thracum, Pæonum. Quinetiam Æthiopum [4] & Ægyptiorum qui Hermotybies & Calasiries nominantur, gladio cincti, qui soli sunt ex Ægyptiis pugnaces: à Mardonio, quum adhuc esset in Phalero, è navibus in quibus epibatæ erant, in terram translati.

παρῆσαν γὰρ καὶ Θεσπιέων ἐν τῷ στρατοπέδῳ οἱ λειόντες, ἀριθμὸν ἐς ὀκτακοσίους καὶ χιλίους. ὅπλα δὲ οὐδ' ὅτι εἶχον. ὅτοι μὲν νυν ταχθέντες ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ ἐστρατοπεδεύοντο. Οἱ δ' ἀμφὶ Μαρδόνιον βάρβαροι, ὡς ἀπεκηδεύσαν Μασίστιον, παρῆσαν, πυθόμενοι τὸν Ἕλληνας ἔνθα ἦν Πλαταιῆσι, καὶ αὐτοὶ ὅπῃ τὸ Ἀσωπὸν τὸ τοῦτο ῥέοντα. ἀπικόμενοι δέ, ἀντετάσσοντο ὧδε τοῦ Μαρδονίου· τοῦ μὲν Λακεδαιμονίους ἔστησε Πέρσας. καὶ δὴ, πολλῶν γὰρ λειπόντων πλήθει Πέρσαι, ἐπὶ τε τάξις πλεύνας ἐκεκοσμέατο. καὶ ἐπεῖχον τοὺς Τεγεήτας. ἔταξε δὲ ὅτω· ὅ, τι μὲν ἦν αὐτῶν δυνατώτατον πᾶν ἀπολέξας, ἔστησε ἀντίον Λακεδαιμονίων· τὸ δὲ ἀδυνέσεσον παρέταξε τοῦ τοὺς Τεγεήτας. ταῦτα δ' ἐπίεσε, φοβεόντων τε καὶ δεδασκόντων Θηβαίων. Περσέων δὲ ἐχόμενοι ἔταξε Μήδους· ὅτοι δὲ ἐπέσχον Κορινθίους τε καὶ Ποτιδαιήτας, καὶ Ὀρχομενίους τε καὶ Σικυωνίους. Μήδων δὲ ἐχόμενοι ἔταξε Βακτρίους· ὅτοι δὲ ἐπέσχον Ἐπιδαυρίους τε καὶ Τροιζηνίους, καὶ Λεπρεάτας τε καὶ Τιρυνθίους, καὶ Μυκηναίους τε καὶ Φλιασίους. μετὰ 331 δὲ Βακτρίους, ἔστησε Ἰνδούς· ὅτοι δὲ ἐπέσχον Ἑρμιονέας τε καὶ Ἐρετριέας, καὶ Στυρέας τε καὶ Χαλκιδέας. Ἰνδῶν δὲ ἐχόμενοι Σάκας ἔταξε· οἱ ἐπέσχον Ἀμπρακιήτας τε καὶ Ἀνακτορίους, καὶ Λευκαδίους, καὶ Παλέας, καὶ Αἰγινήτας. Σακέων δὲ ἐχόμενοι ἔταξε ἀντία Ἀθηναίων τε καὶ Πλαταιέων καὶ Μεγαρέων, Βοιωτούς τε καὶ Λοκρούς, καὶ Μηλιέας, καὶ Θεσσαλούς, καὶ Φωκέων τοὺς χιλίους. οὐ γὰρ ὦν ἅπαντες οἱ Φωκέες ἐμήδισαν, ἀλλά τινες αὐτέων. καὶ τοὶ Ἑλλήνων ἤυξον, ὡς τὸ Παρνησὸν κατειλημμένοι· καὶ ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενοι ἔφερόν τε καὶ ἦγον τοῖσι Μαρδονίου στρατιῇ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐόντας Ἑλλήνων. ἔταξε δὲ καὶ Μακεδόνας τε καὶ τοὺς περὶ Θεσσαλίην οἰκεομένους καὶ τοὺς Ἀθηναίους. Ταῦτα μὲν τῶν ἐθνέων τὰ μέγιστα ὀνόματα τῶν τοῦ Μαρδονίου ταχθέντων, τάπερ ὀπιφανέστατά τε ἦν καὶ λόγου πλείστου. ἐνῆσαν δὲ καὶ ἄλλων ἐθνέων ἄνδρες ἀναμεμιγμένοι, Φρυγῶν τε καὶ Θρηίκων, καὶ Μυσῶν τε καὶ Παιόνων, καὶ τῶν ἄλλων· ἦν δὲ, καὶ Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων, οἵ τε Ἑρμοτύβιες, καὶ οἱ Καλασίριες, καλεόμενοι μαχαιροφόροι· οἵπερ εἰσὶ Αἰγυπτίων μοῦνοι μάχιμοι. τότε δὲ ἔτι ἐὼν ἐν Φαλήρῳ ἀπὸ τῶν νηῶν ἀπεβεβάσατο, ἐόντας ὁπλίτας.

1 Illos mille Ph. 2 Sed partes etiam Græcorum nonnulli ex illis fovebant, qui in loca Parnasso vicina se receperant: è quibus excurrentes Mardonii exercitum & Græcos qui cum eo erant, agebant ac ferebant. 3 Hæc sunt nomina nationum à Mardonio in aciem instructarum, earum quidem quæ quum amplissimæ essent, celeberrimæ erant, maximique fiebant. Sed & aliis nationibus aliqui immixti illis erant, Phrygum & Thracum, & Mys. & Pæonum. 4 Et Ægyptiorum Hermotybies & Calasiries, qui vocantur Ensiferi: qui soli ex Ægyptiis sunt ad pugnam apti. hos autem è navibus quibus vehebantur eduxerat, quum adhuc apud Phalerum esset.

οὐ γὰρ

οὐ γὰρ ἐτάχθησαν ἐς τὸν πεζὸν τὸν ἅμα Ξέρξῃ ἀπικόμενον ἐς τὰς Ἀθήνας Αἰγύπτιοι. τῷ μὲν δὴ βαρβάρων ἔσαν τεσσηκοντα μυριάδες, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται· τῷ δὲ Ἑλλήνων τῷ Μαρδονίου συμμάχων οὐδεὶς μοι ἐδεὶς ἀριθμόν· (οὐ γὰρ ἦν ἠριθμήθησαν) ὡς δ' ἀπεικάσαι ἔξι, ἐς πέντε μυριάδας συλλεγέων εἰκάζω· ἔστι δὲ οἱ παραταχθέντες πεζοὶ ἔσαν. ἡ δὲ ἵππος χωρὶς ἐτέτακτο. Ὡς δὲ ἅπαντες οἱ ἐτετάχατο κατὰ ἔθνεα καὶ κατὰ τέλεα, ἐνθαῦτα τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ ἐδύοντο καὶ ἀμφότεροι. Ἕλλησι μὲν, Τισαμενὸς Ἀντιόχου ἦν ὁ δυόμενος· ἕπετο γὰρ δὴ εἵπετο τῷ στρατεύματι τούτῳ μάντις. τὸν, ἐόντα Ἠλεῖον, καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων Κλυτιάδην, Λακεδαιμόνιοι ἐποιήσαντο λεωσφέτερον. Τισαμενῷ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι περὶ γόνου, ἀνεῖλε ἡ Πυθίη, ἀγῶνας τοὺς μεγίστους ἀναρρήσεσθαι πέντε. ὁ μὲν δὴ ἁμαρτὼν τοῦ χρηστηρίου, προσεῖχε τοῖσι γυμνασίοισι, ὡς ἀναρησόμενος γυμνικοὺς ἀγῶνας. σκέων γὰρ πεντάεθλον, ἔφη ἓν πάλαισμα ἕδεσθαι νικᾶν ὀλυμπάδα, Ἱερωνύμῳ τῷ Ἀνδρίῳ ἐλθὼν ἐς ἔριν. μαθόντες δὲ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἐς γυμνικοὺς, ἀλλ' ἐς ἀρηίους ἀγῶνας φέρον τὸ Τισαμενοῦ μαντήιον, μισθῷ ἐπειρῶντο πείσαντες Τισαμενὸν πιέεσθαι ἅμα Ἡρακλειδέων τοῖσι βασιλεῦσι ἡγεμόνα τῆς πλεμίων. ὁ δὲ, ὁρέων σφεῖ πολλῷ σπουδῇσι Σπαρτιήτας φίλον αὐτὸν προσδέεσθαι, μαθὼν τοῦτο, ἀνετίκα, σημαίνων σφι, ὡς οὐ μιν πολιήτην σφέτερον ποιήσονται, τῆς πάντων μεταδιδόντες, ποιήσει ταῦτα, ἐπ' ἄλλῳ μισθῷ δ' οὔ. Σπαρτιῆται δὲ, πρῶτα μὲν ἀκούσαντες, δεινὰ ἐποιεῦντο καὶ μετέσαν τῆς χρησμοσυλίης τοσοῦτον· τέλος δὲ, δείματος μεγάλου ἐπικρεμαμένου τοῦ Περσικοῦ τούτου στρατεύματος, καταίνεον μετιέντες. ὁ δὲ, γνοὺς τετραμμένους σφέας, ὡς ἔτυχε ἔφη ἔτι ἀρκέεσθαι τούτοισι μισθοῖσι, ἀλλὰ δεῖν ἔτι καὶ τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ Ἡγίην γενέσθαι Σπαρτιήτην ὁμοίως τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι τοῖσι καὶ αὐτὸς γίνεται. Ταῦτα δὲ λέγων ἔστι ἐμιμέετο Μελάμποδα, ὡς εἰκάσαι, βασιληίην τε καὶ πολιτηίην αἰτεόμενος. καὶ γὰρ δὴ καὶ Μελάμπους, τῆς ἐν Ἄργεϊ γυναικῶν μανιοσέων, ὡς μὲν οἱ Ἀργεῖοι ἐμισθοῦντο ἐκ Πύλου παῦσαι τὰς σφετέρας γυναῖκας τῆς νόσου, μισθὸν περετείνετο τῆς βασιληίης τὸ ἥμισυ. ἐκ ἀναχωρεόντων δὲ τῶν Ἀργείων, ἀλλ' ἀπόντων, ὡς ἐμαίνοντο πολλῷ πλείονες τῆς γυναικῶν, ἔτυ δὴ ὑποσάντες τὰ ὁ Μελάμπους προετείνατο, ἤισαν δώσοντες οἱ τοῦτο.

non enim cum pedestribus copiis, quæ cum Xerxe Athenas ierant, Ægyptii censi fuerant. Barbarorum igitur (ut etiam superius ostensum est) triginta myriades fuere: Græcorum vero Mardonii auxiliariorum, nemo numerum (neque enim numerati fuerant) novit. Ut autem conjectura colligi licet, ad quinque myriades fuisse conjecto. Tot ex adverso instructi fuere pedites: equitatus vero seorsum erat collocatus. Ita disposíti nationatim manipulatimque, utrique postero die sacrificaverunt. Apud Græcos haruspex erat Tisamenus Antiochi filius. is enim hunc exercitum vates comitabatur, Eleus quidem & ex genere Iamideorum Clytiades, sed à Lacedæmoniis civitate donatus. Nam consultanti vaticinium apud Delphos de prole respondit Pythia quinque ipsum maximas palmas è certaminibus reportaturum. oraculo non intellecto Tisamenus gymnasiis operam dabat, tanquam gymnicas victorias adepturus, quumque se exerceret in quinque certaminibus, in uno, dum currit Olympia, venit in contentionem victoriæ cum Hieronymo Andrio. Lacedæmonii autem interpretantes non ad gymnica certamina spectare Tisameni oraculum, sed ad bellica, conabantur eum mercede conducere ut una cum Heraclidis bellorum dux regibus foret. Hic animadvertens Spartiatas plurimi facere ipsius amicitiam, abnuebat: quod negaret se alio pretio id facturum quam si Spartiatam se civem facerent, omnia jura civitatis impertientes. Id Spartiatæ quum audissent, ab initio ferentes indigne, oraculum missum omnino fecerunt: tandem imminente hoc ingenti Persici exercitus metu, annuebant, impertireque homini volebant. Eos iste immutatos intelligens, negare jam se eo solo esse contentum: sed oportere fratrem suum Hegiam etiam fieri Spartiatam eadem condicione qua & ipse fieret. Hoc autem dicens imitabatur (ut conjectare licet) Melampodem, regnum pariter & civitatem deposcens. Etenim Melampus quum ab Argivis mercede conduceretur è Pylo ad compescendum morbum furoris mulierum Argivarum, deposcebat pro mercede dimidium regni. recusantibus id Argivis atq; digressis, quum plures è mulieribus insanirent, ita obtemperantes, quod Melampus poposcerat daturi reverterunt. Ibi ille

XXXII

XXXIII

τῇ περετείνατο

τῇ ἐμαίνοντο πλείονες

Ibi ille cernens hos esse immutatos, plura optavit, negans se indulturum quæ vellent, nisi & fratri suo Bianti tertiam partem regni donassent. Argivi in arctum redacti hoc quoque annuerunt.

XXXIV Ita Spartiatæ Tisameno, quo majorem in modum egebant, prorsus assenserunt: & concessu istorum Tisamenus Eleus Spartiata effectus quinque maxima certamina ex oraculo illis obtinuit. Hi duo ex omnibus hominibus soli sunt à Spartiatis civitate donati. Quinque autem certamina hæc fuere: Unum & id primum hoc quod pugnatum est ad Platæas: alterum, quod in Tegea cum Tegeatis atq; Argivis: tertium, quod in Dipæensibus cum universis Arcadibus præter Mantinicos: quartum, quod cum Messeniis ad Isthmum: ultimum, quod in Tanagra cum Atheniensibus & Argivis. Hoc autem ultimum peractum fuit quinque certaminum.

XXXV Tisamenus igitur Spartiatarum tunc ductor vaticinatus est Græcis in agro Platæensi: & apud Græcos quidem pulchre litatum est, si se defenderent, non si Asopum transgressi pugnam capesserent.

XXXVI Mardonio autem capessendæ pugnæ avido non extitere pulchra exta, nisi & ipse sese defenderet. nam is quoque Græcis sacrificiis utebatur, haruspicem habens Hegesistratum virum Eleum, & Telliadeorum præstantissimum. Hunc ante ea tempora Spartiatæ quum cepissent, in vincula conjecerant morte affecturi, ut à quo multa intoleranda perpessi fuissent. Ille in hac calamitate positus, utpote pro anima solicitus, & qui ante mortem multa ac tristia foret passurus, rem perpetravit fide majorem. nam ut erat ligneis atque ferratis [1] soleis vinctus, ferro quod illatum fuit potitus, confestim excogitavit opus omnium quæ nos novimus animosissimum. [2] Commentus enim qua ratione reliquum pedis educeretur, præcidit sibi dimidium pedem. hoc acto, quamvis ab excubitoribus observaretur, tamen subruto muro profugit Tegeam versus, noctu iter faciens, interdiu sylvis se abdens atque immorans, ut trinoctio Tegeam pervenerit: Lacedæmoniis cum passim perscrutantibus, admirantibusque magnopere hominis audaciam, cujus dimidiatum pedem jacentem cernerent, ipsum invenire non possent. Ita Hegesistratus

ὁ δ᾽ ἐκλαῦτα δὴ ἐπορέγετο, ὀρέων αὐτὸς τετραμμένους, φὰς, ἑως μὴ καὶ τῷ ἀδελφεῷ Βίαντι μεταδῶσι τὸ τριτημόριον τῆς βασιληίης, οὐ ποιήσειν τὰ ἐθέλονται. οἱ δ᾽ Ἀργεῖοι, ἀπειληθέντες ἐς στενὸν, καταινέουσι καὶ ταῦτα. Ὡς δὲ καὶ Σπαρτῆται, ἐδέοντο μὲν δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ, πάντας συνεχώρεόν οἱ. συγχωρησάντων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Σπαρτιητέων, ὅτω δὴ πέντε σφι μαντεύσηται ἀγῶνας τοὺς μεγίστους Τισαμενὸς ὁ Ἠλεῖος, νικήσους Σπαρτιήτας, συγκαταρρέει. μοῦνοι δὲ πάντων ἀνθρώπων ἐγένοντο ὅτοι Σπαρτιήτησι πολῖται. οἱ δὲ πέντε ἀγῶνες, οἵδε ἐγένοντο· ἐς μὲν πρῶτος, οὗτος ὁ ἐν Πλαταιῇσι· ὅτι δὲ, ὁ ἐν Τεγέῃ πρὸς Τεγεήτας καὶ Ἀργείους γενόμενος· μετὰ δὲ, ὁ ἐν Διπαιεῦσι πρὸς Ἀρκάδας πάντας, πλὴν Μαντινέων· ὅτι δὲ, Μεσσηνίων ὁ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ· ὕστατος δὲ, ὁ ἐν Ταναγρῃ πρὸς Ἀθηναίους τε καὶ Ἀργείους γενόμενος. οὗτοι δὲ ὕστατοι κατειργάδατο τῶν πέντε ἀγώνων. Οὗτος δὴ τότε τοῖσι Ἕλλησι ὁ Τισαμενὸς, ἀγόντων τῶν Σπαρτιητέων, ἐμαντεύετο ἐν Πλαταιῇσι. τοῖσι μὲν νυν Ἕλλησι καλὰ ἐγίνετο τὰ ἱρὰ ἀμυνομένοισι· θύσασι δὲ τὸν Ἀσωπὸν, καὶ μάχης ἄρχουσι, οὔ. Μαρδονίῳ δὲ προθυμεομένῳ μάχης ἄρχειν, οὐκ ὁμοίως ἐγίνετο τὰ ἱρά· ἀμυνομένῳ δὲ καὶ τότε, καλά. καὶ γὰρ ἦσαν Ἑλλησικοῖσι ἱροῖσι ἐχρέετο, μάντιν ἔχων Ἡγησίστρατον, ἄνδρα Ἠλεῖον τε καὶ τῶν Τελλιαδέων ἐόντα λογιμώτατον· τὸν δὴ πρότερον τότων Σπαρτιῆται λαβόντες, ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ, ὡς πεπυνθότες πολλά τε καὶ ἀνάρσια ἀπ᾽ αὐτοῦ. ὁ δὲ, ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐὼν, ὥστε τρέχειν ἐπὶ τὴν ψυχὴν, πρό τε τοῦ θανάτου ποιεῦμενος πολλά τε καὶ λυγρὰ, ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου. ὡς γὰρ δὴ ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηρεδέτῳ, ἐπειρᾶτο ἐκ τοῦ παντὸς σιδηρίου ἐκρήσσων. αὐτίκα δὲ ἐμηχανᾶτο ἀνδρειότατον ἔργον πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. καθυπερθαμβεῦμαι γὰρ ὅκως ἐξελεύσεται οἱ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδὸς, ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἑωυτοῦ. ταῦτα δὲ ποιήσας, ὡς φυλασσόμενος ὑπὸ φυλάκων, διορύξας τὸ τεῖχος, ἀπέδρη ἐς Τεγέην, τὰς μὲν νύκτας προβαίνων, τὰς δὲ ἡμέρας κατασυρίων ἐς ὕλην, καὶ αὐλιζόμενος ὕπου, ὥστε Λακεδαιμονίων πανδημεὶ διζημένων, τριτάτῃ ὑφορόωντι γενέσθαι ἐν Τεγέῃ. τὸν δὲ ἐν θώματι μεγάλῳ εἶχε τῆς τε τόλμης, ὁρέοντας τὸ ἡμίτομον τοῦ ποδὸς τοῦτο κείμενον, καὶ οὐ δυναμένους εὑρεῖν. τότε μὲν οὕτω

1 *Sunt qui cataſtam interpretentur.* 2 Pedis enim extrémam partem resecuit, quum prius ad reliquam educendam dimensus spatium esset.

Ἀφικνεῖται

ἀφυγὼν Λακεδαιμονίους, καταφεύγει ἐς Τεγέην, ἐοῦσαν οὐκ ἀρθμίην Λακεδαιμονίοισι τοῦτον τὸν χρόνον. ὑγιὴς δὲ γενόμενος, καὶ προσποιησάμενος ξύλινον πόδα, κατεστήκεε ἐκ τῆς ἰθείης Λακεδαιμονίοισι πολέμιος. οὐ μέντοι ἐς γε τέλος οἱ συνήνεικε τὸ ἔχθος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους συγκεκυρημένον. ἦλω γὰρ μαντευόμενος ἐν Ζακύνθῳ ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀπέθανε. Ὁ μέντοι θάνατος ὁ Ἡγησιστράτου, ὕστερον ἐγένετο τοῦ Πλαταϊκοῦ· τότε δὲ ὅτι τῷ Ἀσωπῷ τῷ Μαρδονίῳ μεμισθωμένος οὐκ ὀλίγου, ἐθύετό τε καὶ προεθυμέετο κατὰ τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων, καὶ κατὰ τὸ κέρδος. ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλιέρεε ὥστε μάχεσθαι, οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι, ἔτε τοῖσι μετ' ἐκείνων ἐοῦσι Ἑλλήνων, (εἶχον γὰρ καὶ ὅτοι ἐπ' ἑωυτῶν μάντιν Ἱππομάχην, Λευκάδιον ἄνδρα) ὑπερρέοντων δὲ τῶν Ἑλλήνων, καὶ γινομένων πλεόνων, Τιμηγενίδης ὁ Ἕρπυος, ἀνὴρ Θηβαῖος, συνεβούλευσε Μαρδονίῳ τὰς ἐκβολὰς τῶν Κιθαιρώνος φυλάξαι· λέγων ὡς ὑπερρέουσι οἱ Ἕλληνες αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην, καὶ ὡς ἀπολάμψοιτο συχνούς. Ἡμέρῃ δέ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν ὀκτώ, ὅτε ταῦτα ἐσηγήσατο Μαρδονίῳ. ὁ δέ, μαθὼν τὸ φρόνημα οὐ ἔχουσαν, ὡς δύφρονα ἐγένετο, πέμπει τὸν ἵππον ἐς τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας, αἳ δὴ Πλαταιέων φέρουσι· τὰς Βοιωτοὶ μέν, τρεῖς κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δέ, δρυὸς κεφαλάς· πεμφθέντες δὲ οἱ ἱππόται, οὐ μάτην ἀπίκοντο. ἐσβάλλοντα γὰρ ἐς τὸ πεδίον, λαμβάνουσι ὑποζύγιά τε πεντακόσια, σιτία ἄγοντα ἀπὸ Πελοποννήσου ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἀνθρώπους, οὓς εἷποντο τοῖσι ζεύγεσι. ἐλόντες δὲ ταύτην τὴν ἄγρην οἱ Πέρσαι, ἀφειδέως ἐφόνευον, φειδόμενοι ὅτε ὑποζυγίου δούλου, ὅτε ἀνθρώπου. ὡς δὲ ἄσμενοι εἶχον κτείνοντες, τὰ λοιπὰ αὐτέων ἤλασαν περιβαλλόμενοι πρός τε Μαρδόνιον καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον. Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον, ἑτέρας δύο ἡμέρας διέτριψαν, οὐδέτεροι βουλόμενοι μάχης ἄρξαι. μέχρι μὲν γὰρ τοῦ Ἀσωποῦ ἐπῆλθον οἱ βάρβαροι, πειρώμενοι τῶν Ἑλλήνων, διέβαινον δὲ οὐδέτεροι. ἡ μέντοι ἵππος ἡ Μαρδονίου αἰεὶ προσέκειτό τε καὶ ἐλύπεε τοὺς Ἕλληνας. οἱ γὰρ Θηβαῖοι, ἅτε μηδίζοντες μεγάλως, προθύμως ἔφερον τὸν πόλεμον, καὶ αἰεὶ κατηγέοντο μέχρι μάχης. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου προθελεχθέντες Πέρσαι τε καὶ Μῆδοι, μάλα ἔσαν οἷοι ἀποδείκνυντο ἀρετάς. Μέχρι μὲν νυν τῶν δέκα

Lacedæmoniis elapsus, in Tegeam, quæ per id tempus non erat pacata Lacedæmoniis, transfugit. Sanato vulnere & ligneo pede ascito, ex professo Lacedæmoniis hostis extitit. Sed non ad postremum ei protractum in Lacedæmonios odium profuit. nam in Zacyntho quum vaticinaretur, ab his captus atque interemptus est. Verum hic Hegesistrati XXXVII interitus posterior rebus Platæensibus fuit. Tunc autem is à Mardonio non exigua summa conductus, cupide sacrificabat, cum in Lacedæmonios odio, tum lucri gratia. Quum igitur exta non essent pulchra ad pugnam committendam neque ipsis Persis, neque Græcis qui cum illis erant, (habebant enim & Græci suum haruspicem quendam Leucadium Hippomachum) [1] quumque dilaberentur multi Græci, suasit Mardonio Timogenides Herpyis filius vir Thebanus ut exitus Cithæronis custodiendos curaret, quod diceret [2] assidue Græcos ad hostem quotidie transire, seque complures deprehendisse. Jam autem dies octo abierant positis XXXVIII eregione castris, quum iste Mardonio hoc consilium dedit. Mardonius, admoneri se probe intelligens, primis tenebris equitatum mittit ad ingressus Cithæronis qui Plataeas ferunt: quæ Bœotii Tria capita, Athenienses Capita quercus appellant. Equites missi non frustra pervenere. nacti enim ingredientia campum quingenta jumenta quæ commeatum è Peloponneso ad exercitum subvehebant, diripiunt: & eos qui jumenta sequebantur immisericorditer trucidant, neque jumentis neque hominibus parcentes. In quibus occidendis posteaquam satis sunt grassati, cum cæteris quæ eripuerant, ad Mardonium sunt & ad exercitum reversi. Post hanc rem gestam bi- XXXIX duum absumptum est, neutris pugnam lacessere volentibus. nam etsi Asopo tenus barbari processerant irritandi Græcos gratia, neutri tamen sibi transeundum statuebant. equitatus modo Mardonii progrediebatur, & Græcos molestia afficiebat: quia Thebani, utpote in amorem Medorum [1] vehementer propensi, ferebant alacriter bellum, & assidue provehebantur usque ad prœlium: deinde excipientes Persæ pariter ac Medi præcipue præclara facinora edebant. His amplius ad decem usque XL

1 Quumque subingrederentur Græci, & eorum numerus crescceret, 2 Subingredi quotidie Græcos, & fore ut ipse multos interciperet. Jam autem di-

dies

dies nihil eſt actum. [1] at ubi undecimus dies illuxit, quum & Græci multo plures efficerentur, ad Platæas caſtris eregione poſitis, & Mardonius ſtationem gravaretur, ibi venere in colloquium Mardonius Gobryæ & Artabazus Pharnacis filius, vir apud Xerxem inter paucos Perſarum virtutis expertæ. quorum conſultantum hæ fuere ſententiæ: Artabazi quidem, expediens eſſe contractis quamprimum copiis ire ad mœnia Thebana, quo multum rei frumentariæ ipſis multumque pabuli jumentis compararent: atque ibi conſidentes per ocium rem conficerent, videlicet quum multum auri tum ſignati tum non ſignati haberent, multum etiam argenti ac poculorum, ne parcerent illis; ſed ea ad Græcos mitterent, eos præcipue qui civitatibus præſiderent. fore enim ut illi ſuam traderent libertatem: neque oportere pugnandi adire diſcrimen. Eadem autem Thebanorum quæ iſtius ſententia erat, tanquam aliquid ultra hoc proſpicientis. Mardonii autem ſententia ferocior pertinaciorque, & nullo modo cedens: quippe opinantis meliorem ſuum eſſe quam Græcorum exercitum, & ſatius primo quoque tempore confligere, quam committere ut plures quam coacti erant Græci cogerentur: Hegeſiſtrati vero auſpicia valere ſinere, nec eis vim afferre: quinimo Perſarum more ſervato
LXI debere confligere. Mardonio ita opus facto eſſe cenſenti nemo contradicebat. qui, ubi ſententia ſua vicit, accitis cohortium præfectis & qui ſecum erant ducibus Græcorum (penes eum nanque erat ſumma imperii, non penes Artabazum) percontabatur num aliquod oraculum ſcirent de Perſis tanquam perituris in Græcia. Silentibus evocatis, partim quod ignorarent oracula, partim quod haud tutum putarent proferre quod ſcirent, inquit ipſe Mardonius, Quoniam vos aut nihil noſtis, aut promere non audetis, ego rem proferam, utpote bene cognitam habens. Eſt oraculum, Perſis fatale eſſe ut in Græciam profecti diripiant templum quod Delphis eſt, utque direpto templo omnes intereant. Quocirca, quum hoc ſciamus, neque diripere conabimur, neque adibimus templum, ob hanc cauſam interitum devitaturi. quo nomine quicunque veſtrum bene Perſis volunt,

ἡμερέων ὑδὲν ἔτι πλεῦν ἐγίνετο τυτέων· ὡς
ὃ ἐνδεκάτη ἐγεγόνεε ἡμέρη ἀντικατημένοισι ἀλ-
λήλοισι ἐν Πλαταιῇσι, οἵτε δὴ Ἕλληνες πολ-
λῷ πλεῦνες ἐγεγόνεσαν, καὶ Μαρδόνιος ὠφε-
ιμένεε τῇ ἕδρῃ, ἐνθαῦτα ἐς λόγους ἦλθον
Μαρδόνιός τε ὁ Γωβρύεω καὶ Ἀρτάβαζος
ὁ Φαρνάκεος, ὃς ἐν ὀλίγοισι Περσέων λῶ
ἀνὴρ δόκιμος ἦν ἀλκῇ. βουλευομένων
ὃ ἅδε ἔσαν αἱ γνῶμαι· ἡ μὲν Ἀρταβάζου,
ὡς χρεὸν εἴη ἀναζεύξαντας τῶν ταχίστην πάν-
τα τὸν στρατὸν, ἰέναι ἐς τὸ τεῖχος τὸ Θη-
βαίων, ἔνθα σῖτόν τέ σφι ἐσενηνεῖχθαι πολ-
λὸν, καὶ χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοισι. κατ' ἡσυ-
χίην τε ἰζομένους ἀλαπρήσεσθαι πιεσῶτας
τάδε. ἔχειν γὰρ χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίση-
μον, πολλὸν δὲ καὶ ἄσημον· πολλὸν δὲ καὶ ἀρ-
γύρεόν τε καὶ σκευάλας· τυτέων φειδομένους
μηδενὸς, ἀλαπέμπειν ἐς τὰς Ἑλληνίδας, Ἑλ-
λήνων δὲ μάλιστα ἐς τὰς περεσεώτας ἐν τῇσι
πόλισι· καὶ ταχέως σφέας ἀναδώσειν τῷ ἐ-
λευθερείην, μηδὲ ἀναγκαίως κινδυνεύειν συμβάλλοντας.
τότε μὲν νυν ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώ-
μη, ὡς περιεσόντος πλεῦνος καὶ τότε.
Μαρδονίῳ δὲ, ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεστέ-
ρη, καὶ ὑδαμῶς συγγινωσκομένη. δοκέειν τε
γὰρ πολλῷ κρέσσονα εἶναι τῷ σφετέρην στρα-
τιὴν τῆς Ἑλληνικῆς, συμβάλλειν τε τῷ ταχί-
στην, μηδὲ ἀνιέντας συλλεγομένους ἐπὶ πλεῦ-
νας γίνεσθαι τῶν συλλεγομένων. τά τε σφάγια
τὰ Ἡγησιστράτου ἐᾶν χαίρειν, μηδὲ βιάζεσθαι,
ἀλλὰ νόμῳ τῷ Περσέων χρεωμένους συμβάλ-
λειν. Τότε δὲ ὅτεο δικαιοῦντος, ἀντέλεγε
οὐδείς. ὥστε σκεπτέον τῇ γνώμῃ τὸ μὲν κεφα-
τὸν εἰ ἦν στρατιῆς ἔσται ἐκ βασιλῆος, ἀλλ'
ἐκ Ἀρτάβαζον. μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς
τοξιάρχους τῶν τε λεόντων, καὶ τῶν μετ' ἐωυτὸν
ἐόντων Ἑλλήνων τοὺς στρατηγοὺς, πρῶτα εἶπε
εἰδυῖα λόγιον περὶ Περσέων, ὡς "διαφθε- τῶν διαφθα-
"ρέονται ἐν τῇ Ἑλλάδι. σιγώντων δὲ τῶν ὅτε- ρέονται
κλήτων, τῶν μὲν ἐκ εἰδότων τοὺς χρησμοὺς,
τῶν δὲ, εἰδότων μὲν, ἐν ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων
τὸ λέγειν, αὐτὸς Μαρδόνιος ἔλεγε, "Ἐπεί
"τοίνυν ὑμεῖς ἢ ἴστε οὐδὲν, ἢ οὐ τολμᾶτε λέ-
"γειν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω ὡς δὴ ὀπιστάμενος. ἔστι
"λόγιον ὡς χρεὼν ἦν Πέρσας ἀπικομένους ἐς τὸν λόγον
"τὸν Ἑλλάδα, διαρπάσαι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν
"Δελφοῖσι, μετὰ δὲ τὸν διαρπαγὸν, ἀπολέ-
"σθαι πάντας. ἡμεῖς τοίνυν αὐτὸ τοῦτο ὀπι-
"στάμενοι "ἔτοι τε ἴμεν ὅπι τὸ ἱρὸν τοῦτο, τὸν οὔτε
"οὔτε ὀπιχειρήσομεν διαρπάζειν. ταύτης ἴμεν
"τε εἵνεκα τῆς αἰτίης οὐκ ἀπολεόμεθα. ὥστε
"ὑμέων ὅσοι τυγχάνουσι βουλόμενοι Πέρσῃσι,

1 Quum autem jam undecimus ageretur dies ex quo caſtra caſtris oppoſuerant, & valde auctus fuiſſet Græcorum numerus, necnon Mardonius ſtationem illam gravate ferret, ibi venere in colloq.

ἥδεσθε τῶδε εἵνεκα, ὡς ϖρειεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων. ταῦτά σφι εἶπας, δεύτερα ἐσήμαινε ϖροχαρίζεσθαί τε πάντα, καὶ δύκρεινέα ποιέεσθαι, ὡς ἅμα ἡμέρῃ τῇ ὑστεραίῃ συμβολῆς ἐσομένης. Τὸν δ' ἐγὼ τὸ χρησμὸν τὸ Μαρδονίῳ εἶπε ἐς Πέρσας ἥκειν, ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τὸ Ἐγχελέων στρατὸν οἶδα πεποιημένον, ἀλλ' οὐκ ἐς Πέρσας. ἀλλὰ τὰ μὲν Βακίδι ὄζει ἐς ταύτην τὴν μάχην πεποιημένα,

Τῷ δ' ὅτι Θερμώδοντι καὶ Ἀσωπῷ λεχεποίῃ
Ἑλλήων σώσοντι, καὶ βαρβαρόφωνον ἰύγξω,
Τῇ πολλοὶ πεσέονται, ὑπὲρ λαχέσιν τε μόρον τε,
Τοξοφόρων Μήδων ὅταν ἄσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.

ταῦτα μὲν καὶ ϖροπλήσια τούτοισι ἄλλα Μουσαίῳ ἔχοντα οἶδα ἐς Πέρσας. ὁ δὲ Θερμώδων ϖοταμὸς ῥέει μεταξὺ Τανάγρης τε καὶ Γλισαντος. Μετὰ δὲ τὴν ἐπειρώτησιν τοῦ χρησμοῦ, καὶ ϖροαίνεσιν τὴν ἐκ Μαρδονίου, νὺξ τε ἐγίνετο, καὶ ἐς φυλακὰς ἐτάσσοντο. ὡς δὲ ϖρόσω τῆς νυκτὸς ϖροελήλαθε, καὶ ἡσυχίη ἐδόκεε εἶναι ἀνὰ τὰ στρατόπεδα, καὶ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι εἶναι ἐν ὕπνῳ, τότε καὶ αὐτὸς ϖροσελάσας ἵππῳ ϖρὸς τὰς φυλακὰς τῶν Ἀθηναίων Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω, στρατηγός τε ἐὼν, καὶ βασιλεὺς Μακεδόνων, ἐδίζητο τοῖσι στρατηγοῖσι ἐς λόγους ἐλθεῖν. τῶν δὲ φυλάκων οἱ μὲν πλεῦνες παρέμενον, οἱ δ' ἔδυσαν ὅτι τοὺς στρατηγούς. ἐλθόντες δὲ ἔλεγον ὡς ἀνθρωπος ἥκει ἐπ' ἵππου ἐκ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Μήδων· ὃς ἄλλο μὲν οὐδὲν ϖροαγορεύει ἔπος, στρατηγοὺς δὲ ὀνομάζων, ἐθέλειν φησὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν. Οἱ δὲ ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσαν, αὐτίκα ἔσπευδον ἐς τὰς φυλακάς. ἀπικομένοισι δὲ ἔλεγε Ἀλέξανδρος τάδε, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ϖροθήκην ὑμῖν τὰ ἔπεα τάδε τίθεμαι, ἀπόῤῥητα ϖοιεύμενος ϖρὸς μηδένα λέγειν ὑμέας ἄλλον ἢ Παυσανίην, μή με ϖροΐδητε φθείραντες. ἐδεῖ γὰρ ἄν ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλως ἐκινδύνευε σωτηρίης τῆς Ἑλλάδος. αὐτός τε γὰρ Ἕλλην γένος εἰμὶ τῷρεαῖον, καὶ ἀντ' ἐλευθερίης δεδουλωμένην ἐκ ἂν ἐθέλοιμι ὁρᾶν τὴν Ἑλλάδα. λέγω δὲ ὧν ὅτι Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναται κατὰ θύμα γενέσθαι· πάλαι γὰρ ἂν ἐμάχεσθε· νῦν δέ οἱ δέδοκται, τὰ μὲν σφάγια ἐᾶν χαίρειν, ἅμα ἡμέρῃ δὲ ϖροφανείσῃ συμβολὴν ϖοιέεσθαι. καὶ ἀῤῥώδησε γὰρ μὴ πλεῦνες συναχθῆτε, ὡς ἐγὼ ἐκάζω. ϖρὸς ταῦτα ἑτοιμάζεσθε. ἢν δὲ ἄρα ὑπερβάλητε τὴν συμβολὴν Μαρδονίῳ, καὶ μὴ ϖοιῆται, λιποῤῥέετε

voluptatem capiant, tanquam Perſis Græcos ſuperaturis. Hæc loquutus, ſecundo loco ſignum dedit ut omnia [1] apparárent, & corpora curarent, veluti ſub lucis exortu prœlio futuro. Oraculum autem, quod XLII
ad Perſas aiebat ſpectare Mardonius, id ego ſcio non Perſis redditum eſſe, ſed Illyriis & Encheleorum copiis. Quod autem de hoc prœlio redditum eſt à Bacide, id vero hoc fuiſſe,

Gramineis ripis Aſopi ac Thermodontis
Barbaricæ Graiis acies clamore coibunt.
Hîc multi occumbent defuncti munere vitæ,
Quando ſagittiferis aderit lux ultima Medis.

Hæc ego atque alia his ſimilia è Muſæo novi ad Perſas ſpectaviſſe. Fluvius autem Thermodon Tanagram ac Gliſantem interfluit. ¶ In- XLIII
ſequenti nocte quàm Mardonius de oraculis interrogavit, exhortatuſque ſuos eſt, excubitores diſpoſiti fuere. Ejus noctis quum multum proceſſiſſet, conticiniumque in exercitu eſſet & tempus concubium, tunc Alexander Amyntæ filius, dux & idem rex Macedonum, ad excubias Athenienſium adequitavit, efflagitavitque ſuos ut cum ducibus colloqueretur. Id audientes excubitores, plerique remanſerunt, nonnulli ad duces concurrerunt: quibus aditis inquiunt quendam equo advectum eſſe è caſtris Medorum: qui nihil aliud proloqueretur, niſi nominatim appellans Athenienſium duces, velle ſe in colloquium illorum venire. Duces, XLIV
hoc audito, confeſtim ad locum excubiarum ſequuti ſunt. quos Alexander ubi venere, his verbis alloquutus eſt, Viri Athenienſes, hæc ego vobis verba, pro depoſito trado, necui efferatis niſi Pauſaniæ: ne ob id me perditum eatis. Quod haudquaquam dicerem niſi de univerſa Græcia ſolicitus eſſem: quippe qui vetuſta origine Græcus ſum, nec vellem videre Græciam [2] pro libera ſervientem. Itaque vos certiores facio, Mardonium atque exercitum litare non poſſe, alioqui olim jam conflicturum fuiſſe. Is nunc ſacrificia valere ſinere conſtituit, ubi primum illuxerit, vobiſcum confligere: extimeſcens admodum (quantum ego conjicio) ne plures ad copias veſtras accedant. Ad hæc vos parati eſtote. Quod ſi differet Mardonius, nec committet certamen, vos perſeverate

1 Apparárent, & ſingula ordine diſponerent. 2 Ex libera factam ſervam. *vel, in ſervitutem redactam.*

hic ma-

hîc manere: ad paucos enim dies eis ſuppeditat commeatus. Quod ſi hoc bellum vobis ex ſententia finietur, debebit aliquis veſtrûm reminiſci mei meæq; liberationis, qui Græcorum cauſa rem adeo [1] temerariam, libenter tamen feci, ut ad vos conſilium Mardonii deferrem: ne barbari ex improviſo vos adorirentur. Ego autem ſum Alexander Macedo. Hæc loquutus Alexander, ad exercitum ſe recepit ad ſuamq; ſtationem.

ὄντων ὦ τυτέων, περιδύμως εἶξαν οἱ Πελοποννήσιοι· καὶ οὕτω δὴ Σαμίους τε καὶ Χίους καὶ Λεσβίους, καὶ τοὺς ἄλλους νησιώτας, οἳ ἔτυχον συστρατευόμενοι τοῖσι Ἕλλησι, ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐπιτήσατο, πίστιν λαβόντες καὶ ὁρκίοισι, ἐμμενέειν τε καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι· τούτους ὦ λαβόντες ὁρκίοισι, ἔπλεον τὰς γεφύρας λύσοντες. ἔτι γὰρ ἐδόκεον ἐντεταμμένας [1] διήσειν. οὕτω μὲν δὴ ἐπ' Ἑλλησπόντου ἔπλεον. Τῶν ὦ ἀπεφυγόντων βαρβάρων, ἐς τὰ ἄκρα τῆς Μυκάλης καταληθέντων, ἐόντων ἐς πολλῶν, ἐγίνετο κομιδὴ ἐς Σάρδις· πορευομένων ὦ καὶ ὁδὸν, Μασίστης ὁ Δαρείου ὠθισθεὶς ὑπὸ τοῦ παιδείου τοῦ γενομένου, ἔφερε μὲν Ἀρταΰντην ἐλέγχων πολλά τε καὶ κακά, ἄλλα τε καὶ γυναικὸς κακίω φὰς αὐτὸν εἶναι, τοιαῦτα φερτηριάσας· καὶ ἄξιον εἶναι) παντὸς κακοῦ, τὸν βασιλέος οἶκον κακώσαντα. ὧδε ὦ τοῖσι Πέρσῃσι, γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι, δεινὸν μέγιστόν ἐστι. ὁ ὦ, ἐπεὶ πολλὰ ἤκουσε, δεινὰ ποιησάμενος, σπᾶται μὲν τὸν Μασίστην τὸν ἀκινάκεα, ἀπικνέεσθαι δὲ [2] φθάσας Ξεναγόρης ὁ Πραξίλεω, ἀνὴρ Ἁλικαρνησσεύς, ὄπισθε ἑστεὼς αὐτοῦ Ἀρταΰντεω, ἁρπάζει μέσον καὶ ἐξαίρας, παίει ἐς τὴν γῆν. καὶ ἐν τούτῳ οἱ δορυφόροι [3] Μασίστεω προέσχον. ὁ ὦ Ξεναγόρης ταῦτα ἐργάσατο, χάριτα αὐτοῦ τε Μασίστεω τοῦ θέλοντος καὶ Ξέρξεω, σώσαντος τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ ἐκείνου· καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου Ξεναγόρης πάσης ἦρξε Κιλικίης, δόντος βασιλέος. ἐπὶ ὦ καὶ ὁδὸν πορευομένων βαρβάρων, οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο τυτέων, ἀλλ' ἀπικνέονται ἐς Σάρδις. ἐν ὦ τῇσι Σάρδισι ἐτύγχανε ἐὼν βασιλεὺς ἔτι ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεὶ τε ἐξ Ἀθηναίων προσπαίσας τῇ ναυμαχίῃ φυγὼν ἀπίκετο. Τότε δὴ ἐν τῇσι Σάρδισι ἐὼν ἄρα, ἤρα τῆς Μασίστεω γυναικὸς, εὐειδὴς καὶ ταύτης ἐνθαῦτα· ὡς δέ οἱ προσπέμποντι οὐκ ἐδυνάτο καταγαδῆναι, οὐδὲ βίην προσφέρετο, προμηθεόμενος τὸν ἀδελφεὸν Μασίστην (τοῦτο ὦ τοῦτο ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα· οὐ γὰρ δὴ σαλοβίης γε πευξομένη) ἐνθαῦτα δὴ Ξέρξης ἐρῶν ἐμεῦ τῆς ἄλλων, πρόσχει τὸν γάμον τοῦτον τῷ παιδὶ τῷ ἑωυτοῦ Δαρείῳ θυγατέρα τῆς γυναικὸς ταύτης καὶ Μασίστεω· δοκέων αὐτὴν μάλλον λαμψεσθαι [4] οὕτω ταῦτα ποιήσας. ἁρμόσας ὦ, καὶ τὰ νομιζόμενα ποιήσας, ἀπήλαυνε ἐς Σοῦσα· ἐπεὶ ὦ ἐκεῖσε ἀπίκετο, καὶ ἠγάγετο ἐς ἑωυτοῦ Δαρείῳ τὴν γυναῖκα, οὕτω δὴ τῆς Μασίστεω μὲν γυναικὸς ἐπέπαυτο· ὁ ὦ, διαμειψάμενος, ἦρα τε καὶ ἐτύγχανε τῆς Δαρείου μὲν γυναικὸς, Μασίστεω ὦ θυγατρὸς· ἐνόμα ὦ τῇ γυναικὶ ταύτῃ τὸν Ἀρταΰντην. Χρόνῳ ὦ προϊόντος, ἀνά-

derent, Athenienſes, libenter eis ceſſere Peloponnenſes: atque ita Samios & Chios & Lesbios ac cæteros inſulanos, qui ſecum militabant, ad ſocietatis fœdus adegerunt, data acceptaque fide cum jurejurando, ſe permanſuros in ſocietate, nec ab ea deſcituros. Hoc jurejurando accepto, ad pontes ſolvendos navigaverunt, rati adhuc illos intentos ſe eſſe inventuros. Et iſti quidem in Helleſpontum navigabant. ¶ Ii vero CVI barbari qui profugerant, non ita multi quum ad cacumina Mycales perveniſſent, ſe Sardis recipiebant. Qui dum iter faciunt, Maſiſtes Darii filius, qui pugnæ male geſtæ adfuerat, conviciari Aratayntæ cum aliis multis probris, tum vero dicere, illum muliere fuiſſe ignaviorem, [1] qui ita illam præfecturam adminiſtraſſet: dignumque omni malo eſſe qui de regia domo male meritus eſſet. Apud Perſas autem ſummo opprobrio datur, audire ſe muliere eſſe ignaviorem. Artayntes igitur, ubi multa audiit, indigne ferens, acinacem in Maſiſtem ſtringit, interficiendi avidus. quem irruentem cernens Xenagoras Praxilai filius, vir Halicarnaſſeus, ut ſtabat à tergo, hominem medium accipit, ſublatumque humi allidit. intereaque ſatellites Maſiſtis adfuere. Eo facto Xenagoras & ipſius Maſiſtis gratiam iniit, & Xerxis, cujus fratrem ſervaſſet. quippe ab eo ob hanc rem totius Ciliciæ præfectura donatus eſt. Nihil hoc amplius inter viam barbari egerunt, Sardiſq; pervenerunt, ubi rex erat ex eo tempore quo, prælio navali male geſto, Athenis illuc profugerat, ¶ Sardibus autem tunc agens, adamaCVII bat uxorem Maſiſtis, quæ & ipſa illic erat. ea quum potiri non poſſet, neque donis miſſitandis, neq; vi, quam afferre nolebat, fratris Maſiſtis reſpectu: (quæ res & mulierem retinebat, probe gnaram non ſe coactum iri vi) ibi Xerxes cæteris prohibitus, huc evaſit ut filio ſuo Dario in matrimonium daret filiam hujus mulieris, ac Maſiſtis: exiſtimans, ſi hoc feciſſet, commodius ſe illa potiturum. Contracto matrimonio, aliiſque ex conſuetudine celebratis, Suſa profectus eſt, eo poſtquam pervenit, & uxorem Dario domum duxit, ita demum ab uxoris Maſiſtis amore ceſſavit, [2] adamata ex familiaritate nurus Maſiſtæ filia, cui nomen erat Artayntæ. Qua quum CVIII potiretur, proceſſu temporis res pa-

---

1 Qui ita munere imperatorio functus eſſet: 2 Et permutatis *ſui amoris* vicibus, adamavit, atque adeo potitus eſt ea quæ Darii quidem uxor, Maſiſtæ autem erat filia.

tefacta

tefacta est, hunc in modum: Amestris uxor Xerxis, amiculum quod ipsa texuerat, grande atque variegatum, & spectatu dignum, viro donavit. Quo ille delectatus atq; amictus, ad Artayntam se confert: atque ubi se oblectavit cum ea, jussit à se petere muliérem quæ optaret sibi fieri in remunerationem obsequii. omnia enim quæ peteret, impetraturam. Ad hoc illa respondens, (debebatur enim toti familiæ infortunium) Dabisne, inquit, mihi quicquid à te petiero? Xerxes, omnia alia potius eam petituram ratus, cum jurejurando promisit. Qui postquam juravit, mulier intrepide amiculum poposcit. Xerxes enimvero recusare, non ob aliud quam quod vereretur Amestrin, ne sic illa rem quæ agebatur, jampridem suspicata, deprehenderet: sed offerre ei & urbes, & immensam vim auri, & copias militum, quibus nemo præter illam esset imperaturus. Eximium autem donum est apud Persas, exercitu donari. Verum quum non posset persuadere mulieri, amiculum dedit. Quo dono illa supramodum lata, eo gestando gestiebat.

CIX Amestris ubi mulierem habere amiculum scivit, & rem gestam, non in puellam concepit odium, sed in illius matrem, penes quam culpam & quam hujus rei authorem esse credebat, exitium machinatur. Observato itaque tempore quo vir suus Xerxes regalem instrueret cœnam, quæ cœna semel quotannis eo die quo rex creatus est instruebatur: (cœnæ nomen Persice Tycta, Græce τέλειον, *id est, perfecta*: in qua rex solùm caput [1] ornatur, Persasq; strenis donat) hoc die observato Amestris à Xerxe petiit ut se Masistæ uxore donaret. Xerxes id indignum facto nefariumq; arbitrari, uxorem germani dono dari, eamq; insontem negocii illius cujus causa uxor sua eam flagitaret.

CX Tandem hujus precibus evictus, & instituto, quo nefas est regia cœna propolita orantem non exorare, invitus admodum annuit: tradensq; uxori, ac jubens facere quod liberet, germano ad se accersito, ita inquit, Masista, tu Darii filius es, idemq; mihi frater, præterea vir eximius: tamen cum ista muliere, cum qua contubernium habes, noli habere: in cujus locum dabo tibi filiam meam cum qua contubernium habeas. Istam autem quam in matrimonio habes (non enim mihi videtur habenda)

πυστα γίνεται τρόπῳ τοιῷδε· ὑφήνασα Ἀμηστρὶς ἡ Ξέρξεω γυνὴ φᾶρος μέγα τε καὶ ποικίλον καὶ θέης ἄξιον, δίδωσι Ξέρξῃ. ὁ δέ, ἥδεις, τερπόμενος τε καὶ ἔρχεται φέρων παρὰ τὸν Ἀρταΰντην. ἡδεῖς δὲ καὶ ταύτῃ, ἐκέλευσε αὐτὸν αἰτῆσαι ὅ, τι βούλεται οἱ γενέσθαι ἀντὶ τῆς αὐτοῦ ἐπιουργημένων. πάντα γὰρ τοὺξεδὴ αἰτήσασθαι. τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε παντοίῃ γενεῇ, πρὸς ταῦτα εἶπε Ξέρξης, Δώσεις μοι τὸ ἄν σε αἰτήσω; ὁ δέ, πάν μᾶλλον δοκέων ἐκείνην αἰτῆσαι, ὑπισχνέετο καὶ ὤμοσε. ἡ δέ, ὡς ὤμοσε, ἀδεῶς αἰτέει τὸ φᾶρος. Ξέρξης δέ, παντοίως ἐχθόμενος, οὐ βουλόμενος δεινῶσαι κατ' ἄλλο μηδέν, φοβεόμενος δὲ Ἀμηστριν, μὴ καὶ πρὶν καλεικαζέσῃ τὰ γινόμενα, ἔτω ἐπιδυεδὴ πρήσσων. ἀλλὰ πόλις τε ἐδίδου καὶ χρυσὸν ἄπλετον, καὶ στρατὸν τῷ ἔμελλε οὐδεὶς ἄρξειν ἀλλ' ἢ ἐκείνη· (περιῆν δὲ κάρτα ὁ στρατὸς οὗτος) ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε. διδοῖ τὸ φᾶρος. ἡ δὲ, ὡς εἶχε χαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφόρεέ τε καὶ ἠγάλλετο. καὶ ἡ Ἀμηστρὶς πυθάνεται μὲν ἔχουσαν. μαθοῦσα δὲ τὸ ποιεύμενον, τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ ἔσχε ἔγκοτον· ἡ δέ, ἐλπίζουσα τιμὴν μητέρα αὐτῆς εἶναι αἰτίην, καὶ ταῦτα ἐκείνην πρήσσειν, τῇ Μασίστεω γυναικὶ ἐβούλευε ὀλέθριον. φυλάξασα δὲ τὸν ἄνδρα τὸν ἑωυτῆς Ξέρξεω βασιλήιον δεῖπνον προτιθέμενον· τοῦτο δὲ τὸ δεῖπνον παρασκευάζεται ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεύς. οὔνομα δὲ τῷ δείπνῳ τούτῳ, Περσιστὶ μέν, τυκτά· κατὰ δὲ τὸν Ἑλλήνων γλῶσσαν, τέλειον. τότε καὶ τὴν κεφαλὴν μοῦνον βασιλεὺς [*] σμᾶται μοιῶν βασιλεύς· καὶ Πέρσῃσι δωρέεται. ταύτην δὴ τὴν ἡμέρην φυλάξασα ἡ Ἀμηστρὶς, χρήζει τοῦ Ξέρξεω, δεδιδαγμένη τὴν Μασίστεω γυναῖκα. ὁ δὲ δεινόν τε καὶ ἀνάρσιον ἐποιέετο, τοῦτο μὲν, ἀδελφεῦ γυναῖκα παραδοῦναι, τοῦτο δέ, ἀναξίην ἐοῦσαν τοῦ πρήγματος τούτου. συνῆκε γὰρ τοῦ εἵνεκεν ἐδέετο. Τέλος μέντοι, ἐκείνης τε λιπαρεούσης, καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐξεργομένου, (ὅτι ἀτυχήσας τὸν χρήζοντα, ἔξεστι δυνατὸν ἐστὶ βασιλῆϊ δεῖπνον παρεσκευασμένῳ) κήδεται δὴ ἀέκων καὶ ἀνιεύμενος καὶ παραδίδοι, ποιέει ὧδε· τὴν μὲν κελεύει ποιέειν τὸ βούλεται· ὁ δέ, μετασπεμψάμενος τὸν ἀδελφεόν, λέγει τάδε, Μασίστα, σὺ εἶς Δαρείου καὶ παῖς, καὶ ἐμὸς ἀδελφεός· πρὸς δ' ἔτι τούτοισι, καὶ εἰς ἀνὴρ ἀγαθός· γυναικὶ δὲ ταύτῃ τῇ νῦν συνοικέεις, μὴ συνοίκεε· ἀλλά τοι ἀντ' ἐμεῦ ἐγὼ δίδωμι θυγατέρα τὴν ἐμήν. ταύτῃ συνοίκεε· τὴν δὲ νῦν ἔχεις (ἐμὲ γὰρ δοκέει ἐμοὶ)

1 *Diversam à nostra lectionem videtur esse sequutus.* * Minùs rectè hunc locum interpretatus est Valla; nam σμᾶσθαι est operosius quiddam, cum adhibito smegmate caput defricatur, quod semel tantum quotannis, idq; die solenni factum esse legimus. *Casaub. in Athenæum.*

μὴ ἔχε γυναῖκα. ὁ δὲ Μασίστης ἀπιθωύμασας "τὰ λεγόμενα, λέγει τάδε, Ὦ δέσποτα, τίνα "μοι λόγον λέγεις ἄχρηστον, κελεύων μοι "γυναῖκα, ἐκ τῆς μοι παῖδες νεηνίαι τε εἰσὶ "τρεῖς, καὶ θυγατέρες, τῶν καὶ σὺ μίαν τῷ "παιδὶ τῷ σεωυτοῦ ἠγάγευ γυναῖκα· αὖτε "τί μοι νῦν τυγχάνει χάρτα ἐοῦσα· "ταύτην με κελεύεις μεθεῖναι, θυγατέρα "σεωυτοῦ γῆμαι; ἐγὼ δέ, βασιλεῦ, μεγάλα "μοι ποιεῦμαι, ἀξιούμενος θυγατρὸς τῆς "σῆς, ποιήσω μέντοι τοι τῶν ἐόντων ἐλάσσονα. σὺ δὲ "μηδαμῶς βίῃ πρήγματος τοιοῦδε δεόμενος· "ἀλλὰ τῇ τε σῇ θυγατρὶ ἀνὴρ ἄλλος φανήσεται ἐμεῦ ἐὸν ἧσσον, ἐμέ τε ἔα γυναικὶ τῇ ἐμῇ συνοικέειν. ὁ μὲν δὴ τοιούτοισι ἀμείβετο· "Ξέρξης δὲ θυμωθεὶς λέγει τάδε, Οὕτω δή "τοι Μασίστα πέπρηκται. ἔτι γὰρ ἄν τι δοίην "θυγατέρα τε ἐμὴν γῆμαι, ἔτι ἐκείνῃ ἔτι "πλεῦνα χρόνον συνοικήσεις· ὡς μάθῃς τὰ διδύμεα δέκεσθαι. ὁ μὲν, ὡς ταῦτα ἤκουσε, εἶ- "πας τοσόνδε, ἐχώρεε ἔξω, Δέσποτα, οὐ "δή κω με ἀπώλεσας. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ μέσῳ χεόντων τῶν Ξέρξης τῷ ἀδελφεῷ διελέγετο, ἡ Ἀμηστρις μεταπεμψαμένη τοὺς δορυφόρους τοῦ Ξέρξεω, ἀκρωμαίνεται τε γυναῖκα τὴν Μασίστεω· τοῦ τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα, κυσὶ προέβαλε· καὶ ῥῖνα, καὶ ὦτα, καὶ χεῖλεα, καὶ γλῶσσαν ἐκταμοῦσα, ἐς οἰκήιον μιν ἀπιπέμπει ἀκρωμασμένην. Ὁ δὲ Μασίστης, ἐδέν κω ἀκηκοὼς τυτέων, ἐλπόμενος δέ τι οἱ κακὸν ἔσεσθαι), ἐσαΐσσει δρόμῳ ἐς τοὺς οἰκίας· ἰδὼν δὲ διεφθαρμένην τὴν γυναῖκα, αὐτίκα μετὰ ταῦτα συμβουλευσάμενος τοῖσι παισὶ, ἐπορεύετο ἐς Βακτρίους σύν τε τοῖσι ἑωυτοῦ ἰδίοισι, καὶ δή κου τοῖσι καὶ ἄλλοισι, οὓς ἀπικνέσθαι νομὸν τὸν Βακτρίων, καὶ ποιήσων τοὺς μέγιστα κακῶν βασιλέα. τοῦτο μὲν ἂν καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ δοκέει, εἰ πρότερον ἔφθη ἀναβὰς ἐς τοὺς Βακτρίους, καὶ τοὺς Σάκας· 351 καὶ γὰρ ἔστεργόν τέ μιν, καὶ ἦν ὕπαρχος τῶν Βακτρίων. ἀλλὰ γὰρ Ξέρξης πυθόμενος ταῦτα ἐκεῖνον πρήσσοντα, πέμψας ἐπ' αὐτὸν στρατιὴν ἐν τῇ ὁδῷ κατέκτεινε αὐτόν τε ἐκεῖνον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου. κατὰ μὲν δὴ τὰ ἔρωτα τὰ Ξέρξεω, καὶ τὰ Μασίστεω θάνατον, τοσαῦτα ἐγένετο. Οἱ δὲ ἐκ Μυκάλης ὁρμηθέντες Ἕλληνες ἐπὶ Ἕλληνας ὄντας, πρῶτον μὲν περὶ Λεκτὸν ὦρμεον, ὑπὸ ἀνέμων ἀπολαμφθέντες· ἐνθεῦτεν δὲ ἀπίκοντο ἐς Ἄβυδον, καὶ τὰς γεφύρας εὗρον Ἀγαιλευμένας, τὰς ἐδόκεον διήσειν ἔτι ἐστεμένας· καὶ τυτέων ἐκ ἦσσα ἕνεκα ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἀπίκοντο. τοῖσι μὲν νῦν ἀμφὶ Λευτυχίδεα Πελοποννησίοισι

missam facias. His verbis stupefactus Masistes, Domine, inquit, [1] quam tu mecum orationem habes importunam: qui uxorem, [2] ex qua liberi mihi sunt adolescentes, & filiæ, (quarum unam tu filio tuo duxisti uxorem) jubes me relinquere (quæ mihi est ex animi mei sententia) ut filiam tuam in matrimonio ducam? Equidem, rex, etsi magni facio me dignari conjugio filiæ tuæ, tamen nutrum istorum faciam. [3] tu vero, qui nequaquam necesse habes, noli ad hoc rei me cogere. alius non inferior me existet maritus filiæ tuæ: sine me meæ uxoris consuetudine frui. Hæc ille quum respondisset, percitus ira Xerxes, Atqui, inquit, [4] ita tecum, Masista, agetur, ut neq; jam tibi filiam meam nuptum dem, neq; tu consuetudine tuæ diutius fruaris: ut discas accipere oblata. Masistes his auditis, extra abiit, hactenus loquutus, Domine, nondum me interemisti. Hoc interim tempore dum Xerxes cum fratre colloquitur, Amestris accitis satellitibus Xerxis, uxorem Masistæ excarnificat, mamillas præcidit, easq; canibus abjicit: præcidit nares, aures, labra, linguam: atque ita excarnificatam remittit domum. Harum rerum quum nihil audisset Masistes, metuens tamen aliquid sibi esse mali, cursu se domum proripiebat. ubi vero mutilatam uxorem vidit, confestim inito cum liberis consilio, abiit Bactra cum illis & aliis quibusdam, tanquam provinciam Bactriam ad defectionem inducturus, & plurimum mali regi facturus. Quod & contigisset (ut mihi videtur) [5] si occupasset ad Bactrios & ad Sacas ascendere. etenim præses erat Bactriorum, à provincialibusque diligebatur. Sed hæc eum [6] perpetraturum Xerxes audiens, missis adversus hominem copiis, & ipsum & liberos & copias in itinere trucidavit. De amore Xerxis & nece Masistæ hæc hactenus. ¶ Græci à Mycale profecti Hellespontum versus, primum circa Lecton stationem habuerunt, à ventis intercepti. Inde solventes, Abydum tenuerunt: & quum pontes, quorum præcipue causâ illuc ierant, credentes se adhuc eos intentos esse inventuros, reperissent solutos, deliberabant. Leutychidi & qui cum eo erant Lacedæmoniis,

τὶ τὼ σὸν γῆμαι.

CXI

CXII

CXIII

1 Quæ est ista futilis qua uteris apud me, oratio? Q. d. *Quorsum spectat?* 2 Ex qua tres mihi lib. 3 Tu vero ne mihi vim adferas, hanc à me rem contendens. 4 Ita res tuæ comparatæ sunt. *vel, Ita se res tuæ habent. vel (retinendo idem loquendi genus) Ita tecum actum est.* 5 *Id est, Si ad Bactrios & Sacas prius pervenire potuisset, quam rex de eo quod molitabatur, certior factus esset.* 6 Molientem, *vel, agitantem.*

videba-

videbatur in Græciam redeundum: Athenienſibus autem & eorum duci Xanthippo, illic manendum, ut Cherſoneſum tentarent. Itaq; Peloponnenſes quidem abiere: Athenienſes vero Abydo in Cherſoneſum trajicientes, Seſtum
CXIV obſidebant. Huc, poſtquam auditum eſt Græcos in Helleſponto adeſſe, tanquam ad omnium ejus tractus urbium validiſſimo muro præditam, convenere cum alii ex aliis circa oppidis, tum ex Cardia OEbazus, vir Perſa, qui arma è pontibus illuc comportaverat. Tenebant autem id oppidum indigenæ Æoles, junctis Perſis pariter & magna
CXV ſociorum frequentia. Tyrannidem illius provinciæ obtinebat Xerxis prætor Artayctes, vir ille quidem Perſa, ſed dirus tamen & facinoroſus, qui [1] Xerxem Athenas tendentem ex Eleunte circumvenit, petitis Proteſilai Iphiclo geniti pecuniis. Etenim eſt in Eleunte Cherſoneſi Proteſilai ſepulcrum, & ei fanum circumjectum ubi inerat ingens vis pecuniæ, necnon phialæ aureæ argenteæq; & æs & veſtis, aliaq; donaria quæ Artayctes rege donante compilavit, his verbis eum circumveniens, Here, eſt hoc in loco domus viri Græci, qui cum militum copiis terram tuam adortus, meritas morte pœnas dedit: ejus mihi domum dato, ut diſcant alii non militare adverſus regionem tuam. Hæc dicendo [2] facile erat perſuadere Xerxi ut largiretur ſibi domum ejus viri de quo nihil ſuſpicabatur iſtum ea ſentire. Enimvero ſentiebat Artayctes Proteſilaum in provinciam regis militaſſe, quod videlicet Perſæ omnem Aſiam ſuam eſſe arbitrabantur, & ejus ſemper qui potitur regno. Hic, poſtquam pecuniis ab rege donatus eſt, eas ab Eleunte ad Seſton exportavit, fanumq; ſevit & coluit: & quoties Eleuntem pergebat, in adyto, *id eſt, in templi loco inacceſſo*, cum mulieribus concumbebat. Tunc autem ab Athenienſibus obſidebatur, nullis rebus præparatis quæ pertinerent ad tolerandam obſidionem, quam non expectaverat,
CXVI ex improviſo à Græcis invaſus. Illi, poſteaquam ſibi obſidentibus advenerat autumnus, gravari peregrinam à patria expeditionem, quoniam murum expugnare non poſſent. itaq; orare duces ſuos ut ſe illinc reducerent. Duces negare ſe prius id facturos quam aut mu-

ἔδοξε ἀπιπλέειν ἐς τὴν Ἑλλάδα. Ἀθηναίοισι δὲ, καὶ Ξανθίππῳ τῷ στρατηγῷ, αὐτοῦ καταμείνασι, πειρᾶσθαι τῆς Χερσονήσου. οἱ μὲν δὴ ἀπέπλεον. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐκ τῆς Ἀβύδου ἀναβάντες ἐς τὴν Χερσόνησον, Σηστὸν ἐπολιόρκεον. Ἐς δὲ τὴν Σηστὸν ταύτην, ὡς ἐόντα ἰσχυροτάτην πάντων τῶν κατὰ τὴν ἰσχυ-
ταύτην, σωιῆλθον, ὡς ἤκουσε παρεῖναι τοὺς στρατὸν ἐλλέγοντας Ἕλληνας ἐς τὸ Ἑλλήσποντον, ἔκ τε τῶν ἄλ-
10 λων τῶν Ἑλλησποντίων, καὶ δὴ καὶ ἐκ Καρδίης πόλιος, Οἰόβαζος, ἀνὴρ Πέρσης, ὃς τὰ ἐκ τῶν στρατηγεφυρέων ὅπλα ἐνθαῦτα ἦν κεκομικώς. ἔχουσι δὲ ταύτην ὑπῆκοοι Αἰολέες, σωιῆσαν δὲ Πέρσαι τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων συχνὸς ὅμιλος. Ἐτυράννευε δὲ τότε τῆς νομῆς Ξέρξεω ὕπαρχος Ἀρταύκτης, ἀνὴρ μὲν Πέρσης, δεινὸς δὲ καὶ ἀτάσθαλος· ὃς καὶ βασιλῆα ἐλαυνόντα ἐπ' Ἀθήνας ἐξηπάτησε, τὰ Πρωτεσίλεω τοῦ Ἰφίκλου χρή-
20 ματα ἐξ Ἐλεοῦντος ὑφελόμενος. ἐν γὰρ Ἐλεοῦντι τῆς Χερσονήσου ἐστὶ Πρωτεσίλεω τάφος τε, καὶ τέμενος ἐπ' αὐτῷ, ἔνδα ἦεν χρήματα πολλὰ, καὶ φιάλαι χρύσεαι καὶ ἀργύρεαι, καὶ χαλκὸς, καὶ ἐσθὴς, καὶ ἄλλα ἀναθήματα, τὰ Ἀρταύκτης ἐσύλησε, βασιλῆϊ δοὺς λέγων δὲ "τοιάδε, Ξέρξεα διεβάλετο, Δέσποτα, ἐς τὸ "οἶκος ἀνδρὸς Ἕλληνος ἐνθαῦτα, ὃς ἐπὶ "γῆν σὴν στρατὸν ἠλάσας δίκης κυρήσας, "ἀπέθανε· τότε μοι δὸς τὸν οἶκον, ἵνα καί τις
30 "μάθῃ ὅτι γῆν τὴν σὴν μὴ στρατεύεσθαι ταῦτα λέγων, εὐπετέως ἔμελλε ἀναπείσειν Ξέρξεα δοῦναι ἀνδρὸς οἶκον, ὃς ἐς τοσοῦτον ὑβρίκεε ἐς τὸν ἑωυτοῦ δεσπότεα. ἐφέρετο. ὅτι γῆν δὲ τὴν βασιλῆος στρατεύεσθαι Πρωτεσίλεων ἔλεγε, νέων τοιάδε· "Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι ἑωυτῶν Πέρσαι εἶναι, καὶ τὸν αἰεὶ βασιλεύοντα. ἐπεὶ δὲ ἐδόθη τὰ χρήματα, ἐξ Ἐλεοῦντος ἐς Σηστὸν ἐξεφόρησε, καὶ τὸ τέμενος ἔσπειρε,
40 καὶ ἐνέμετο. αὐτός τε ὅκως ἀπίκοιτο ἐς Ἐλαιοῦντα, ἐν τῷ ἀδύτῳ γυναιξὶ ἐμίσγετο. τότε δὲ ἐπολιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων, ἅτε παρεσκευασμένων ἐς πολιορκίην, ἅτε πρόσδεχόμενοι τοὺς Ἕλληνας. ἀφύκτας δὲ κως αὐτοὺς ἐπέπεσον. Ἐπεὶ δὲ πολιορκεομένοισί σφι φθινόπωρον ἐπεγένετο, καὶ ἧσχαλον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπό τε τῆς ἑωυτῶν ἀποδημέοντες, καὶ οὐ δυνάμενοι ἐξελεῖν τὸ τεῖχος, ἐδέοντό τε τῶν στρατηγῶν ὅκως ἀπα-
50 γάγοιεν σφέας ὀπίσω. οἱ δὲ ἐκ ἔφασαν, πρὶν ἢ

1 Xerxem Ath. tendentem circumvenit, ſubreptis ex Eleunte pecuniis Iphicli. 2 Facile domum illius viri à Xerxe impetraturus erat, de iis quæ ille cogitabat nihil ſuſpicato.

ἐξέλωσι, ἢ τὸ Ἀθηναίων ἡγεμονικὸν σφέας μετὰ πέμψηται. ὥστε δὴ ἔσεσθαι τὰ παρεόντα. Οἱ δ' ἐν τῷ τείχεϊ ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτεα ἐς πᾶν ἤδη κακῶν ἀπιγμένοι ἦσαν ἔτω, ὥστε τὰς τόνους ἐψωνῖσθαι τῆσι κλινέσι, ἐσιτέοντο. ἐπεί τε δὲ ἐδὲ ταῦτα ἔτι εἶχον, ἔτω δὴ νὺξ λαβοῦσα οἴχονται ἀποδεδρηκότες οἵ τε Πέρσαι, καὶ ὁ Ἀρταΰκτης καὶ ὁ Οἰόβαζος, ὄπισθε τοῦ τείχεος καταβάντες, τῇ ἦν ἐρημότατον πολεμίων. ὡς δὲ ἡμέρη ἐγίνετο, οἱ Χερσονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσήμηναν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός, καὶ τὰς πύλας ἄνοιξαν. τῶν δὲ οἱ μὲν πλεῦνες ἐδίωκον, οἱ δὲ τὴν πόλιν εἶχον. Οἰόβαζον μὲν νυν σκηδύγγια ἐς τὴν Θρηΐκην, Θρήϊκες Ἀψίνθιοι λαβόντες, ἔθυσε Πλειστόρῳ ἐπιχωρίῳ θεῷ, τέσπερ τῷ σφετέρῳ τὰς δὲ μετ' ἐκείνου, ἄλλῳ τρόπῳ ἐφόνευσε. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτην, ὕστεροι ὁρμηθέντες φεύγειν, ὡς καταλαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμοῦ, ἀλεξόμενοι χρόνον ἔπισχον, οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ, ζῶντες ἐλήφθησαν. καὶ σιωδήσαντές σφεας οἱ Ἕλληνες, ἦγον ἐς Σηστόν· μετὰ αὐτέων δὲ, καὶ Ἀρταΰκτην δεδεμένον, αὐτόν τε καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ. Καί πως τῶν φυλασσόντων λέγεται ὑπὸ Χερσονησιωτέων ταρίχευε ὀπτῶντι, τέρας ἡμέρῃ τοιόνδε· οἱ ταρίχευε δὴ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ ἐσαίεσαν, ὅκως περ ἰχθύες νεαλεῖς. καὶ οἱ μὲν, ὡς ἐθηεῦντο, ἐθώυμαζον. ὁ δὲ Ἀρταΰκτης ὡς εἶδε τὸ τέρας, καὶ λέσας τὸν ὀπτῶνα τὸν ταρίχευε, ἔφη, Ξεῖνε Ἀθηναῖε, μηδὲν φοβέο τὸ τέρας τοῦτο. οὐ γάρ σοι πέφηνε, ἀλλ' ἐμοὶ σημαίνει ὁ ἐν Ἐλεοῦντι Πρωτεσίλεως, ὅτι καὶ τεθνεὼς, καὶ ταρίχεος ἐὼν, δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. νῦν ὦν ἄποινά οἱ τάδε ἐθέλω ὀπιθεῖναι· ἀντὶ μὲν χρημάτων τῶν ἔλαβον ἐκ τοῦ ἱροῦ, ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι τῷ θεῷ· ἀντὶ δ' ἐμεωυτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς, ἀποδώσω τάλαντα δισχίλια Ἀθηναίοισι ὠφειλόμενα. ταῦτα ὑποχρέμψας, τὸν στρατηγὸν Ξάνθιππον ἔπιθε. οἱ γὰρ Ἐλεούσιοι τῷ Πρωτεσιλάῳ τιμωρέοντες, ἐδέοντό μιν καταχρηδῆναι, καὶ αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ ταύτῃ ὁ νόος ἔφερε. ἀπαγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἀκτὴν ἐς τὴν Ξέρξης ἔζευξε τὸν πόρον, (οἱ δὲ λέγουσι, ὅτι τὸν κολωνὸν τὸν ὑπὲρ Μαδύτου πόλεος) σανίδα περόσασσαλεύσαντες, ἀνεκρέμασαν· τὸν δὲ παῖδα ἐν ὀφθαλμοῖσι τοῦ Ἀρταΰκτεω κατέλευσαν. Ταῦτα δὲ πρήσσαντες ἀπέπλεον ἐς τὴν Ἑλλάδα,

rum expugnassent, aut ipsos respublica Athenienſium accersisset: [1] adeo res illa eis cordi erat. At ii qui cum Artaycte CXVII
intra muros erant, in omnem adducti calamitatem, adeo ut funibus lectorum elixis vescerentur, ubi jam ne hæc quidem habebant, ita sub noctem capessernnt fugam, cum alii Persæ, tum Artayctes & OEbazus, delapsi à posteriori murorum parte, quæ præcipue destituta ab hostibus erat. Postquam illuxit, Chersonitani è turribus rem indicavere Athenienſibus, portasq; patefecere. Athenienſium plerisque fugientes Persas persequentibus, alii urbem tenuere. OEbazum in CXVIII
Thraciam fuga elapsum, Thraces Apsinthii exceptum, Plestoro indigenæ deo, ritu suo immolaverunt, cæterum ejus comites aliter interfecerunt. Artayctes autem cum suis inita posterius fuga, quum pauci essent, super Ægos fluenta circumventi, quum perdiu sese defensassent, partim occubuerunt, partim vivi sunt capti. Quos Græci alligatos Sestum duxerunt, interque eos Artayctem cum filio suo. Fertur CXIX
à Chersonitanis uni eorum qui istos servabant, dum [2] carnem salsam torret, tale ostentum extitisse: Offa illa salsuræ prius impolita resiliit palpitavitque, quemadmodum pisces recens capti. Qua de re quum circumfusi admirarentur, Artayctes ostentum ut vidit, accito viro qui salsuram coquebat, Hospes, inquit, Athenienſis, non est quod istud metuas ostentum: quod non tua causa extitit, sed mea: Protesilao qui est apud Eleuntem, signum dante, qui mortuus ac sale conditus, habet à diis potestatem, [3] eum à quo injuriam excepit, vexandi. Nunc igitur [4] ei donaria restituere in animo habeo: pro pecuniis quidem quas è templo sustuli hujus dei, centum talenta pendam: pro mea vero ipsius salute ac filii, [5] ducenta. Hæc pollicens Xanthippum Athenienſium ducem non persuasit, tum sua sponte animatum, tum ab Eleuntinis exoratum, quo Protesilaum ulciscerentur, ut hominem interimeret. Itaq; adductum hunc in litus in quo Xerxes trajectum junxerat, (ut alii aiunt, in tumulum urbi Madyto imminentem) depactis humi asseribus suspenderunt, filio ejus ante patris oculos lapidibus obruto. His actis Athenienses in Græciam remeaverunt, CXX

ὑποχρέμψας, ἔπιθε, σανίδας

1 Ita tandem illi præsentem rerum statum boni consulere cœperunt. 2 Pisces salitos torret, *ut alii interpret.* 3 De eo à quo injuriam acceperit, pœnas sumendi. 4 Hæc redemptionis præmia ei tribuere volo: 5 Ducenta Athenienſibus, si servatus fuero.

portan-

portantes tum alias pecunias, tum vero arma pontium, tanquam apud templa repositurí. Nec aliud præterea quippiam gestum est per eum
CXXI annum. Hujus autem Artaÿctæ, qui suspensus est, avus paternus fuit Artembares, qui orationem quandam habuit apud Persas, quam excipientes Persæ, ad Cyrum detulerunt in hæc verba, Quandoquidem Persis Jupiter principatum dedit, & ex viris tibi Cyre, illisque dejecto; agedum demigrantes ex hac regione, quam exiguam habemus & asperam, obtineamus meliorem aliam. Multæ sunt nobis confines urbes, multæ longinquæ: quarum unam incolentes, efficiemur admirabiliores apud plerosque. Decet autem hoc eos viros facere [1] qui possunt. nam quando facultas nobis præstabitur melior quam dum multorum hominum imperium habemus, & universæ Asiæ? Hac oratione audita, Cyrus haudquaquam admiratus, jussit eos illud facere: sed ita ut jubendo admoneret, se posthac præpararent non ad imperandum aliis amplius, sed aliis parendum. natura enim comparatum esse ut è mollibus regionibus molles viri existant, neve ex eadem terra admirandæ fruges & egregii bello viri gignantur. Hac Cyri sententia Persæ superati, à sua destiterunt: præoptaruntq; exile solum incolentes, imperare aliis, quam campestre colentes, aliis servire.

τά τε ἄλλα χρήματα ἀγινέες, καὶ δὴ καὶ τὰ ὅπλα τῶν γεφυρέων, ὡς ἀναθησόμενες ἐς ἱερά· καὶ κῶς τὸ ἔτος τοῦτο, ὐδὲν ἔπι πλέον τετέων ἐγένετο. Τότε δὴ τῷ Ἀρταΰκλεω τοῦ ἀναχρεμαθέντος παππώτατος Ἀρτεμβάρης ὄνομα, ὁ Πέρσῃσι ἐξηγησάμενος λόγον, τὸν ἐκεῖνοι τότε ὑπολαβόντες, Κύρῳ προσήνεικαν, λέγοντα τάδε, Ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσῃσι ἡγεμονίην διδοῖ, ἀνδρῶν δὲ σοὶ Κῦρε, καὶ ἐλῶν Ἀσυγείας, φέρε, λιπὼν καὶ ἐκτήμενος ἀλίγην, καὶ ταύτην τρηχέην, μέλανας ἀντὶ ταύτης ἄλλην ἐχώμεθα ἀμείνω· εἰσὶ δὲ πολλαὶ μὲν ἀστυγείτονες, πολλαὶ δὲ καὶ ἑκαστέρω· τῶν μὲν ἐόντες πλέοσι ἐσόμεθα θωϋμαστότεροι. εἰκὸς δὲ ἄρχοντας ἄνδρας τοιούτους ποιέειν. κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει καλλίον, ἢ ὅτε γε ἀνθρώπων τε πολλῶν ἄρχομεν, πάσης τε τῆς Ἀσίης; Κῦρος δὲ ταῦτα ἀκούσας, καὶ οὐ θωϋμάσας τὸν λόγον, ἐκέλευε ποιέειν ταῦτα. ὕστω δὲ αὐτοῖσι παρήνεε κελεύων ἁβρωσυνάζεσθαι ὡς ἐκέτι ἄρξοντας, ἀλλ' ἀρξομένους. φιλέειν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς γίνεσθαι. οὐ γὰρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς ἐστὶ, καρπόν τε θωϋμαστὸν φύειν, καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. ὥστε συγγνόντες Πέρσαι οἷα ἔχοντο ἀποστάντες, ἑωυτοὺς ἔταξαν τῇ γνώμῃ πρὸς Κῦρον. ἄρχειν τε εἵλοντο, λυπρὴν οἰκέοντες, μᾶλλον ἢ πεδιάδα σπείροντες, ἄλλοισι δουλεύειν.

1 Imperium obtinent. *Vel,* Imperio pollent.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙ-
ΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ
τῆς τοῦ Ὁμήρου γλώσσης καὶ βιοτῆς.

EJUSDEM HERODOTI
HALICARNASSEI DE GENERE
vitaque Homeri libellus.

G. I. LECTORI.

Quum operæ Marnii noſtri jam ad hunc libellum perveniſſent, poſcerentque porro exemplum, commodum in mentem venit, me olim dum Heidelbergæ vivebam apud patronum meum V. ampliſſ. Georg. Mich. Lingelsheimium, ipſo mihi hæc ocia faciente, illam περὶ Ὁμήρου ἐξήγησιν ad ms. Palatinum comparaſſe cum forte ea aliorum auctorum ſcriptis uno libro eſſet juncta. An quid boni tamen nec quod in faba ſe reperiſſe pueri chamitare ſolent inde eruiſſem, mehercle jam oblitus eram, ut qui inter ſcidas meas jacere excerpta illa neglexiſſem, nec inſpexiſſem amplius. Jamjam itaque daturus typothetis noſtris exemplum, quo operam ſuam continuare pergerent, viſo etiam, H. Stephanum nihil ſcriptæ lectionis variantis, ſicut fecerat in præcedenti novenarum ſororum choro, iſti libello adſcripſiſſe, forte quod hîc eum mſ. deficeret, parvi monenti animo, & vix inventa illa excerpta ms. Palatini, perluſtrare cœpi. Quid multis? παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλ' ὀρθῶς. & διαφόρους γεφὰς vulgatis, niſi fallor, fere meliores. verbulo etiam interdum auctior ms. immo toto verſu locum cap. ix egregie ſupplens, quem cui ſuboluit defectum? minutiora alia, ſed rectiora tamen. Et nulla invidia, credo, ſi nos etiam in minutis iſtis, quod verum & rectum, maximorum Criticorum exemplo, invenire labor habet, inveniſſeque juvat. Qui aliter ſentiunt, iis non ideo tamen κλαίειν λέγομεν, uti Dario Indathyrſus. Caeterum in contextu, ſicut eum H. Stephanus edidit, nihil mutavimus: ſed eadem religione, qua in prioribus libris, & hic verſari mihi fuit decretiſſimum. Iſta vero excerpta omnia præpoſitis ſiglis ΣΣ in oram contextus Græci ſuis locis ſpectanda appoſuimus ſingula. Tu ideo te Bibliothecæ Palatinæ debere ſcias, mi lector.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς περὶ Ὁμήρου γλώσσης καὶ ἡλικίης καὶ βιοτῆς τάδε ἱστόρησε, ζητήσας ἐπεξελθεῖν εἰς τὸ ἀτρεκέστατον. ἐπεὶ γὰρ ἡ πάλαι Αἰολιῶτις Κύμη ἐκτίζετο, συνῆλθον ἐν ταὐτῷ πανταχόθεν ἤθεα Ἑλληνικά, καὶ δὴ καὶ ἐκ Μαγνησίας, ἄλλοί τέ τινες, καὶ Μελάνωπος ὁ Ἰθαγένους τοῦ Κριθωνος, οὐ πολύφορτος, ἀλλὰ βραχέα τοῦ βίου ἔχων. οὗτος δὴ ὁ Μελάνωπος ἔγημε ἐν τῇ Κύμῃ τὴν θυγατέρα Ὁμύρητος, καὶ αὐτῷ γίνεται ἐκ ταύτης θῆλυ τέκνον, ᾧ οὔνομα τίθεται Κριθηΐς. καὶ αὐτὸς μὲν ὁ Μελάνωπος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐτελεύτησαν τὸν βίον· τὴν δὲ θυγατέρα ἐπιτρέπει ἀνδρὶ ᾧ ἐχρῆτο μάλιστα, Κλεάνακτι τῷ Ἀργείῳ.

HERODOTUS Halicarnaſſeus de genere, vita atq; adeo ætate Homeri ſtudens quam veriſſima referre, hæc tradidit. Quum vetuſta illa Æolum civitas Cuma primum conderetur, eodem cum aliæ permultæ omniſq; generis gentes convenæ confluxerunt, tum è Magneſia illuc pleriq; commigrarunt: inter quos fuit Melanopus Ithagene Crithonis filio genitus, homo fortunæ non perinde amplæ, at tamen expeditæ. Hic Melanopus Omyretis Cumani filiam duxit uxorem, procreavitque è legitimo toro fœmineam prolem, cui nomen indidit Critheidem. At ipſe Melanopus una cum uxore vita functus eſt, commiſſa interim filia Cleanactis Argivi tutelæ, quo familiariſſime uti conſueverat.

1 De Homeri natalibus, ætate & vita, hæc memoriæ prodidit: quæ exactiſſime ad veritatem perſequi eſt conatus. 2 Non cum multis ſarcinis illuc ſe conferens, ſed tenues fortunas habens.

Porro

II Porro tempore interjecto accidit forte ut puella ista è furtivo concubitu prægnans deprehenderetur: [1] id quod paulisper suppressum quum Cleanax resciviſſet, vehementer rei indignitate commotus, Critheidem seorsum ad se accersitam acerbe objurgavit, commemorans quæ futura esset apud populares infamia. Postremo hujusmodi quippiam *quo illam excuteret*, comminiscitur: Cumani jam tum in Hermei sinus recessu ædificabant. Civitati autem quæ condebatur, nomen imposuit Smyrnam Theseus, ab uxoris nomine, cujus memoriam relinquere volebat. Hic Theseus è primariis Thessalorum fuit, qui Cumam condiderant, ab Eumelo Admeti filio oriundus, vitæ facultatibus apprime instructus. Clam exportatam huc Critheidem Cleanax Ismeniæ Bœotio commisit, ex iis qui coloniam illuc duxerant, in primis sibi amico.

III Progressu deinde temporis, Critheis cum aliis mulierculis ad festum quoddam egressa, juxta fluvium Meletem, quum partui jam vicina esset, Homerum peperit, non cæcum, sed videntem: nominavitq; eum Melesiginem, à fluvio videlicet prope quem editus esset. Quum autem apud Ismeniam Critheis antea diversata esset, ab eo digressa, manuaria industria se filiumq; alebat, aliunde alia sumens opera: unde filium quoq; quantum potuit,

IV honestis disciplinis erudivit. Erat autem eo tempore Smyrnæ quidam nomine Phemius, qui juventuti illic literas musicenq; tradebat: hic [2] quum citra uxorem viveret, Critheidem conduxit quæ lanam illi exerceret quam à discipulis in mercedem acceperat. [3] Illa vero industria multa atq; elegantia freta, Phemio cœpit impense placere: adeo ut tandem Phemius eam verbis ad conjugium solicitaret, referens cum alia quibus ei fidem facere confidebat, tum præcipue, quod Melesigenem in filium adoptaturus, liberaliterque simul aliturus instituturusque esset. Siquidem hunc cernebat jam miram quandam & ingenii & indolis spem de se polliceri. Persuasa igitur Critheis, Phemio assentitur. Melesigenes cum naturæ bonitate præstans, tum

V cura accedente institutioneque, continuo omnes sui ordinis adolescentes facile

Χρόνῳ ὃ περιόντι Θ., συνέβη τὴν παῖδα μιγεῖσαν ἀνδρὶ λαθραίως, ἐν γαστρὶ σχεῖν. τὸ μὲν οὖν πρῶτα ἐλάνθανεν. ἐπεὶ δ' ἤσθετο ὁ Κλεάναξ, ἤχθετο τῇ συμφορᾷ, καὶ καλεσάμενον τὸν Κερδηΐδα χωρὶς πάντων, ἐν αἰτίᾳ μεγάλῃ εἶχεν, ὀπιλεγόμενον τὰ αἰσχύλα τὰ πρὸς τὰς πολίτας, περβυλλόμενος ὃ τι ἐν ᾧ περὶ αὐτῆς τάδε ἔτυχον οἱ Κυμαῖοι κτίζοντες τῷ Ἑρμείᾳ κόλπῳ τὸν μυχόν· κτίζομένοισι δὲ τὴν πόλιν Σμύρναν ἔθετο τὸ ὄνομα Θησεύς, μνημεῖον ἐθέλων καταλιπέσθαι τῆς ἑωυτοῦ γυναικός· ἐπώνυμον. λέγεται γὰρ αὐτῇ τοὔνομα Σμύρνη. ὁ δὲ Θησεὺς λέγεται τῶν τὴν Κύμην κτισάντων ἐν τοῖς πρώτοις Θεσσαλῶν, ἀπὸ Εὐμήλου τοῦ Ἀδμήτου κατὰ δὲ ἔχων τὸ βίου. ἐνταῦθα ὑποκτίσθαι ὁ Κλεάναξ τὴν Κερδηΐδα πρὸς Ἰσμηνίην τὸν Βοιώτιον τῶν ἀποίκων λελογχότα, ὃς ἔτυχεν αὐτῷ ἐὼν ἑταῖρος τὰ μάλιστα. Χρόνῳ ὃ περιόντι ἐξελθοῦσα ἡ Κερδηΐς μετ' ἄλλων γυναικῶν πρὸς ἑορτήν τινα ὅτε τὸ ποταμὸν καλέμενον Μέλητα, ἤδη ἔτικτε ἡ Θεόκλεια, τίκτει τὸν Ὅμηρον, οὐ τυφλὸν, ἀλλὰ διόρατον. καὶ πίθεται ὄνομα τῷ παιδὶ Μελησιγένεα, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐπωνυμίαν λαβοῦσα. τέως μὲν οὖν ἡ Κερδηΐς λέγεται ὑφαίνειν τὰ Ἰσμηνίου· περιόντος ὃ τοῦ χρόνου ἐξῆλθε, καὶ ἀπὸ ἐργασίης χειρῶν ὠρμημένη ἔτρεφε τὸ παιδίον καὶ ἑωυτήν, ἄλλοτε παρ' ἄλλων ἔργα λαμβάνουσα· καὶ ἐπαίδευσε τὸν παῖδα ἀφ' ὧν ἐδυνάτο. Ἦν δέ τις ἐν Σμύρνῃ τοῦτον τὸν χρόνον Φήμιος τοὔνομα, παῖδας γράμματα καὶ τὰ ἄλλα μουσικὴν διδάσκων πολλούς. ὅτε μανθάνει τὸν Κερδηΐδα, ὧν μητρόπολιν, ἐργαζήσαι αὐτῷ ἐρειά τινα ἃ ᾠδὰ τῶν παίδων εἰς μισθὸν ἐλάμβανεν. ἡ δὲ παρ' αὐτῷ εἰργάζετο, πολλῷ κόσμῳ καὶ σωφροσύνῃ πολλῇ χρωμένη, καὶ τῷ Φήμιῳ χάριτα προσῆκετο. τέλος δὲ προσηνέγκατο αὐτῇ λόγους, πείθων ἑωυτῷ συνοικεῖν, ἄλλα τε πολλὰ λέγων οἷς μιν ἔφετο προσάξεσθαι, καὶ ἔτι περὶ τοῦ παιδὸς, ὡς ποιήσομενος καὶ ὅτι τεθραμμένος καὶ παιδευθεὶς παρ' αὐτοῦ, ἄξιος λόγου ἔσται (ἐώρα γὰρ τὸν παῖδα ὄντα συνετὸν καὶ κάρτα δίφυα) ἔστ' ἀνέπεισεν αὐτὴ ποιεῖν ταῦτα. Ὁ παῖς ὃ ἦν τὴν φύσιν ἔχων ἀγαθὴν, ὑπομελίης τε καὶ παιδεύσιος προσγινομένης, αὐτίκα πολλὸν τῶν πάντων

1 Quod initio quidem celatum fuit: sed quum Cleanax resc. 2 Quum vitam solitariam degeret. 3 Illa igitur opus apud eum faciebat, modeste & caste se gerens. quo nomine Phemio tantopere placebat ut eam ad nubendum sibi sollicitaret, cum alia quibus se id illi persuasurum sperabat, tum se filium ejus adoptaturum, eumque ita educaturum & instituturum ut in virum egregium evaderet. polliceris. Siquidem hunc cerne.

ναφῆκε. χρόνῳ ὦν ὕστερον ἀνδρώθη, ἐδέη τῷ Φημίῳ ὑποδεέστερος. ἐν τῇ διδασκαλίᾳ. καὶ ὅπως ὁ Φήμιος ἐτελεύτησε τὸν βίον, καταλιπὼν πάντα τῷ παιδί. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ Κριθηὶς ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ Μελησιγένης ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ κατεστήκει. καθ' ἑαυτὸν δὲ ἦν ἡμόμενος, μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐθεᾶτο· καὶ αὐτῷ θαύματι κατεστήκεσαν οἵ τε ἐγχώριοι καὶ τῶν ξένων οἱ ἐσαπικνεόμενοι. ἐμπόριον γὰρ ἦν ἡ Σμύρνη, καὶ οὗτος ἐζήλωτο πολὺς αὐτόθι ἐκ τῆς ὑπερκειμένης χώρας, εὐφιλέως κάρτα ἐσαγόμενος ἐς αὐτήν. οἱ οὖν ξένοι, ὁκόταν παύσοιντο τῶν ἔργων, ἀπεχόλαζον ὧδε τῷ Μελησιγένει ἐγκαθιζοίμενοι. Ἦν δὲ ἐν αὐλοῖς τότε καὶ Μέντης ναύκληρος ἀπὸ τῆς ὧδε Λευκάδα τόπων καταπεπλευκὼς ἐπὶ οἴνῳ, ἔχων ναῦν, πεπαιδευμένος τε ἀνὴρ ὡς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ καὶ πολυίστωρ· ὃς μιν ἔπεισε τὸν Μελησιγένεα μεθ' ἑωυτοῦ πλεῖν καταλύσαντα τὴν διδασκαλίαν, μισθόν τε λαμβάνοντα, καὶ τὰ δέοντα πάντα, καὶ ὅτι τὰ χ. ὅτι χώρας καὶ πόλιας ἀπήσας ἄξιον εἴη αὐτῷ ἕως νέῳ ἔτι. καὶ μὲν οἴομαι μάλιστα τούτοισι πειθηναι· ἴσως γὰρ καὶ τῇ ποιήσει τότε ἐπενόεε ἐπιθήσειν. καταλύσας δὲ τὴν διδασκαλίαν, ἐναυτίλλετο μετὰ τοῦ Μέντεω. καὶ ὅπου ἐκάστοτε ἀφίκοιτο, πάντα τὰ ἐγχώρια διεωρᾶτο, καὶ ἱστορέων ἐπυνθάνετο. εἰκὸς δέ μιν καὶ μνημόσυνα πάντων γεράψειν. Ἀναχομιζόμενοι δὲ ἐκ Τυρσηνίης καὶ τῆς Ἰβηρίης, ἀπικνέονται εἰς Ἰθάκην· καὶ τῷ Μελησιγένει σωιέβη, νοσήσαντι τὸν ὀφθαλμὸν, καρφία δεινῶς ἔχειν, καὶ αὐτὸν, θεραπείης εἵνεκα πλεῖν μέλλοντα εἰς τὴν Λευκάδα, καταλιπεῖν ὁ Μέντης ὧδε ἀνδρὶ φίλῳ ἑωυτῷ ἐς τὰ μάλιστα Μέντορι τῷ Ἀλκίμου Ἰθακησίῳ, πολλὰ δεηθείς "ἐπιμελέην ἔχειν· ἐπαναπλώσας δὲ, ἀναλήψεσθαι αὐτόν. ὁ δὲ Μέντωρ "ἐνοσπλόησεν αὐτῶν ἐκτενέως. καὶ γὰρ τὸν βίον ἀρκέοντως εἶχε, καὶ ἦκεν εὖ ἐς δικαιοσύνην τε καὶ φιλοξενίην μακρῷ μάλιστα τῶν ἐν Ἰθάκῃ ἀνδρῶν. ἐνταῦθα σωιέβη τῷ Μελησιγένει περὶ Ὀδυσσέως "ἐξιστορῆσαι πυθέσθαι. οἱ μὲν δὴ Ἰθακήσιοι λέγουσι τότε μὲν παρ' ἑωυτοῖς τυφλωθῆναι· ὡς δὲ ἐγὼ φημὶ, τότε μὲν ὑγιὴς ἦλθε, ὕστερον δὲ ὂν

ἐπιμελέην. ἐνοσπλόησεν. ἐξιστορῆσαι πυθέσθαι.

præverit: atque non ita multo post eruditionis auctibus crescens, nihilo ipso Phemio [1] in disciplinis factus inferior. Et quum Phemius vita functus universa ei legasset, paulo post Critheis quoque fato concedit. Melesigenes itaque ludo præfectus, suique jam juris effectus, in magna fuit hominum admiratione, non apud suos modo, verum apud peregrinos etiam, qui frequentes illuc, mercatus gratia, conveniebant. Erat enim Smyrna emporium celebre, unde frumenta è vicinis agris abunde convecta exportabantur. Peregrini igitur quum ab opere cessarent, Melesigeni libenter vacabant. Commodum inter VI hos Mentes fuit navicularius, qui è finibus Leucadis solvens, navem meritoriam comparaverat, qua frumenta Smyrna deveheret, vir, quantum illa ferebant tempora, & eruditus, & multarum rerum usu exercitatus. Hic Melesigeni persuasit ut relicto ludo secum navigaret, accepturus & mercedem & quæ ad profectionem essent necessaria. [2] Ad hæc Melesigenes, quandiu juvenis esset, civitates regionesq; spectare operæ pretium fore ducebat sibi, qui conscribendæ poeseos jam argumentum in animo concepisset: qua nimirum occasione potissimum eum arbitror pellectum. Proinde relicto ludo cum Mente navigavit Melesigenes: & quocunque locorum appellebat, studiose universa rimans, contemplabatur siquid esset loci alicujus peculiare memoratu dignum: [3] adeo ut appareat commentarios eum profectionis suæ descripsisse, eorumque quæ quoque loco lustrando didicerit. Porro quum ex Hispania Thusciaque VII delati in Ithacam deveherentur, contigit Melesigenem oculis jam ante parum valentem, extreme laborare: ita ut Mentes, negociorum gratia in Leucadem trajecturus, eum apud Mentorem Alcimi filium Ithacensium reliquerit, hominem sibi vehementer amicum: multis precibus adigens eundem quo Melesigenis curam haberet tantisper dum è Leucade reverteretur ipse. Mentor vero ægrotantem Melesigenem sedulo curavit, vir nimirum facultatibus pollens: quique ob egregiam æquitatem hospitalitatemque inter cæteros Ithacenses maxime prædicaretur. Atque hic accidit ut de Ulysse multa Melesigenes percontando cognosceret. Narrantque ipsi Ithacenses, tum visum eum amisisse ibidem: atqui ego affirmare non dubitem, jam tum eundem convaluisse, ut postea apud

1 In docendo *pueros* erat inferior. 2 Addens etiam, decere eum, dum juvenis esset, regiones & urbes visere. Atque his potissimum adductum eum fuisse arbitror. fortassis enim poesin aggredi jam tum cogitabat. Proinde r. 3 Verisimile est autem eum illarum omnium rerum commentarios confecisse. Porro q.

Colo-

Colophonem prorsus cæcum factum fuisse. id quod ipsi quoq; Colophonii
VIII mecum fatentur. At vero Mentes è Leucade Ithacam reversus, Melisigenem recepit, [1] cum quo jam inde diu ultro citroque navigavit, donec Colophonem appellenti eveniret ut in veterem morbum recideret. quem quum effugere non daretur, visu putatur privatus fuisse. E Colophone autem jam cæcus Smyrnam remeans, ad poemata
IX conscribenda animum convertit. Tempore deinde interjecto, quum Smyrnæ victu necessariisque destitueretur, constituit Cumam proficisci: commodumq; Hermi prata transiens, ad eum locum pervenit qui appellatur Novus murus, Cumanorum coloniam: qui locus post Cumam habitatus fuit annis octo. Hic memoratur primum Melesigenes apud coriarii officinam consistens, hujusmodi quædam carmina recitasse,

Hospitium præbete viro profugoq; vagoq;
Urbem qui celsam Cumen, Eriopida prolem,
Radicem incolitis Sardenes alticomantis,
Divini potatis aquam qui fluminis Hermi,
Vorticibus torti, pater est cui Jupiter ipse.

Sardena autem, cujus hic commeminit, mons est ad Hermum fluvium Novumque murum situs. At coriario illi nomen erat Tychio, cui continuo auditis versibus visum est hominem recipiendum. commiseratione enim motus est quum videret oculis tam misere mulctatum: julitq; præsentibus secum frui. Melesigenes ingressus sutrinam, præsentibus etiam aliis, poesin suam ostendit, Amphiarai in Thebas expeditionem, atq; hymnos in deos à se scriptos. [2] Et quum inter fabulandum crebras [illegible] tentias in medium, multamq; eruditionem afferret, in magna habitus est ab
X auscultantibus admiratione. Atq; jam tum apud Novum murum agens è poesi victus subsidia habebat. Ostenditurque ad nostra usque tempora ibidem locus ubi Melesigenes sedens carmina sua exhibuerit. qui locus in magna illic habetur veneratione ab incolis, memoraturque populus arbor ab Homeri
XI adventu in eodem loco enata. Porro egestate postea adactus, quum vix alimenta haberet, statuit in animo Cumam ad feliciorem successum reverti. Ituruſq;

Κολοφῶνι τυφλωθῆναι. φωμολογοῦσι δὲ καὶ οἱ Κολοφώνιοι τοῦτο. Ὁ δὲ Μέντης, ἀναπλέων ἐκ τῆς Λευκάδος περιῆλθεν εἰς τὴν Ἰθάκην, καὶ ἀνέλαβε τὸν Μελησιγένη· χρόνον τε δὴ συχνὸν συμπεριέπλει αὐτῷ. ἀπονοσήσαντα δὲ εἰς Κολοφῶνα σωέβη πάλιν νοσῆσαι τὰς ὀφθαλμούς, μὴ δυναμένου ἀλαφυγεῖν τὸν νόσον, ἀλλὰ τυφλωθῆναι ἐνταῦθα. ἐκ δὲ τῆς Κολοφῶνος τυφλὸς ἐὼν ἀπικνέεται εἰς τὴν Σμύρναν, καὶ ἔτως ἐπιχείρει τῇ ποιήσει. Χρόνου δὲ περιιόντος ἐν τῇ Σμύρνῃ ἄπορος ἐὼν τοῦ βίου, διενοήθη ἀπικέσθαι ἐς Κύμην· πορευόμενος δὲ ἀπὸ τοῦ Ἕρμου πεδίου, ἀπικνέεται ἐς Νέον τεῖχος, ἄποικον Κυμαίων. ὡκίσθη δὲ τοῦτο τὸ χωρίον ὕστερον Κύμης ἔτεσιν ὀκτώ. ἐνταῦθα λέγεται αὐτὸν θηήσασθαι θεῖόν τι, εἰπεῖν πρῶτον τῶν ἐπέων τάδε,

Αἰδεῖσθε ξείνων καχρημένον ἠδὲ δόμοιο
Οἳ πόλιν αἰπεινὴν Κύμης Ἐριώπιδα κούρην
Ναίετε, Σαρδιόωνος ἄδην νειάτον ὑψικόμοιο
Ἀμβρόσιον πίνοντες ὕδωρ θείου ποταμοῖο
Ἕρμου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.

ἡ δὲ Σαρδιόων, ὄρος ἐστὶν ὑψηκόμον τοῦ τε Ἕρμου ποταμοῦ καὶ τοῦ Νέου τείχους. τῷ δὲ σκυτεῖ ὄνομα ἦν Τύχιος. ἀκούσαντι δὲ τῶν ἐπέων ἔδοξεν αὐτῷ δέξασθαι τὸν ἄνθρωπον. ἠλέησε γὰρ ἀλγοῦντα τυφλόν, καὶ μεθέξειν ἔφη τῶν παρεόντων. ὁ δὲ ἐπῆλθε. κατήμενος δὲ ἐν τῷ σκυτείῳ, παρεόντων καὶ ἄλλων, τὴν τε πυίηπιν αὐτοῖς ἐπεδείκνυτο, Ἀμφιάρεώ τε τὴν ἐξέλασίαν τὴν ἐς Θήβας, καὶ τοὺς ὕμνους τοὺς ἐς θεοὺς πεποιημένους αὐτῷ· καὶ τοῦτ' ἐν τῷ λεγομένων ὑπὸ τῶν παρεόντων ἐς τὸ μέσον γνώμας ἀποφαινόμενος, θαύματος ἄξιος ἐφαίνετο εἶναι τοῖς ἀκούουσι. Τέως μὲν οὖν κατεῖχεν ὁ Μελησιγένης περὶ τὸ Νέον τεῖχος, ἀπὸ τῆς ποιήσιός γε τοῦ βίου τὴν μηχανὴν ἔχων. ἐδείκνυον δὲ οἱ Νεοτειχεῖς μέχρις ἐμοῦ τὸν χῶρον ἐν ᾧ κατίζων τῶν ἐπέων τὴν ἐπίδειξιν ἐποιέετο. καὶ κάρτα ἐσέβοντο τὸν τόπον· ἐν ᾧ καὶ ἄγνειρος ἐπεφύκει, ἣν ἐκεῖνοι ἔφασκον, ἀφ' οὗ ὁ Μελησιγένης ἤλθεν, αὐτοῖς πεφυκέναι. Χρόνου δὲ περιιόντος, ἀπόρως κειμένου, καὶ μόλις τὴν τροφὴν ἔχων, ἐπενοήθη εἰς τὴν Κύμην ἀπικέσθαι, ὅτι βέλτιον πράξει. μέλλων δὲ πορεύεσθαι, τῷ εἶπε

1 Eumque diu variæ navigationis socium habuit, 2 Et quum sententiam suam proferret de iis quæ in medium proponebantur ab illis qui aderant, admiratione digna ab audientibus judicabatur.

τάδε

ταῦδε τὰ ἔπεα λέγει,

Αἶψα πόδες με φέρουσιν ἐς ἀγδοίων πόλιν ἀνδρῶν·

Τῶν γὰρ κῆρ θυμὸς πρόφρων καὶ μῆτις ἀρίστη.

ἀπὸ μὲν τοῦ Νέου τείχεος πορευόμενος, ἀπίκετο εἰς τὴν Κύμην, ἅτε λαμβάνοντος τὴν πορείην τοιήδε. διὰ γὰρ ὕλης αὐτῷ ἡ ὑποροωτάτη. καὶ, ὡς Κυμαῖοι λέγουσι, τῷ Φρυγίης βασιλέϊ Μίδῃ τῷ Γορδίεω δεηθέντων πενθερῶν αὐτοῦ, " ποιεῖ καὶ ἐπίγραμμα τόδε, τὸ ἔτι καὶ νῦν ἔστι ἐπὶ τῇ σήλῃ τῇ μνήματι τῷ Γορδίεω ἐπιγεγραμμένον,

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι·

"Εστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,

Ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμποι, λαμπρή τε σελήνη,

Καὶ ποταμοὶ ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δὲ θάλασσα,

Αὐτοῦ τῆδε μένουσα " πολυκλαύτῳ ὑπὸ τύμβῳ

Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδης ὅτι τῆδε τέθαπται.

Καπήλων δὲ ἐν τοῖς λόγοις τῶν γερόντων ἐν τῇ Κύμῃ ὁ Μελησιγένης τὰ ἔπεα τὰ πεποιημένα αὐτῷ ἐπεδείκνυτο, καὶ ἐν τοῖς λόγοισι ἕτερα τὰς ἀκοὰς ἔλκων· καὶ αὐτῷ θυμασταὶ καθεστήκεσαν. γνοὺς δὲ ὅτι ἀποδέκονται αὐτῷ τὴν ποίησιν οἱ Κυμαῖοι, καὶ εἰς σωφροσύνην ἑλκων τὰς ἀκοὰς, λόγους πρὸς αὐτοὺς τοιούσδε προσφέρεται, λέγων ὡς εἰ θέλοιεν αὐτὸν δημοσίῃ τρέφειν, ἐπικλεέστατον αὐτῶν τὴν πόλιν ποιήσει. τοῖς δὲ ἀκούουσι, βουλομένοις τε ταῦτα, καὶ αὐτοὶ παρήνεον ἐλθόντα ἐπὶ τὴν βουλὴν δεηθῆναι τῶν βουλευτέων· καὶ αὐτοὶ ἔφασαν συμπρήξειν. ὁ δὲ ἐπειδὴ ἐγένετο αὐτοῖς, καὶ βουλῆς συλλεγομένης ἐλθὼν ἐπὶ τὸ βουλεῖον, ἐδέετο τοῦ ἐπὶ τῇ τιμῇ ταύτῃ καθεστεῶτος, ἀπαγαγεῖν " αὐτὸν ἐπὶ τὴν βουλήν. ὁ δὲ ὑποδεξάμενός τε, καὶ, ἐπεὶ καιρὸς ἦν, ἀπάγαγε. καλέσας δὲ ὁ Μελησιγένης ἔλεξε τοῖσι τροφῆς τὸν λόγον ὃν καὶ ἐν τοῖς λόγοις ἔλεγε. ὡς δὲ εἶπεν, ἐξελθὼν ἀπαλλάσσετο. Οἱ δὲ βουλεύοντο, τί χρεὼν εἴη ἀποκρίνασθαι αὐτῷ. προθυμεομένου δὲ τοῦ ἀπαγαγόντος αὐτὸν, καὶ ἄλλων ὅσοι τῶν βουλέων ἐν τοῖς λόγοις ἐπήκοοι ἐγένοντο, τῶν βουλευτέων ἕνα λέγεται διανοιηθῆναι τῇ γνώμῃ αὐτοῦ, ἄλλα τε πολλὰ λέγοντα, καὶ ὡς εἰ τοὺς ὁμήρους δώσει τρέφειν αὐτοῖς, ὅμιλον πολλόν τε καὶ ἀχρεῖον ἕξουσιν. ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ ὄνομα Ὁμήρου ἐπεκράτησε τῷ Μελησιγένει

hæc pronunciavit carmina,

Vos me hominum rapide plantæ portetis in urbem,
Quorum animus promptus, pollent qui mente ſagaci.

Proficiſcens igitur Cumam è Novo muro, per Lariſſam iter fecit, utpote compendioſiſſimum. Ubi, ut Cumani narrant, flagitante ſocero, epigramma hoc ſcripſit Midæ Phrygum regi Gordii filio, id quod etiam nunc in Gordii cippo inſcriptum viſitur,

Ænea ſum virgo, Midæ quæ incumbo ſepulcro.
Dum fluit unda levis, ſublimis naſcitur arbor,
Dum ſol exoriens & ſplendida luna relucet,
Dum flvvii labuntur, inundant litora fluctus,
Hic conſtanter ago, lacrymaſq; in marmore tinctio
Fixa, Midam moneo tumulatum hic chare viator.

Reverſus autem Cumam, in ſenum paſſim conventiculis carmina ſua quæ fecerat oſtentabat, colloquiique ſuavitate auſcultantes in ſui admirationem facile pertrahebat. Intelligens igitur Cumanos poeſin ſuam recipere, pergit eoſdem conſuetudine ſua oblectare, ac poſtremo hujuſmodi condicionem proponere, ſi publice eum alere vellent, ſe civitatem Cumanorum celeberrimam redditurum. Qui præſentes hæc audiebant, inſtitutum probabant: addentes ſe quoque adjuturos, ſi petitionem ſuam ad ſenatum referret, ut votis ſuis fieret ſatis. Meleſigenes his verbis [illegible]ectus, collecto ſenatu in curiam proceſſit: rogatoque eo cujus id muneris erat, ut in ſenatum duceretur, ille nihil recuſans, ubi opportunum videbatur. hominem deduxit. Hîc conſiſtens Meleſigenes, eadem verba habuit in ſenatu quæ paulo ante in illis conventiculis de alimentis præſtandis propoſuerat. Ubi dixiſſet egreſſus pro curia ſedebat. Dum autem ſenatores agitarent quidnam par eſſet homini reſpondere, viſumq; eſſet cum ei qui deduxerat, tum aliis omnibus quotquot in conventiculis Meleſigenem audierant, petitionem admittendam: unus tantum è ſenatoribus

XII

XIII

referetur Meleſigenis poſtulatis calculo ſuo repugnaſſe, interq; alia multa, hæc quoq; commemoraſſe: quod ſi ſemel ὁμήρους, *hoc eſt, cæcos*, alendos ſuſciperent, futurum eſſet ut continuo turbam & multam & inutilem haberent. Atq; hic primũ Homeri nomen Meleſigeni inditũ eſt,

à cæ-

à cæcitatis videlicet calamitate. nam Cumani cæcos ὁμήρους appellant. Jamq; inde, qui prius Melesigenes, nomen obtinuit Homeri. Breviter hæc sententia evicit, perque prætorem fuit approbata, qua contendebatur non
XIV alendum Homerum. Hæc quum illi nunciaretur, vehementer commotus, his versibus calamitatem suam deplorabat,

Hei mihi quam fatum dat Jupiter almus iniquum.
Infanti mihi lac veneranda ex ubere matris
Prabuit, Æolica Smyrna, quam martia quondam
Gens Phriconitis, certamine fortis equestri,
Condidit ad pelagus, preterlabente Melete.
Docta Jovis proles mecum hinc digressa volebat
Carminibus celebrare urbem quam nomine dicunt
Cumam, quosque viros intra sua mœnia claudit.
Illi audire sacra sprevernnt carmina vocis,
Sed quicunque mihi cladem exitiumque paravit,
Non impune feret læva quod mente volutat.
At mihi quam dederint nascenti numina sortem,
Ægro animo quamvis, certum est perferre patique.
Sed jam per sacra vestigia ponere Cumæ
Compitaq; non suadet mihi mens, potiusq; remota
Inq; peregrina sedem mihi quærere terra.

XV Cuma deinde abiens ad Phocæam contendit, imprecans interim Cumanis nequis unquam insignis poeta in illa regione existeret, qui Cumanos celebraret. Apud Phocæam autem eodem modo sibi victum paravit, in conventiculis videlicet passim carmina sua ostentans. Erat autem eo tempore apud illam Thestorides quidam, qui pueros illic literas docebat, homo fidei parum probatæ. Hic animadversa Homeri poesi, hujusmodi verbis Homerum compellavit, paratum se inquiens & ministrare ei, & victum suppeditare, si carmina quæ meditatus esset, describere pateretur, & alia subinde faciens,
XVI ad se deferret. Homerus, jam ministerii alicujus atq; adeo necessariorum indigens, recipiendam hanc conditionem putavit: commoratusq; apud Thestoridem, minorem illam fecit Iliadem,

ἀπὸ τ συμφορῆς· οἱ γὰρ Κυμαῖοι τὲς τυφλὲς ὁμήρους λέγουσιν· ὥστε πρότερον ὀνομαζομένῳ αὐτῷ Μελησιγενεῖ, τοῦτο πρώτως τοὔνομα Ὁμήρου· καὶ οἱ ξένοι διῳκήσαν, ὅτε μνήμιον αὐτοῦ ἐποιοῦντο. ἐπελθόντα δ' οὖν ὁ λόγος τῷ ἄρχοντι μὴ τρέφειν τ Ὅμηρον, ἔδοξε δέ πως τῇ ἄλλῃ βουλῇ. ἐπελθὼν ὁ ὑπηρέτης καὶ παρεζόμενος αὐτῷ διηγήσατο τὲς ἐναντιωθέντας λόγους τῇ χρήμῃ αὐτοῦ, καὶ τὰ δόξαντα τῇ βουλῇ. Ὁ δ, ὡς ἤκουσεν, ἐσυμφόρησέ τε καὶ λέγει τὰ ἔπεα τάδε,

Οἵη μ' αἶσα δῶκε πατὴρ Ζεὺς κύρμα ἡμέσθαι, 358
Νήπιον αἰδοίης ἔτι γένεσι μιγέος ἀταλλων,
Ἣν ποτ' ἐπύργωσαν βουλῇ Διὸς αἰγιόχοιο
Λαοὶ Φρικωνος, μαρνάμενοι ὑπερήτορες ἵππων·
Ὁπλότεροι μαλερῷο πυρὸς κείνοιο τέκος Ἄρηος
Αἰολίδα Σμύρνην ἀλιγείτονα πολυιάνακτον·
Ἣν τε δι' ἀγλαὸν εἶσιν ὕδωρ ἱεροῖο Μέλητος,
Ἔνθεν ἀπορνύμενα κέαι Διὸς, ἀγλαὰ τέκνα,
Ἡδελέτην κλήσασα δίαν χθόνα καὶ πόλιν ἀνδρῶν.
Οἱ δ' ἀπὸ νηνάδην ἱερὴν ὕπα, φημὶ ἀοιδὴν.
Ἀφραδίην τ μὴ τί τε παθὼν τις φρείσεται αὖθις,
Ὅς σφιν ἀνειδείσιν ἐμὸν διεμήσατο πότμον.
Κῆρα δ' ἐγὼ τὴν μοι θεὸς ὤπασε γεινομένῳ περ,
Τλήσομαι ἀκέοντον φέρων τέλος ὀτι θυμῷ.
Οὐδέ τι μοι φίλα γοῦα μολεῖν ἱερὰς ἐς ἀγυιὰς
Κύμης ὁρμαίνουσι, μέγας δέ με θυμὸς ἐπείγει
Δῆμον ἐς ἀλλοδαπὸν ἐναι ὀλίγον περ ἐόντα.

accommodasse, virisimile est. Altera, quòd ex horum utroq; (ac præsertim ex Thucydide) omnes propemodum qui sequuti sunt historicos, cum alia tum varias scribendæ historiæ regulas derivasse, & horum scripta tanquam ideas illis scribentibus obversatas fuisse, multa nobis argumento esse possint. Verùm quum ista sint ejusmodi quæ multò faciliùs mente comprehendi quàm verbis explicari possint, quæ addi huc pertinentia possent, cogitanda relinquo. Hoc autem nequaquam silentio prætereundum censeo, veteres historicos (sicut & poetas) si non ob aliud, ob eam certè reverentiam qua fictitium numen suum suaq; adulterina sacra prosequuntur, dignissimos esse quos revereamur. Hanc autem illorum reverentiam fateri cogentur quicunq; multa loquendi genera, quibus sacræ literæ nobis Dei providentiam, & (ut theologica voce utar) omnipotentiam testantur, itidem ab illis usurpata invenient: quæ contrà eorum posteri neglexerunt. Duobus exemplis contentus ero: quis non, quum hæc verba audit, Deus in cor meum immisit, Deus in manus meas illum tradidit, Davidem, vel Esaiam, vel Jeremiam, aliúmve quempiam è sanctorum Prophetarum numero, potius quàm Homerum vel Hesiodum aut alium poetam loquentem audire sibi videtur? At ego & hæc & alia loquendi genera Herodoto veteri historico cum veteribus illis poetis dico esse communia: ut omittam quæ præterea ore Christiano itidem dignissima sibi habet ille peculiaria, quæ quoniam ut omnino impietatis, ita mendacii suspicione aliqua eum ex parte liberare posse videntur, non omittenda, sed alii loco servanda judico: atq; hactenus in gratiam & laudatorum & virtuperatorum antiquitatis, ex multis pauca præfatus, ad ipsum disputationis caput venio.

QUUM in legendis historiis duo consideranda sint, quæ narrantur & à quo narrentur. prius de eo qui hæc memoriæ prodidit, nobis dicendum est. Herodoti fabulositatem ita omnibus omnium sermonibus fuisse jam olim jactatam. ut in proverbium propemodum abierit, quis est qui nesciat? Sed quod hodie in multis experimur, idem plurimis superiorum seculorum hominibus usuvenisse credibile est, ut aliena fide illum mendacii arguerent: quippequi ne librorum quidem ejus titulum unquam nisi per transennam aspexissent, sed aliorum a quibus lecta esse credebant, judicio standum sibi esse existimarent. Verùm ut hujusmodi hominum voces olim exibilari potius quàm refelli solitas verisimile est, quippe qui temerariam suam credulitatem impudentiamque prodentes, non Herodoti sed suam ipsorum famam læderent: sic & hodie similem impudentiam similiter exibilandam explodendamque potiùs quàm argumentis ullis confutandam censeo. Quare hos missos faciens, illos compellabo, qui Herodotum non semel, sed sæpius, non ejus partem sed opus integrum, non oscitanter, sed summa cum attentione volverunt. Ac primum ex illis scire velim utrum Herodotus prudens scienſque, an imprudens mentiatur. Illum prudentem ac scientem mentiri si respondebunt, mendacii ipsimet ex ejus sexcentis locis convincentur. Si enim mentiri propositum illi esset, cur quoties aliquid commemorat quod perspectum exploratumque non habet, hac de re nos admonet? cur tot locis tam solicitè se excusat? Aut quid hæc, Ut audivi, Ut narrant, Ut aiunt, addere passim attinebat? Aut quid horum quidem si testem esse oculatum, at illorum testem auritum duntaxat, fateri necesse erat? ut in Euterpe, μέχρι μὲν τῆς Ἐλεφαντίνης πόλιος αὐτόπτης ἐλθών, τὰ δ' ἀπὸ τούτου ἀκοῇ ἤδη ἱστορέων. Sed & sæpe de rebus sibi dubiis scribens, nescire se quàm veræ sint illæ, sed quæ ab aliis referantur, narrare, & penes eos fidem esse velle dicit. Atque adeo in Polymnia, hoc suum esse in universo opere consilium pronuntiat, ut sibi commemoranda quæ ab ab aliis acceperit, non item omnino sibi credenda esse censeat, ἐγὼ δέ, inquit, ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαι δὲ ἐμοὶ οὐ παντάπασιν ὀφείλω. καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον. Ac ne his quidem contentus sæpe etiam suspicionem lectoris prævenit, & hoc vel illud narrati quidem, sed verisimile sibi non fieri profitetur. ut quum in Clione scribit, φασὶ δέ οἱ ἐπιχώριοι οὗτοι, ἐμοὶ μὲν ὑπὲρ λέγοντες, τὸν Δία τὸν ἀπτὸν φοιτᾶν. &c. Sic in Terpsichore dicit, ἐμοὶ μὲν ὑπὲρ λέγοντες, ἄλλῳ δέ τεῳ. At multis locis hanc admonitionem non attexit, in quibus videtur esse necessaria. Nimirum tibi necessaria videtur. at illi contrà supervacaneam (quippe cui fui dicti ratio constaret) visam fuisse, persuasum habeo. Atq; hanc meam opinionem confirmat (ni fallor) iste Clionis locus, in quo Babylonici soli fertilitatem exponens, scribit, In quam autem altitudinem milium & sesamum arboreſcant, etsi probè norim, tamen id non referam: quum certò sciam, iis qui nunquam Babylonicam regionem adierunt, quæ de fructibus dicta sunt, planè incredibilia videri. Meam, inquam, opinionem confirmat (ut opinor) hic locus, ut enim de his tacere voluit quòd fidem impetratura non crederet, quidni de illis quoq; tacuisset, si fide majora fore putasset: aut aliquo saltem verbo, ut aliis in locis suspecta sibi esse testatus esset? Quid quòd comperta sibi aliorum mendacia dissimulare non potest, ut cum in Euterpe, tum alibi apertè ostendit? Atqui mendacia exagitare, nequaquam ejus qui mendaciis gaudeat, esse videtur. Ac primum quidem hoc sit φιλαληθείας Herodoti argumentum. Secundum esse possit, quòd non, ut alii pleriq; historici, quæ vel à dicendo vero eum deterrent, vel ad mentiendum impellerent, habuerit. Cui enim illum assentari voluisse, aut quòd assentationis præmium sibi proposuisse dicemus? Adde quòd assentari & παρρησιάζεσθαι amare, velut ex diametro inter se pugnent: quam tamen illum amasse,

cum

cum ex aliis locis, tum ex hoc in Polymnia deprehendimus, Hîc ego, quòd ſentio & verum mihi videtur, non diſſimilabo: licet ejuſmodi eſſe ſciam quod mihi invidiam apud multos conflare poſſit. Atenim quorundam encomia ſuæ hiſtoriæ inſeruit. Id quidem fateor: ſed & rara & nullam aſſentationis ſpeciem præ ſe ferentia eſſe dico. nec quicquam aſſentatorium vel in Polycratis laude in Thalia, vel Bogis aut Cadmi in Polymnia, agnoſco. Remoto autem aſſentationis ſtudio, quid ei lucri fuiſſet (ut ille apud comicum loquitur) nos fallere? Eſto tamen, aliquos hiſtoriæ ejus locos criminis illius ſuſpectos nobis eſſe: at quis eam ſaltem partem quæ non res geſtas, ſed varios hominum variorum mores ac ritus deſcribit, (quæ potiſſimùm calumniis obnoxia eſt) ſuſpicione hujuſmodi non liberet? Tertium argumentum (niſi quis conjecturam vocare malit) ex magna hominis circa ſuum numen ſuaq; ſacra obſervantia peti poſſe dixerim, quam & paulò antè attigi. Multæ enim ſententiæ ſive γνῶμαι tum quas aliis locis adhibuit, tum quas narrationibus vel præfixit, vel tanquam corollaria adjunxit, tanta illum pietate præditum fuiſſe teſtantur, quanta in hominem Chriſtianæ religionis ignarum cadere poteſt: imò verò ea & divina potentia providentiaque ſenſiſſe quæ Chriſtianum ſentire & deceat & oporteat. Hujuſmodi ſunt hæc in Thalia, SED profectò providentia Dei, pro ſua ſapientia, quæcunque animalia meticuloſa & eſculenta ſunt, valde fœcunda reddidit, ne aſſiduo eſu abſumpta deficerent: at quæcunque improba & pernitioſa, parum fœcunda. At hinc fit ut lepus, &c. Conſideremus & hæc ex Polymnia, VIDEN' ut Deus animalia prægrandia fulmine feriat, eorum faſtum non tolerans: at puſilla ne videlicet quidem? Viden' ut in editiſſima quæque ædificia & in celſiſſimas quaſque arbores tela hæc ingruant? Gaudet enim Deus quæcunque eminent, deprimere. Unde etiam contingit ut ingens exercitus ab exiguo profligetur: Deo videlicet illis quorum inſolentiam exoſam habet, terrorem aut fulmen immittente: ita ut ſuperiores eorum ſucceſſus exitus exitiales habeant. Magnificè enim de ſe ſentire nemine commune ſecum eſſe ſinit Deus. Quid, obſecro, de divina potentia divinius iſtis dici potuit? Heſiodeam illam γνῶμην laudibus omnes efferunt,

Ῥέα μὲν γὰρ βείλει, ῥέα δ' ἔβειάσατο χαλέπτει,
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἄειρει.
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγλωώρεα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώμαθ' ναίει.

Quem imitatus Horatius dixit.

———*valet ima ſummis Mutare, & inſignem attenuat Deus,*
Obſcura promens,

Et meritò quidem certè illam veteris poetæ ſententiam laudibus extollunt: ſed quanto tamen ulterius progreditur hic noſter hiſtoricus? Jam verò gnomen illam quæ Deo vindicem oculum tribuit, quot nobis exemplis confirmat? vel potius, quot locis eam tanquam in ſpeculo intuendam proponit? Primùm quæ de Pheretima narrat, & verba quibus narrationem ſuam claudit, audiamus: ac quoniam eſt valde memorabilis, eam à capite ipſo arceſſamus, diſperſa ejus membra in unum corpus colligentes. Erat hæc Pheretima Batti claudi Cyrenes regis uxor. hic Arceſilai filius erat; quem Cyrenes regnum tenentem, dum morbo laboraret, frater Aliarchus ſtrangulaverat: iſq; viciſſim ab illius uxore cui nomen Eryxo, ex inſidiis interfectus fuerat. Batto hoc mortuo, Arceſilaus quem is è Pheretima ſuſtulerat, regni hæres relinquitur: ſed quum orta inter hunc & populum ſeditione, factio populi ſuperior evaſiſſet, Arceſilaus Samum, Pheretima ejus mater Salaminem profugit, & ab EUelthone, imperium ejus obtinente, exercitum à quo unà cum filio Cyrenen reducatur, petit. At EUelthon quidvis potius illi quàm exercitum dabat. Illa, quicquid dabatur accipiens pulchrum quidem & id eſſe dicebat, ſed pulchrius futurum eſſe ſi ipſi quem petebat exercitum daret. Atque hoc reſponſo donum unumquodq; proſequebatur. Tandem verò EUelthon ei fuſum aureum, & colum cui circumpoſitum ſtamen erat, dono miſit. Quum autem iiſdem quibus prius verbis inter accipiendum hoc munus uſa eſſet, tunc EUelthon ſe talia fœminis non exercitum donare dixit. Arceſilaus autem interea Sami agens exercitum coegit, à quo quum Cyrenen reductus, & in antiquum ſtatum reſtitutus eſſet, magnam in ſuos ſæviciam exercuit: ob quam ſibi metuens quum ad Alacerem Barcæorum regem ſocerum ſuum ſe contuliſſet, à Barcæis quibuſdam, quibus ſe nonnulli Cyrenæi exules adjunxerant, in foro interfectus fuit: ejuſq; cædem mox Alazeris ſoceri cædes ſequuta eſt. At Pheretima, tantiſper quidem dum Arceſilaus filius Barcæ ageret, ejus gradum apud ſuos cum aliis in rebus, tum in præſidendo ſenatui tenebat: ſed ubi filium Barcæ interemptum audivit, fuga ſe in Ægyptum proripuit: atque ibi Aryandem (quem Cambyſes Ægypto præfecerat) ſupplex rogavit ut vicem ſuam ulciſceretur, hoc prætextu utens, quod filium ſuum, quia Medorum partibus favebat, interfectum diceret. Quum Barcem perveniſſent quos exoratus Aryandes ex

Ægypto

Ægypto miserat, eamq; urbem vi capere frustra conati, fraude cepissent, Pheretima ex Barcæis eos qui perpetrandæ cædis principes fuerant, crucibus per ambitum murorum suffixit: eorum autem uxoribus mammas amputavit, quibus eosdem muros tanquam notis quibusdam interpunxit. Cæteros Barcæos Persis diripiendos reliquit, præter eos qui Battiadæ & affines cædis non erant: his autem urbis gubernacula tradidit. Hactenus de Pheretimæ facto. nunc animadvertere operæpretium fuerit, quòd huic narrationi (interjectis tamen nonnullis) corollarium. librum claudens, attexat. At Pheretima (inquit) ne ipsa quidem mitem vitæ exitum habuit, quumprimum enim è Libya, Barcæos ulta in Ægyptum rediit, miserabilem mortem obiit. viva enim vermibus scatere cœpit, à quibus corrosa fuit. Nempe homines tam atrocibus vindictis invidiam sibi apud deos conflant. Hactenus de Pheretima. Ad Hermotimum eunuchum veniamus. scriptam enim de illo historiam religio mihi esset silentio præterire. Hermotimo, inquit, amplior illatæ sibi injuriæ, quàm ulli unquam mortali (quod sciam) contigit ultio. Is ab hostibus captus & venalis à Panionio quodam Chio emptus fuerat, qui ex scelestissimo facinore quæstum faciebat, quoscunq; enim nanciscì poterat formosos pueros, castrabat, moxq; Sardis aut Ephesum abductos magna pecunia vendebat. Barbaris enim eunuchi in pretio sunt, quòd iis majorem quàm aliis fidem in rebus omnibus habendam putant. Ex eorum autem numero quos castraverat Panionius, erat Hermotimus: cui felici sorte contigere ut cum aliis donis Sardibus ad Xerxem mitteretur: temporis autem progressu primum inter eunuchos locum apud illum obtineret. Quum autem rex Persicas copias in expeditionem adversus Athenas educens, Sardis perveniisset, tum Hermotimus negotii ejusdam gratia quum in Mysiam regionem descendisset, quæ à Chiis incolitur, Atarneus dicta, hîc Panionium offendit. Quem agnitum quum blandè compellasset, & primùm quidem ei exposuisset quanta bona ejus opera consequutus esset, deinde verò magnam se illius meriti gratiam relaturum promisisset, si cum suis liberis illuc commigraret, ei ut id faceret persuasit. Postquam verò eum in potestate habuit, quippe qui cum liberis & uxore illuc commigrasset, his eum affatus est verbis, O qui præ omnibus mortalibus è scelestissimo facinore quæstum fecisti, quid de te ego aut meorum majorum quispiam, de te inquam vel aliquo tuorum commeruimus, propter quod me ex viro nihil esse feceris? Nempe deos tuas illas artes ignoraturos sperabas: at te rem adeo injustam ausum, justo ipsi contrà judicio in manus meas compulerunt, ut tantas, quantis dignus es pœnas mihi dares. Quæ dum Panionio exprobrantur, adductis in conspectum quatuor filiis, eorum amputare genitalia coactus fuit: quod quum illis fecisset, ad idem ei vicissim faciendum addacti ipsi fuerunt. Ita Hermotimo adversus Panionium divinæ ultionis vices adjutrices fuerunt. Quid quæso hîc legimus quod ore Christiano sonari non mereatur, si tantum pluralem deorum numerum in singularem vertamus? Sed & in Euterpe quàm pulchrè ab eo dicitur magnorum scelerum magnas immitti à diis ultiones? τῷ δαιμονίῳ παρασκευάζοντι. ὅκως παντελεθρίῃ ἀπολόμενοι, καταφανὲς τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποισι ποιήσωνται ὡς τοῖσι μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν. Illis autem verbis quibus suum de Hermotimi ultione sermonem finit, consona sunt (si ipsum etiam loquendi genus spectemus) hæc quæ in Thalia habentur, χρόνῳ δ' οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Ὀρσίπια Πολυκράτεϊ τίσις μετῆλθον. dixerat enim illic, Πανιώνιον μὲν νῦν οὕτω συμβῆναι ἔτι τίσις καὶ ὁ Ἑρμότιμος. Sed & τίνειν δίκλην τινὶ interdum dicit, ut in Eratone, οὐ μὴν ὧδε Λυσιχίδης κατῆγεν ὀν Σπάρτῃ, ἀλλὰ τίσιν τοιήνδε τινὰ Δημαρήτῳ ἔξέτισε. & in eodem libro de Cleomene, cujus insaniam vindictæ divinæ imputat, ἐμοὶ δὲ δοκέει τίσιν ταύτην ὁ Κλεομένης Δημαρήτῳ ἐκτίσασθαι. In Calliope autem δίκλην τῷ φόνῳ τῷ Λεωνίδεω ἐκ Μαρδονίου dicit. Huc etiam pertinet vocabulum μοῖρα, ut quum scribit in Polymnia τοῖσι δ' ὦν Λακεδαιμονίοισι μοῖρα κατέσκηψε Ταλθυβίου τοῦ Ἀγαμέμνονος κήρυκος. & paulo pòst, ὅτι μοὶ δοκέει κατέσκηψε ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μοῖρα, &c. in quo etiam loco observatione dignissimum est quod tradit de scelere quod in filiis authorum ejus Deus vindicaverit. Frequens est illi usus & vocis χρεών, sive ἐδόθη (pro ἔδει, quod & ipsum apud eum extat) de eo quod ut à Deo decretum fuerit, ita fieri oportuerit & necesse fuerit: ut non procul à Cliûs initio. χρεὼν δὲ Καμβαύλῃ γενέσθαι κακῶς Et circa finem Calliopes, κακῶς δὲ ἔδοξε πανοικὶῃ γενέσθαι. Et in Terpsichore, οὐ δὲ ἔδοξε τούτῳ τῷ στόλῳ Ναξίους ἀπολέσαι. In eadem ἔδει δὲ ἐκ τοῦ Ἑτεωνέω γόνου Κοίνθῳ κακὰ ἀναβλαστεῖν. Item in Eratone, δεῖν δὲ Μιλτιάδεα τελευτᾶν μὴ εὖ. Nec verò mihi dubium est quin Livius imitari Herodoteum istud loquendi genus volens, (ut antea dixi à veterib. historicis posteros multa mutuatos esse) non procul à primi libri initio ita loquutus sit, Sed debebatur, ut opinor, fatis tantæ origo urbis, maximiq; secundum deorum opes imperii principium. Quod si hujus χρεὼν vel ἔδοξε explicationem quærimus, eam nobis ejusdem Herodoti Calliope suppeditabit, Hospes, inquit, quod à Deo contingere oportet, homo nulla ratione avertere à se potest. quoniam ne verisimilia quidem dicentibus quisquam auscultare vult. Sed narrationem à qua dictum illud pendet, audiamus. Dum autem, inquit, hac in re occupati sunt barbari, Attaginus Phrynonis filius, vir Thebanus, convivio magnificentissimè instructo,

instructo, Mardonium ipsum, & quinquaginta eorum qui cum illo erant honoratissimos, excepit. Secundum cœnam Persa quidam Thersandrum Orchomenium cujas esset interrogavit: quem ubi Orchomenium esse accepit, Quoniam, inquit, te mihi mensæ & libaminum consortem esse contigit, tibi sententiæ meæ mnemosyna relinquere libet; ut & ipse eorum quæ impendent præscius, tuis rebus consulere possis. Vides Persas qui hîc epulantur, & exercitum quem ad flumen castra habentem reliquimus? Ex hoc universo numero non multo pòst perpaucos videbis superstites. Atque his verbis multas lacrymas ille miscebat. Quæ quum admiratus Thersander dixisset, Nónne Mardonio hæc significanda sunt, & Persis qui secundum ab eo locum obtinent? tum ille subjecit, Hospes, quod à Deo contingere oportet, homo à se arte nulla depellere potest. siquidem ne verisimilia quidem dicentibus fidem quisquam adhibere vult. Atq; adeo ex Persis multi quamvis hoc sciamus, sequimur necessitate constricti. Ex his, (sicut & ex aliis quæ antè attuli) quæ fuerit nostri historici pietas, patere satis arbitror. quanvis enim hæc postrema verba non in sua sed in Persæ cujusdam persona proferat, (cui eum illa nequaquam affingere dixerim) illi tamen aliqua ex parte adscribi possunt: quòd sic ea commemoret ut illis se assentiri planum faciat. Reliquum est ut scrupulum, quem animis aliquorum injicere potuit vocabulum τύχη, eximam. Nam quomodo (dicent nonnulli) huic quem prædicas pietati consentanea sit illa τύχης appellatio, quæ quum apud vetustissimos scriptores rarò, apud Homerum autem nunquam reperiatur, hic contrà illi eventus rerum imputat? Qui fortunam constituit, nónne is providentiam tollit? Hoc ego sanè fateor: sed τύχῃ illis in locis vulgarem fortunæ significationem habere nego. Alioqui enim quomodo adderet θείη cum τύχη? ut in Melpomene, τὰς δὲ οἱ ἵπποι τὰς ἀπὸ τοῦ ἅρματος νεμομένας ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ ἀφανισθῆναι θείῃ τύχῃ. Et in Terpsichore, τὴν λαβόντα τῶν ἀνδρῶν θείη τύχη προσενείκασε τὸ παιδίον. Hîc enim θείη τύχη nihil aliud sonat quàm θείη μοίρᾳ, & quod vernaculo sermone dicimus, *Ainsi que Dieu voulut*. Quod illa etiam verba Calliopes indicant, εἴτε κληδόνος εἵνεκα θέλων πυθέσθαι, εἴτε καὶ κατὰ συμβολήν, θεοῦ ποιεῦντος. Illæ porrò Gallicæ voces aliud loquendi genus in memoriam mihi revocant, quod quum ineptum alioqui judicetur, magnam tamen cum isto Herodoteo habet affinitatem, atque adeo tantam ut ejus videri possit ἀπόγονον. Ita enim loquitur sæpe apud nos vulgus, *O est fortune: Dieu le veult*. Quàm multas autem alias habeat hic scriptor dicendi formulas sibi magna ex parte inter Græcos scriptores peculiares, ac quæ sermoni nostro cum eo sint communes, alius erit aliquando dicendi locus. Ad θείῃ τύχῃ revertor, & hoc addo, interdum etiam θεῖον πρῆγμα vocare Herodotum τὸ θείῃ τύχῃ συμβάν. ut quum in Eratone dicit, ὁρέων δέ με καταμυμῶντα ὁ Ἀρίστων, ἔμαθε ὡς θεῖον εἴη πρῆγμα. Et in Polymnia, δῆλον ὧν μοι ὅτι θεῖον ἐγένετο τὸ πρῆγμα ὀκτὼ μιῆς. Dixerat autem paulo antè, τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι. Sed & in Calliope legimus, δῆλα δὴ πολλοῖσι τεκμηρίοισι ἐστὶ τὰ θεῖα τῶν πρηγμάτων. In quo etiam loco nobis observandum est quod & alibi dicit, nimirum divinitus signa malorum futurorum hominibus solere dari. ut in Eratone, φιλέει δέ κως προσημαίνειν εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἡ πόλις ἢ ἔθνεα ἔσεσθαι. Rursus in eodem libro, καὶ τοῦτο μοὶ κατέρας ἀνθρώποισι τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν ἔφηνεν ὁ θεός. Verum enimvero quas hactenus recensivi Herodoti pias sententias dum mecum reputo (ut tandem huic sermoni finem imponam) hic animum meum percellit metus, ne eum profana illa muliere regina Sabæ profanus Herodotus, & cum Herodoto cæteri profani scriptores quibuscunq; adeo sacra dicta eruperunt, nos in illo extremo judicii die reos peragant, qui quum Christo unico veræ religionis duci, nomen dederimus, & cognomen ab eo acceperimus, profanius plerunq; & sentimus & loquimur & scribimus. Sed quoniam non hoc in præsentia quæritur, quàm pius, sed quàm verax fuerit Herodotus; quod initio hujus sermonis dixi, iterum dico, tertium φιλαληθείας Herodoti argumentum ex hac ejus pietate (meo judicio) posse duci. Quis enim rationi consentaneum esse dicat, ut qui tam pius, idem tam improbus etiam fuerit, ut sciens prudensque, nulla spe aut lucri aut alius commodi proposita, lectoribus imponere planeq; eos ludificari voluerit? Nisi fortè eum aliquis, quantum esset inter historici & poetæ officium discriminis, & veritatis lucem esse historiam, nesciviſse arbitratur: unde incomperta pro compertis, ficta pro factis, falsa pro veris commemorare, adeo religione non habuerit, ut suum etiam nomen (ne posteritas illorum mendaciorum authorem ignoraret) operi suo præfixerit. Imò verò vel hinc, id est è præfixo operi nomine, quartum φιλαληθείας ejus argumentum peti posse crediderim: quod tamen non tanquam necessarium, sed potius tanquam ex abundanti cæteris additum existimari volo. Cæterum cogitanti aliquando mihi quid fidem Herodoti & cæterorum prisci seculi scriptorum tantopere suspectam multis reddat, ratio illa occurrit, quòd ut bonam eorum partem qui res à se longinquis in regionibus visas aut auditas narrant, mentiri suspicamur quasi locorum longinquitas ad hoc audaciores reddat: ita etiam non paucis dubia sit illorum historicorum fides, quasi temporum longinquitate (quæ rerum memoriam propè obliterarit) freti, fabulas pro historiis obtrudere nobis non dubitent. Atqui eos quorum animis insidet hæc

suspicio,

ſuſpicio, quantum inter hæc duo ſit diſcrimen, animadvertere decebat. locorum enim longinquitas eadem ſupermanet, at temporum non item. atq; adeo multæ res geſtæ quàm longè à noſtris temporibus abſunt, tam propè ab eorum temporibus, qui eas memoriæ prodiderunt, abfuere. Et hactenus quidem iis qui Herodotum conſultò mentiri perſuaſum habent, reſponſum ſit.

At qui Herodoto propoſitum quidem non fuiſſe mentiri, ſed mentitum tamen eſſe arbitrantur, dum incomperta pro compertis (ut modò dixi) commemorat, & ſuam interdum fidem de iis quæ audierit, non ſecus ac de iis quæ viderit, obſtringit, reſpondeant velim ad hoc, Herodotum illa comperta non habuiſſe, id verò unde ipſi compertum habeant. Si enim ſe hinc conjecturam facere dixerint quòd aliis quibuſdam repugnantia tradat, ecqua tandem ipſi certiore antiquitatis cognitione freti, Herodotum mendacem, cæteros veraces eſſe pronuntiare audebunt? & quam tandem ad normam eas quæ de rebus priſcis extant ſcriptiones dirigendas cenſebunt? Quòd ſi fortè Herodotum fabuloſitatis reum agi poſſe exiſtiment hoc uno nomine quòd eorum fidem ſuperent quæ narrat: at non protinus quæ fidem apud illos excedunt, apud omnes fidem exceſſura putanda ſunt. Demus tamen ea eſſe ejuſmodi quæ fidem apud nullum mortalium impetrent, an quia eam non impetrant, eam non mereri dicemus? Quæ nova eſt iſta dialectica, per quam nobis ita colligere liceat, ut quod veriſimile non eſt, ne verum quidem eſſe poſſit? Quæ porro eſt iſta in hiſtoricos tyrannis, ut ſi res ab illis ſcriptas credere nolimus, eos noſtræ incredulitatis (liceat hoc uti verbo) præſtare culpam velimus? Quæ tamen ego dum ſcribo, non ſum neſcius Joſephum in hac altera opinione fuiſſe, nimirum ut diceret Herodotum in mendacio quidem ſibi non placuiſſe, ſed ſuam illi credulitatem, mentiendi, occaſionem dediſſe. Sed ego quam modò ab aliis exegi normam ad quam priſcæ hiſtoriæ dirigantur, ab eo quoq; exigere non dubitarim.

NE TAMEN dum alios nimis incredulos eſſe quæror, nimiùm ipſe credulus habear, quibus nitens aut argumentis aut exemplis, non temerè derogandum eſſe antiquis hiſtoriis fidem contendam, exponere decrevi. Quæcunq; leguntur apud hiſtoricos miracula, ea vel ipſius natura rerum, vel humanarum actionem eſſe, nemo (ut opinor) negaverit. Nam ſiquid hæc vel illa regio aut prorſus inauditum, aut inauditæ certè magnitudinis vel contrà, parvitatis producit, id naturæ: ſiquid ab hominibus mirabile proficiſcitur, id humanæ actionis miraculum voco. Primùm igitur (ut terræ fruges omittam) quot animalium genere ſumma admiratione digna deſcribunt hiſtorici, quæ aut non habemus omnino aut certè forma & magnitudine plurimùm ab illis differentia? Ne longè abeamus, ad homines, omnium animalium præſtantiſſimum nobiliſſimumq; genus, veniendum eſt. Quales nobis paſſim gigantes, quales viciſſim Pygmæi deſcribuntur? Quid? an quòd neutros viderimus, neutros eſſe aut fuiſſe dicemus: Atqui ad gigantes quidem quod attinet, qui fabuloſos eſſe illos dixerit, (ut omittam multa eorum extare paſſim oſſa) non profanos tantùm, ſed & ſacros libros fabuloſitatis inſimulaverit. Pygmæos autem ſi eſſe aut fuiſſe negabimus, non ſolùm magnæ externorum ſcriptorum turbæ, ſed & noſtris ipſorum oculis fidem derogabimus: quid enim aliud ſunt qui paſſim ſpectantur nani quam Pygmæi, aut certè ex Pygmæis oriundi? Cur autem ſi naturam (id eſt naturæ opificem) omnipotentem eſſe credimus, homines à nobis & forma & magnitudine variè differentes creare olim potuiſſe & hodie quoq; poſſe non credemus? Jam verò & hoc circa hominem (antequam ab eo digrediatur oratio) diverſum naturæ opus conſideremus. Ea nunc fœtum utero mulieris per novem duntaxat menſes includit: an igitur Herodoto, ex cujus hiſtoria quædam, fœtus utero muliebri plerunq; decem menſium ſpatio includi ſolitos colligimus, fidem derogabimus? Atqui ut taceam, ne veriſimile quidem eſſe, longam eum hiſtoriam ad inſerendum illi tale mendacium confinxiſſe, quicunq; vel Herodoto vel alii cuilibet hoc narranti fidem derogat. & fieri poſſe negat, nónne is eadem opera fidem divinæ potentiæ derogare putandus eſt? Verùm ut ad divinam uſq; potentiam non progrediamur, qui hîc mendacii Herodotum accuſant, quàm multos in crimen trahant, oſtendemus: ſi prius illam hiſtoriam paucis perſtrinxerimus. hæc igitur ſunt ejus verba, de tertia uxore Ariſtonis regis Lacedæmoniorum loquentis, Nondum autem elapſo decem menſium ſpatio mulier iſta hunc Demaratum Ariſtoni parit. At is in ſolio ſuo cum ephoris ſedens, nuntium de nato ſibi filio ſimulatq; accepit, temporis quo uxorem duxerat, memor, ſubducto in digitos menſium numero, hunc, filium ſuum non eſſe, jurejurando affirmavit. Quod quum audiſſ. &c. Aliquanto pòſt narrat iſtum hujus mulieris ad filium ſuum ſermonem, Quod autem præcipuè objiciunt tibi inimici, ipſum Ariſtonem, quum ei te natum eſſe nuntiatum eſt, multis audientibus eſſe te ſuum negaviſſe, quippe quòd exacti nondum decem menſes forent, nimirum ut talium rerum imperito hæc verba exciderunt. Mulieres ſiquidem nono etiam atq; adeo ſeptimo menſe pariunt: nec omnes decem menſium ſpatium implent. Ego verò te, fili, ſeptimo menſe peperi. Hactenus Herodotus: ex cujus narratione elici quod dixi, apertius eſt, quàm ut ullam dubitationem relinquat. Supereſt igitur ut illos proferam quos in crimen trahi neceſſe ſit ab iis qui Herodotum mendacii hîc inſimulabunt. A Plauto ſumam initium, in cujus Sticho leguntur hi lepidiſſimi verſus.

Famem

Famem fuiſſe ſuſpicor matrem mihi:
Nam poſtquam natus ſum, ſatur nunquam fui.
Sed quam ego matri meæ refero invitiſſimus,
Ea mihi nunquam retulit mater gratiam.
Nam me illa in alvo menſes geſtavit decem,
At ego illam in alvo geſto plus annos decem.
Atque illa puerum me geſtavit parvulum,
Quo minus laboris illam cepiſſe exiſtumo:
At ego non pauxillulam in utero geſto famem,
Verùm hercle multo maximam & graviſſimam.
Uteri dolores mihi oboriuntur quotidie.
Sed matrem parere nequeo, neſcio quomodo.
Audivi ſæpe hoc vulgò à multis dicier,
Solere elephantum gravidam perpetuos decem
Eſſe annos: ejus ex ſemine hæc certò eſt fames:
Nam jam complures annos utero hæret meo.

Idem poeta in Ciſtellaria,

o---tum illa quam compreſſerat,
Decum pòſt menſe exacto hic peperit filiam.

Extant & Cæcilij ſuper hac re verſus, in Plotio,

Inſoletne mulier decimo menſe parere?
Pol nono, etiam ſeptimo atque octavo.

Quæ ſcripſiſſe fertur, hæc Menandri verba in ejuſdem nominis fabula ſequutus, γυνὴ νεῖ δεκαμηνιαῖα. Audiamus & Pomponium in Hirnea,

Pappi decimus menſis eſt quum factum eſt: ita fit, ita ſemper ſolet:
Decimo menſe demum turgens verminatur, parturit.

Ac ne ex uno poetarum genere teſtimonia proferamus, quis non illius Virgiliani verſus recordatur?

Matri longa decem tulerint faſtidia menſes.

quis non illorum Propertij?

Non non humani ſunt partus talia dona!
Iſta decem menſes non peperere bona.

Sed quoniam dubiæ ſunt itidem fidei poetæ, (qui tamen in iis quæ ad rerum naturam pertinent, veraces eſſe ſtuduerunt) ne videar τὸ ζητούμενον σιωπᾷζειν, ad Hippocratem, Ariſtotelem, Plutarchum, lectorem remittam, qui non ſolùm decimo menſe, ſed undecimo etiam, partus edi ſcripſerunt. Sed horum partuum exempla etiam ex Plinio, viro in hujuſmodi rerum indagatione diligentiſſimo, proferre libet, Veſtilia C. Herdicij (inquit) ac poſtea Pomponij atq; Orfiti clariſſimorum civium conjunx, ex his quatuor partus enixa, Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suillium Ruffum undecimo, Corbulonem ſeptimo, utrunq; Conſulem: poſtea Cæſoniam Caij principis conjugem, octavo. Hactenus Plinius. His autem exemplis quin & alia ex hoc noſtro ſeculo petita poſſint addi non dubito. Ad me certè quod attinet, honeſtiſſimam matronam Pariſiis audivi, in frequenti cætu, puerum quem oſtendebat, undecim menſes à ſe in utero geſtatum affirmantem. ex certiſſimis enim ſignis (quæ mulieribus ſæpiùs enixis cognita ſunt) conceptus tempus compertum ſe habuiſſe. Quæ quum ita ſint, crudelem quorundam juriſconſultorum incredulitatem (hoc uti verbo cogor) mirari ſubit, qui pueros poſt certum & à ſe præſcriptum diem ex utero materno prodeuntes legitimâ hæreditate fraudaverint. Scribit enim Ulpianus, Poſt decem menſes mortis natus non admittetur ad legitimam hæreditatem. De eo autem qui centeſimo octogeſimo ſecundo die natus eſt, Hippocrates ſcripſit, & divus Pius pontificibus reſcripſit, juſto tempori videri natum. nec videri in ſervitutem conceptum, quum mater ipſius ante centeſimum octogeſimum ſecundum diem eſſet manumiſſa. Hæc Ulpianus. Jam verò & Juſtinianus mulierem quandam, quæ undecimo poſt mariti mortem menſe peperierat, ſtupri damnat, quòd fœtum

tanto tempore utero includi, incredibile esse credat : & quam ipse forsan ejus liberis sua incredulitate injuriam facit, partui matris imputat. εἰκότως, inquit, οἱ παῖδες οἱ τῷ θαύματῳ τῆς μητρὸς τοκετῷ ψευδεισμῦοι τὴν γῦν προγαμίαν τῷ πατρὸς ἠξιῦν λαβεῖν δωρεάν. Imò verò tu fortasse Justiniane eos ψευδείζεις, vel potius, ὑβρίζεις τῇ σῇ ἀπιστίᾳ, propter quam indicta causa illorum matrem damnas. Longè certè tuo judicio dissimile L. Papyrii Prætoris judicium fuit, qui secundo hærede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedit, quum mater partum se XIII mensibus diceret tulisse: quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videretur. Enimvero postulare videtur hic locus ut miram quam tempus attulit circa rem hanc mutationem consideremus. Hunc enim Lacedæmoniorum regem Aristonem videmus, ob non elapsos decem menses, partum uxoris nolle agnoscere: quum hodie contrà elapsi illi justam maritis occasionem non agnoscendi uxorum partum, atq; adeo suspectam habendi illarum pudicitiam, præbere videantur. Atq; ut generalem huic sermoni clausulam imponamus quicunque quid sit ratiocinari, noverit, ex hac Herodoti narratione colligi fatebitur, quod hodie est ordinarium uterum gestandi spatium, olim fuisse extraordinarium: contrà, quod extraordinarium nunc sit, id olim fuisse ordinarium. Quantumvis enim Herodoti accusatores in sua pertinacia sibi hîc placeant, Herodotum certè hîc absolvere quàm cum eo tot gravissimos scriptores damnare mallent. Ego verò huic ratiocinationi aliam quam hinc elicio, adjungam. ita enim colligo, quemadmodum si nusquam alibi mentio facta reperiretur partus decimo mense editi, historia hæc, quum vera sit, falsa judicaretur: ita multas alias esse quæ, quum exemplo careant, falsæ judicentur, quum tamen verissimæ sint, & exemplo fortasse non itidem apud reliquos omnes mortales ut apud nos careant.

Hoc autem cum aliàs, tum vel maximè ubi quarundam regionum fertilitatem describit, animo infixum habere debemus. Nam quum ea legimus quæ de Babylonici soli fertilitate scribit, si quidem ad nostros respiciamus agros, & conjecturam ex illis facere velimus, statim mendacii Herodotum accusabimus. At si hanc regulam teneamus, non esse nobis ex iis quæ viderimus & audierimus ferendum de iis quæ nec visa nobis nec audita sint, judicium, & mentem ad omnipotentem Dei manum potius quàm oculos ad arva nostra converterimus, nulla tanta describetur nobis fertilitas, ut eam incredibilem judicemus, sed ut antea potuisse, ita nunc quoque posse alicubi esse credemus. At enim (dicet aliquis) veteres historiæ locis quibusdam summam fertilitatem tribuunt quos hodie penuriæ tantùm fertiles esse videmus. Hoc ego ut concedam, non tamen mentiri earum historiarum authores in ea fertilitate narranda, protinus concedam. Nisi fortè & ipsa sacra biblia suspecta mendacii nobis esse debent, quòd ab illis celebratæ quorundam locorum fertilitatis nullum hodie vestigium in illis appareat. Quod absit ut nobis in mentem veniat: sed potius illud Davidis animo nostro semper obversetur.

Te magnam pandente manum, saturantur abundè
Omnia : te rursus vultum condente fatiscunt.

Quid ? si Babylonis magnitudinem è nostrarum urbium magnitudine metiamur, an credibile fuerit, expugnata jam una urbis parte, rumorem expugnationis ad alteram longo post tempore perveniisse ? Aut, si expeditionem Xerxis è nostrorum regum aut etiam ipsius Turcarum Imperatoris expeditionibus æstimemus, nónne quot flumina à Xerxis militibus epota legimus, tot impudentissima mendacia nos audire credemus ? Sed nimirum qui Xerxis & cæterorum Persiæ regum potentiam ex ea qua præditi sunt nostri reges, & illius regionis ac temporis πολυανθρωπίαν ex ea quæ hodie cernitur, æstimare volet, hunc eadem opera & aquilæ vel struthiocameli magnitudinem ex regaliolo, & Oceani magnitudinem ex parvo Rubicone æstimare oportebit. Verùm ut ei qui Nilum vel Danubium viderit, multo credibilior Oceani vastitas fuerit quam ei qui parvum Rubiconem duntaxat spectaverit : ita qui in regum nostrorum factis non insistet, sed paulo altius res bellicas repetens, ad Tamberlanem aut ejusmodi quempiam ascendet, non tam incredibilia ejus ad aures accident quæ de Xerxis exercitu narrantur. Tamberlanes ex bubulco miles factus, eò tandem potentiæ evectus est ut quadringentis equitum, sexcentis peditum millibus Pajazetem Turcarum regem adortus superaverit: & cæsis ejus militum ducentis millibus, ipsum aureis catenis vinctum & caveæ inclusum in omnibus quas postea suscepit expeditionibus, secum duxerit. Hic ille est Tamberlanes qui quæcunq; locum oppugnatum venerat, prima die tentorio candido, secunda rubro, tertia nigro utebatur: candore, pacem pollicente, rubore, omnium puberum cædem, nigredine, loci illius excidium, omniumq; incolarum internecionem minitante. Sed hæc narratio hujus loci non est. hoc unum consideremus, ut longo intervallo Tamberlanis copiæ à Xerxianis absunt, ita quantum vicissim nostræ ætatis reges à Tamberlanis exercitu (qui centum duntaxat & sexaginta octo annis illos præcessit) superentur. Quum autem de regibus nostri temporis loquor, Turcarum regem sivè Imperatorem excipio, qui (ne longius abeamus) tantam unus manum militum

militum quantam omnes fere omnibus collatis viribus Christiani principes, cogere potest: ut non immeritò magni domini appellationem obtinuerit; Tantam verò esse ejus potentiam & mirabitur & vix credibile fortasse arbitrabitur qui Turcici imperii statum cognitum non habuerit, & ex nostrorum principum imperiis æstimare voluerit: at qui illum cognoverit, mirari desinet. Ejusmodi enim is status est ut duos duorum Persiæ regum titulos (de potentia non loquor) unus Turcarum rex sibi vendicare, & dominum, ut Cambyses: institorem, ut Darius, appellare se meritò possit; & quod in nos quidam jocatus est, quum regem Gallorum, regem asinorum esse diceret, (quòd onera nulla sibi ab illo imposita detrectarent) de universis qui sub ditione ejus vivunt, non joco, sed seriò dici queat. Verè enim illi, tanquam ὄνοι μεγάλοις ἄχθεσι πιεσμένοι (ut Tyrtæus de Messeniis cecinit) non bona tantùm omnia precaria possident, sed ipsam etiam animam precariam trahunt. Atq; ut in regum nostrorum aulis inter multos de nobilitatis, sic apud illos inter omnes de servitutis gradibus certatur. Nec tamen hoc tantùm nomine, sed & aliis multis, regno Persico major est cum Turcico quàm cum aliis affinitas. Atq; ut taceam hujus splendorem multis in rebus Persico si non parem, certè æmulum, ut magnam eunuchorum Turcæ, magnam pallacarum, magnam satraparum turbam omittam: multos etiam ritus, multas consuetudines velut hæreditarias mansisse illius regno constat. Quinetiam quòd Turcæ portam pro Turcæ aula nominare audimus, id à Persarum regibus manasse, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Plutarchus, Athenæus, nos docent. Sed & hoc ipsum quòd Turcam pro rege Turcarum vulgò dicimus, (quum tamen nec Gallum pro Gallorum rege, nec Hispanum pro Hispanorum rege, nec Anglum pro Anglorum rege, nec Polonum pro Poloniæ rege, dicere soleamus) ab iisdem regibus originem habere, ex illis scriptoribus discere possumus. Nec verò dubium est quin idem Turca morem illum rarò in publicum ac non nisi cum magno & speciem exercitus præbente satellitio prodeundi, (ut ita suis formidabiliorem se venerabilioremq; reddat) à Persarum itidem regibus mutuatus fuerit. Nostri autem reges (ut hoc obiter dicam) quid à Persarum regibus peculiariter mutuati sint nescio, reginæ certè nostræ à Persarum reginis zonas suas sumpsisse videri possunt. Persarum enim reges Antyllæ urbis reditus suis uxoribus in zonas donare solitos, memoriæ proditum est. Cæterum ut unde digressa est eò revertatur oratio, quàm absurda sit potentiæ alicujus nostrorum regum cum Xerxis potentia comparatio, vel unum ejus quo Themistoclem donavit, munus abundè nos docebit. Ex multis enim historicis didicimus Xerxem Themistocli Lampsacum in vinum, Magnesiam in panem. Myuntem in opsonium donavisse. At sicui nostrorum regum quispiam non tres pagos, sed unicum donaverit, magna hæc liberalitas & rege digna censetur.

Sed jam ad alterum partem veniamus, & miracula quæ circa humanas actiones sive humana facta versantur, examinemus. (quam ad partem siquis ea referre malit quæ modò de regibus dicta sunt, non magnopere repugnabo.) Quæ sunt illa igitur apud Herodotum quæ tantopere à fide abhorrere judicanda sint, ut illorum ergò præ quovis alio mendax judicari debeat? An quæ de variis variarum gentium ritibus moribusq; scribit? Hanc nimirum partem reprehensionibus patere, hanc potissimùm calumniis obnoxiam, hanc sannis multorum expositam esse video. Quare? quòd non tam aqua igni quàm ritus moresq; illi nostris repugnent, atque adeo illorum rituum nonnulli hujusmodi etiam sint ut nihil magis fatuum illis, nihil magis ridiculum fieri ac ne fingi quidem posse videatur. Atqui nónne ipsimet in eo ridiculi comperiuntur, quòd eum quem in vicinis populis non inveniunt morum consensum, in iis quærendum putent quos maria tot monteſq; à nobis separant, & quibus longè diversum cœlum longè diversas animorum inclinationes tribuit? atq; adeo quæ in vicinorum moribus excusant, ob eadem hyperboreos nescio quos accusandos censeant? Age enim cur quod Herodotus de Persis commemorat, eos nimirum non nisi inter pocula de rebus gravioribus agitare consilia, incredibile cuiquam videbitur, quum apud quosdam ex vicinis populis hunc morem magna cura, velut inviolabilem, servari videamus, ut qui sunt de re quapiam magni momenti consultaturi, aut cum aliquo contracturi, ex caupona βουλυτήριον faciant atq; ibi non prius ullum de suo negotio verbum facere incipiant, quàm pes & caput officium facere desinant? Apud hos κραιπαλιοβουλυτὸς si mulierem quampiam de marito interroges, illum edormiscere crapulam, nihil mutato vultu, nec dato ullo pudoris signo, respondebit. Nos hæc in illis populis quibuscum nobis quotidie commercium est, & qui nobiscum religione conjuncti sunt, non miramur: quæ de ebrietate illorum narrantur quibus nullus unquam Christianæ religionis affulsit radius, non mirabilia solùm, sed planè incredibilia judicabimus? Sed quid ego exemplum ex alia natione peto? Quæ non dicam natio, sed urbs, sed domus, non habet aliquos sacris Bacchicis initiatos? nónne ex duobus communi tecto utentibus sæpe contingit ut alter edere & bibere ut vivat; alter contrà, non alia de causa quàm ut edat bibatque, vivere velle videatur? Verùm eos qui cibo & potu abutuntur, missos faciamus: discrimen inter eos qui moderatè illis utuntur, consideremus. Nónne quod huic palato sapit, illi insipidum est? quæ hoc palatum appetit, ea illud fastidit? nónne cibos nonnullos à quibus ipsi abhorremus, aliis quibusdam in deliciis esse

videmus? nónne multos felibus, nonnullos & muribus veſci videmus? Iterum tamen ſi gentis alicujus victus nobis à quopiam hiſtorico deſcribatur à noſtro diſcrepans, is ſtatim nugatur, ſtatim mendax, ſtatim fabuloſus audiet. Veruntamen ſuſq; deque ferri profanorum ſcriptorum ſugillatio poſſit: quid quòd ne libris quidem ſacris incredulitas quorundam parcit? Joannem Baptiſtam locuſtas ediſſe non veriſimile eſt (aiebant nonnulli) qualis enim fuiſſet iſte cibus? Ad hoc Evangeliſta ſcribit. Non Evangeliſtæ (reſpondebant) ſed librario fidem derogamus, eumq; ἀκρίδας pro ἀκρεάδας vel alia quapiam voce ſcripſiſſe dicimus. Quid tandem? non prius de illa deduci ſententia potuerunt, quam varii ex variis authoribus externis prolati ſunt de locuſtarum eſu mentionem facientes loci. Labantem ſcilicet ſacrorum librorum hac in parte fidem, teſtimonio profanorum fulciri oportebat. Atqui nobis ex ea quam experimur paſſim circa ciborum delectum diſcrepantia, quod de locuſtarum eſu traditur, vel à quolibet profano ſcriptore (nedum ab Evangeliſta) ſcriptum, credibile videri poterat. Utrum enim mirabilius? locuſtarum aut hujuſmodi animalium eſu delectari, an ab eſu panis abhorrere? Nónne hoc quàm illud majori admiratione dignum quilibet fatebitur? At ego, qui locuſtis veſceretur, neminem: qui à panis eſu prorſus abhorreret, his oculis ſæpe vidi. Rurſum verò quàm mirabile nobis eſt videre quempiam qui panis eſu non delectetur, tam mirabile Æthiopibus macrobiis erat (Herodoto teſte) Perſas pane veſci audire. Ut autem à pane ad vinum veniamus, ſi nunquam abſtemios ullos vidiſſemus nónne eos qui à vini potu abhorrentes aliquos ſe vidiſſe dicerent, fabulari crederemus? Et tamen illa ipſa regio quæ homines alioqui vino deditiſſimos gignit, quoſdam etiam hoſtes vini acerrimos habet. De hominibus φιλοινοπότοις quum loquor, primum locum Flandris, ſecundum Germanis tribuo. nam qui Germanis potandi principatum deferunt, Flandris (meo quidem judicio) magnam injuriam faciunt. qua de re ego non ex iis quæ audivi, ſed ex iis quæ vidi, ſententiam pronuncio. Nam multa quidem Germanicis potoribus cum Flandricis fateor eſſe communia, atque illud in primis ut quot calices ſuper menſam, tot matulas ſub menſa habeant, aut omnia illis vicem matularum præſtent: de iis tantùm loquor qui apud utroſque principem inter Bacchi ſatellites locum obtinent) ſed illos ab his ſuperari hac in re dico quòd horum bona pars non prius legitimum Bacchum adoriatur, quàm à ſpurio Baccho, id eſt zytho ſive cerviſia, domitam aut certè ſemidomitam ſe ſenſerit. Quod quum ſe more inſtitutoque majorum facere dicant, ejus tamen facti rationem aſſequi conjectura non potui, niſi fortè ut clavum clavo, cerviſiam vino ſe repulſuros, aut, ut vulgari proverbio fertur, inter duos litigantes tertium gaudere, ita ſe, interea dum in ſtomacho vinum cum cerviſia pugnabit, pace fruituros, & à neutro illorum oppugnatum iri ſperant. Et hactenus in illorum laudes digreſſus, ad ſermonem de abſtemiis redeo. Si ſuperiorum temporum hiſtorias excutiamus, non ſolùm natura abſtemios abſtemiaſq; ſed & lege, in illis inveniemus. Multis enim in locis vini potum mulieribus ignominioſum fuiſſe ſcimus: Romæ autem non ſolùm mulieri ingenuæ, ſed & ſervo vini uſus interdictus erat, atque adeo (ſi quibuſdam credimus) ne ingenuo quidem, antequam triceſimum annum attigiſſet, ejus uſus concedebatur. Romanas quidem certè mulieres à judice non minus ſi vinum bibiſſent, quam ſi adulterium admiſiſſent, multari ſolitas, M. Cato refert. Nunc autem apud nos nulli mulieri, cujuſcunq; conditionis ſit, probro eſt vini uſus: & tamen morem illum oſculandi obvios ſibi propinquos nobiles fœminæ apud nos retinuerunt, (& auxerunt etiam) ob quem Romanis mulieribus vinum interdicebatur, ne videlicet cum oſculo vinoſum halitum olfaciendum præberent. Vel potius (ſi quibuſdam credimus) non ob oſculandi conſuetudinem vini uſus lege vetabatur, ſed ad deprehendendum an legem illam violaſſent, oſculi uſus inſtitutus erat. Quid quòd Zaleucus legiſlator Epizephiris Locris merum bibere (præterquam ægrotis, ex medici conſilio) capitale crimen eſſe voluerat? Sed & aliud circa vini potum conſideremus. Aliis in vino nihil magis placere quàm vinum. id eſt vini ſaporem: ex Anglis contra multos aut ſaccharum aut herbam quampiam ad ejus ſaporem infuſcandum miſcere videmus. (& nos quoq; ſi Plauto credimus, vinum, dum diluimus, infuſcamus.) Verùm id quidem quod de Anglis dixi, credibile viſum iri, mihi perſuadeo: at quod de Flandris addam, ut fidem impetrare poſſit vereor: & tamen utriuſq; peræq; oculatus ſum teſtis. Quid illud eſt? Vinum butyro (nauſeo referrens) diluere, & ita dilutum (ſi tam en hoc diluere eſt) potare. Quod mihi narranti fidem non facilè adhiberi haud mirabor: ipſe certè meis hac de re oculis credo, vix alienis crediturus. Nam in Flandrorum menſis butyrum inter omnia fercula atq; adeo inter bellaria locum obtinere, mihi, antequam eorum regionem adiiſſem, credibile videbatur: at verò ullum uſquam mortalem eſſe qui vinum è butyro ſive butyrum è vino potaret, tum demum quum vidi, credere potui. quòd ſi inter vicinos populos tanta eſt in victu diſcrepantia, cur ea quæ narrantur de victu hominum qui longinquitate & temporis & loci procul à nobis abſunt, fabuloſa habebuntur? Aliud exemplum ab hoc de cibis ſermone non alienum proponam. Scribit Hermippus, Illyrii ſedentes edunt atque bibunt: & ad convivia ſuas uxores ducunt: quæ nihil indecens facere exiſtimantur, ſi ex iis qui in cœtu illo ſunt, cuicunque fors tulerit propinaverint. Hæc ſcribit Hermippus, primùm quidem

illud

illud ceu novum referens, ſedentes Illyrios edere ac bibere: at nos contrà miramur eos qui aliter quàm ſedentes ederint. Quod autem ſequitur de iiſdem qui ad convivia uxores ducerent, & eas cuilibet ſine diſcrimine propinare permitterent, quin, ut ipſe mirabatur, ita mirum aliis futurum putaverit, nemini dubium eſſe poteſt. Sed & Æmilius Probus (aut is potius cui Æmilii Probi nomen tribuitur) poſtquam de iis loquutus eſt qui nihil rectum niſi quod ipſorum moribus conveniat, putant, inter alia hoc diſcrepantiæ morum Romanorum à Græcis exemplum affert, Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus materfamiliâs non primum locum tenet ædium, atque in celebritate verſatur? Quod multo ſit aliter in Græcia; nam neque in convivium adhibetur, niſi propinquorum: neque ſedet niſi in interiore parte ædium, quæ γυναικωνῖτις appellatur, quò nemo accedit niſi propinqua cognatione conjunctus. Hactenus ille: cujus quum verba de maritis uxores ad convivia ducentibus cum verbis Hermippi confero, ita ego mecum, Qui ſi igitur maritos illos in Anglia tam lentos & patientes non multos abhinc annos vidiſſent, ut ignotis etiam viris ſuas ipſi uxores ad compotationes abducendas traderent, iiſdemque eas reducentibus Bacchi ſacris (& iis quæ illa comitantur) operatas, gratias immortales agerent? Quod factum ſumma alioqui admiratione dignum, ſi tamen cum Candaulis aut Cäii Caligulæ facto comparetur, minus admirabile judicabitur: contrà verò, ſi cum Cotys regis zelotypia, de qua poſtea dicetur, aut cum Macedonum facto conferatur, hos, viros, illos autem, ne homines quidem eſſe dixeris. Cujus quidem facti hiſtoriam multi Galli ſi legiſſent, aut lectam memoriæ infixam habuiſſent, ipſis Neapolis & Mediolanum ſepulchra miſerè interfectis non fuiſſent: imò nec dominum fortaſſe urbes illæ mutaſſent: ſed nimirum, ut illis, dum ſe in Macedonia non in Perſia eſſe, obliviſcuntur, Macedonicarum mulierum, ita his, dum ſe in Italia non in Gallia eſſe non cogitant, Italarum mulierum attrectationes & oſculationes, atque adeo ſalutationes (quum ne ſalutari quidem ſuas uxores Itali velint) eo pretio quo nullum majus eſſe poteſt, emerunt. Sed quoniam jucunda non eſt harum rerum memoria, illum de mulieribus ſermonem perſequens, ut multa de illis ab Herodoto referri dico quibus noſtri ſeculi exempla fidem afferant, ita viciſſim nonnulla illum narrare quorum exempla deſint, fateor. Hoc enim ſeculum Pheretimarum, Ameſtridum, Atoſſarum, necnon (ut Cteſiæ hiſtoriam cum Herodotea connectam) Amytidum & Paryſatidum ferax, contrà Artemiſiarum & Argiarum ſterile eſſe dico. Quocunque enim quis oculos convertat, mulieres multas nobili genere ortas, implacabilis iræ & nulla ultione ſatiabiles, cum Pheretima, Ameſtride & Paryſatide, non pauciores libidinoſas cum Amytide, multas etiam novi ſemper luxus avidas cum Atoſſa: nullas autem vel pauciſſimas ſtrenuas cum Artemiſia aut Argia, reperiet. Sed muliebris quidem in vindicta crudelitatis exempla vetera pariter & nova præ aliis regionibus Anglia ſuggerere poteſt: de mulierum autem inexhauſta libidine luxuq; inſatiabili regiones omnes æque conqueri poſſe exiſtimo. Nec verò ſi ſeculi illius mulieres conſideremus quod inter eas quas modò nominavi & noſtras interceſſit, pauciora nobis exempla ſuppetent. Nam ſi ad libidinem Romanarum mulierum reſpicere velimus, Claudius audi quæ tulerit. Audi in quam ex Juvenale, adeò monſtrosè libidinoſam Meſſalinam Claudii Cæſaris uxorem fuiſſe, ut à latere viri quocum jacebat, furtim ſe ſubducens, ad lupanar ſe conferrat, & inde laſſata viris nondum ſatiata rediret. Ad luxum autem quod attinet, non mirum tantùm, ſed incredibile etiam videri poſſit quod de Atoſſa narrat Herodotus, illam ad bellum Græciæ infetendum Darium maritum ſolicitaſſe, Lacænarum, Argivarum, Atticarum, Corinthiarum denique ancillarum cupiditate incenſam. Sed ut ad reginas uſque non aſcendamus nonne Romanas matronas pro ſuo luxu tanquam pro aris & focis apud T. Livium certare videmus? Nonne & Naſonem querentem audimus

Quis furor eſt cenſus corpore ferre ſuos?

& Propertium,

Matrona incedit cenſus induta nepotum.

Nec tamen ſingularum ætatum luxum peculiare aliquid habuiſſe negaverim. Exempli gratia: eunuchos olim à regibus, præcipuè barbaris, ſtudioſè undiq; conquiſitos fuiſſe ſcimus, quòd illos, ut ſcribit Herodotus, magis fidos in rebus omnibus quàm alios, eſſe putarent, (quid autem eos tales reddere videatur, docet Pædiæ lib. ſeptimo Xenophon) quinetiam ut eunuchos, ita & eunuchas Lydos reges habuiſſe, memoriæ proditum eſt. Verùm, ut veteres Romani eunuchorum minus ſtudioſi erant, eoſq; pauci barbaris invidebant, ita nos hodie Turcæ aliiſq; barbaris principibus eos non invidemus. Porrò quin Romanorum viciſſim luxus peculiare aliquid habuerit, minimè dubium eſt, ut quum Tibullus de domina ſua dicit,

Illi ſint comites fuſci, quos India torret,
Solis & admotis ignibus efficit equis.

quod & Italas quaſdam imitari videmus. Itidem verò & noſtri hujus ſeculi luxum propria ſibi habere multa, controverſum non eſt. Sed Gallicus (utinam verum hoc non dicerem) eo cæteris omnibus qui unquam fuerunt eſt damnoſior, quòd in dies atque adeo in horas innovatur. Nam ut taceam, in regum noſtrorum aulis id veſtis genus quod manè geſtari cœperit, veſperi pro obſoleto haberi, id demum circa cultum corporis magnificum & ſplendidum ducitur quod diu magnificum ſplendidumque eſſe non poteſt: ne videlicet novæ ſemper ſumptuum occaſiones deſint. Hinc factum eſt ut armillæ & torques aureæ, quæ magno olim in pretio illis fuerunt (ut hodieq; ſunt Germanis) ſordere incipiant. Quem tamen ornatum jam inde à priſcis temporibus originem habere variæ nos hiſtoriæ docent. Ex tribus etiam rebus quas nunc in deliciis regum noſtrorum aulæ habent, duas cum ſuperioribus ſeculis communes eſſe illis conſtat, tertiam ſuo quodam jure, tanquam proprium inventum, vendicare ſibi videntur. Nanos enim & catellos Melitæos Sybaridis quidem primùm, poſtea verò & aliis in deliciis fuiſſe (ſicut & ſimiolas) legimus. Refert enim Plutarchus Julium Cæſarem, quum peregrinos quoſdam divites vidiſſet qui catellos & ſimiolas in ſinu circumferrent, interrogaſſe an apud eos fœminæ infantes non parerent. Itidem verò & Maſaniſſa Mauruſiorum rex jam anteà quoſdam mercatores, qui ſimiarum coemendarum gratia illuc venerant, eadem de re interrogaverat, ſi Ptolemæo apud Athenæum credimus. Fuiſſe autem & Romanas mulieres catellorum hujuſmodi ſtudioſas, teſtatur apud Lucianum catella nomine Myrrhina quæ philoſophicam Theſmopolidis barbam (ſi bene memini) perminxit. Hanc enim catellam ei hera ſua mulier Romana nobilis (ludos miſerum philoſophum faciens) cuſtodiendam dederat. Ad illud tertium venio quod regum noſtrorum aulis peculiare eſſe, vel hinc conjicio, quòd vocem nec Græcam nec Latinam qua illud exprimam invenio: ac certè vel nunquam vel rarò inventam exiſtimo. ſed interim morionem fœminam petita à grammaticis venia nominare non dubitabo. Quam igitur nunc ex morionibus fœminis voluptatem reginæ aliæque principes capiunt, huic ſeculo peculiarem eſſe ſuſpicor: certè ſi non peculiarem, at longè uſitatiorem illi eſſe, affirmare audeo. Sed nec moriones viros tam crebros in veterum principum aulis fuiſſe (de ſcurris, id eſt γελωτοποιοῖς, non loquor) atque adeo poſterioribus demum ſeculis illos haberi in pretio cœpiſſe, mihi perſuadeo. Nunc enim (quod fateri pudet) non naturales tantum, ſed & artificiales Gallia moriones habet, qui nimirum ex ἡμιμόροις facti ſunt μωροὶ, aut certè in eum ſtatum redacti qui inter φρενίτην & μωρὸν medius eſt: ſiquid tamen inter hæc duo medium eſſe poteſt. Hoc autem, uti dixi, fateri pudet, quia qui barbarorum factum damnamus in amputandis virilibus, tanto gravius illis peccamus, quanto illi corporis parti mens antecellit, quæ alioqui & univerſo corpore longè præſtantior ſemper judicata eſt. Atenim ex iis duntaxat fiunt moriones quibus parum mentis ineſt, adeo ut jam aliquam naturæ inclinationem ad μωρίαν habere videantur. Tanto certè magis miſereri eorum conditionem, non deteriorem efficere, conari oportebat. Sed quoniam vereor ne in hac de morionibus quæſtioni immorari, μωρολογεῖν eſſe judicetur, aliis eam relinquam: & comparationem hanc claudens, hoc addam, principes noſtri ſeculi fœminas (ac præſertim Gallas) ſi non alia virtute à priſcis, φιλοτεκνίᾳ ſaltem ſuperari. Quotacunq; enim princeps fœmina hodie infanti ex utero ſuo prodeunti ſua ubera ſugenda præbet? Atq; hujus rei ideo mentionem faciendam putavi, ne qui reginas ipſas apud noſtrum Herodotum alioſq; hiſtoricos nutricum officio fungi leget, fidem illis derogandam putet. Sed quid ego φιλοτεκνίας hujus (à qua illæ degenerant) exempla à priſcis uſque ſeculis repeto? Carolum Marilliacum (clariſſimum virum, & qui multis pro rege legationibus functus, honorificentiſſimam ſui memoriam reliquit) hiſtoriam hanc ex Hiſpanicis chronicis aliquoties referentem audivi: reginam quandam Galliæ quæ ex Hiſpania oriunda erat, tanta cum zelotypia infantem ſuum lactaſſe, ut quum aliquando abſente ipſa lactatum ab alia reſciviſſet (qui jam per aliquot menſes ſolius matris lac ſuxerat) nunquam conquieſcere potuerit donec infantem lac illud externum evomere coegiſſet. Hæc ille. Cæterum ut Herodoto derogandam non eſſe fidem admonui, ubi reginam aliquam nutricis officio fungentem nobis deſcribit, ita nec quod in Calliope de Ameſtri regina texente marito ſuo amiculum, nec quod in Urania de alia quadam regina piſturam ſuæ familiæ exercente ſcribit, ſuſpectum eſſe debere, ſed ut in quibuſdam hiſtoriis luxum illius ſeculi, ſic in quibuſdam viciſſim ſimplicitatem contemplandam nobis eſſe dico. Sed ut à reginis ad reges transferatur oratio, non minus certè quæ de regibus ſcribit Herodotus impetrare fidem debent: quanvis ſi ad regum noſtrorum mores inſtitutaq; exigantur, in dubium meritò vocari poſſint. Si enim quod de Pſeudoſmerdi mago narrat, eum pro vero Smerdi rege per ſeptem menſes habitum fuiſſe, ad aulicos hujus tempeſtatis ritus exigatur, quî fraus illa tamdiu latere potuerit, & quî à nullo ſuorum tam longo tempore agnitus

tus fuerit, valde mirandum videbitur: at si aditum ad reges illos non itidem ut nobis ad nostros patuisse, sed multo paucioribus & rarius se conspiciendos exhibere solitos fuisse consideremus, minor jam hujus facti animos nostros subibit admiratio. Primus Deioces (inquit in Clione noster Herodotus) hoc instituit, necui ad regem aditus pateret, sed omnia per internuntios transigerentur; & nequis regem conspiceret quinetiam inhonestum cuivis coram rege ridere vel spuere, censeri voluit. Hæc ille, causam etiam subjungens. Ut autem eandem consuetudinem à rege Turcarum servari dixi, ita similem impostoram locum apud eos superioribus annis, inveniisse scimus, quodam Pseudomustapha pro Mustapha vero ad regnum grassante. Quæ tamen quum dico, alibi quoq; ubi consuetudo hæc recepta non erat, Pseudariarathi, Pseudanticcho, Pseudoneroni, Pseudalexandro viam arte diversa ad similem dolum patuisse non ignoro. Quinetiam Valerius Maximus, Justinus, Appianus, Josephus, aliorum præterea meminerunt qui hac similitudinis formæ occasione usi, in principum itidem imperia aut in aliorum opes fortunasque grassati sunt. Atque adeo (ut omnes non temerè veteribus historiis fidem derogari debere, & nostrum seculum multis in rebus non minus superioribus miraculorum ferax esse intelligant (facta duo ejusdem cum præcedentibus artificii, id est similes illis duas impostoras, (diversum tamen finem propositum habentes) recentem unam, aut recenti proximam, alteram, recentissimam, commemorabo. Anno post natum Redemptorem nostrum M. CC. XXV, cuidam Gallo cui nomen Bertrando Remensi, inopi & vilibus ministeriis operam locare solito, quòd Balduinum qui ex Flandrorum comite Imperator Constantinopolitanus evaserat, facie planè referret à proditoribus quibusdam, ut nomen pariter & imperium Flandricum illius Balduini sibi vendicet suadetur. Hoc quum illis non suasissent solum, sed etiam persuasissent, (ut facilè ad amplectendos obviis ulnis hujusmodi honores eriguntur hominum animi) cum in eremo quadam commorari tantisper voluerunt, dum fama percrebuisset Balduinum Imperatorem è captivitate reducem, eremum quandam ad agendam peccatorum pœnitentiam, incolere. Quæ mox per Flandriam quum dissipata esset fama, undique illuc concurritur, magnaq; cum pompa illinc hic Pseudobalduinus per universas regionis urbes deducitur, quæ uno omnes ore illum dominum suum gratulabundæ agnoscunt & salutant. Hoc subreptitium imperium quum per menses aliquot exercuisset, Joanna veri Balduini filia, & paterni in Flandria imperii hæres (quæ paulo antè, nihil nisi repentina fuga sibi consuluisset in illius Pseudobalduini manus ventura fuerat) regem Galliæ Ludovicum octavum, sibi consanguineum, de hac quæ sibi fiat injuria certiorem facit. Rex Pseudobalduinum fide data ad se vocat. Ille ut adfuit, variis interrogationibus à rege aliisq; qui regi à consiliis erant, urgeri cœpit. Aptè ad singula & ut ipsius impostoræ consentaneum erat, respondet: quippe qui non nisi ore præcomposito illuc venisset. Sed enim quum multos difficiles alioqui nodos expedisset, unum facillimum, quem quidam Bellovacensis episcopus ei proposuerat, expedire non potuit. Interrogatus enim quo in loco uxorem duxisset, ad hanc quæstionem obmutuit: quo silentio certum impostoræ suæ testimonium dedit. Eum tamen rex ob datam à se fidem impunè à se abire permisit. Ille quum se inde in patriam propripuisset, aliquanto pòst ibi deprehensus, captus, & ad Joannam missus fuit: quæ eum sibi non donatum sed magno pretio venditum, cruci affixit. Hæc fere sunt quæ Flandriæ annales de hoc Pseudobalduino referunt: aliis quibusdam historicis nonnihil circa facti ipsius circunstantias dissentientibus. Ad alteram illam quam recentissimam esse dixi impostoram venio, huic & superioribus similem, & eadem quidem via, sed aliò tamen tendentem. Alii enim sua fallacia in principum Imperia aut in aliorum bona involarunt, aut certè involare conati sunt: at hic in alienæ uxoris possessionem involavit, & fabulosum Plauti Jovem non fabulosè imitatus est, ut testatur sententia quam adversus eum curia Tolosona tulit, lite primùm apud eam intendi cœpta AN. M. D. LIX. unde excerpta est quæ sequitur brevis facti illius narratio, quæ tibi prima fronte Amphitruonem Alcmenam, Jovem repræsentare videbitur.) Quidam nomine Martinus Guerre relicta juvene uxore in militiam proficiscitur. Elapso demum octavo post ejus discessum anno, quidam Arnauldus Tillius (sed sibi illius Martini Guerre nomen asserens quòd ei omnibus oris lineamentis assimilis esset) ad illam quum venisset, ab ea pro marito recipitur. quippe quem esse Martinum Guerre, non ipsa solùm, sed quatuor ipsius Martini sorores, aliique nonnulli propinqui, & cùm his amici vicinique omnes persuassimum haberent. Nam præter illam oris similitudinem qua potissimùm fretus hoc facinus aggrediebatur, indicia omnia quæ à vero marito afferri poterant, afferebant: & varia superioris temporis facta dictaque illi in memoriam revocans ad arcanos usque sermones ab illa & marito habitos dum prima in nuptiali thalamo vestigia ponerent, & ad alia quorum nox conscia sola est, progrediebatur. (Ea autem partim ex vero marito resciviisse, cum quo illi ex commilitio summa familiaritas intercesserat, partim magicæ artis auxilio divinasse creditus fuit) sed quum per tres annos cum illa consuevisset, duobus jam susceptis ex ea liberis, quarto tandem ineunte anno quum ejus impostoræ suspicio mulieri oborta esset, actionemque in eum intendisset, in carcerem

conjicitur

conjicitur. A judice ſecundario damnatus quum ad curiam Toloſanam provocaſſet, ſic ad infinitas propemodum ejus interrogationes reſpondit, totq; probabilibus argumentis innocentia ſuam tueri viſus eſt, (præterquam quòd tot eum teſtes, aut circiter, ſuo teſtimonio ſublevabant, quot erant ii qui ſuo eundem teſtimonio premebant) ut vocatis ad calculum omnibus conjecturis, nec damnare illum nec abſolvere curia Toloſana auderet. Hæſitantibus in re tam perplexa judicibus, verus maritus Martinus Guerre advenit: moxq; quam ſibi factam videt injuriam, judicibus exponit, eorumq; opem implorat. Verùm ille alter ſuppoſititius maritus poſtquam cum hoc vero commiſſus fuit, tot eum objectionibus oppugnare cœpit, ut aliquandiu ſuſpenſos ſicut & antea judices tenuerit: donec tandem ille paulo poſt reditum, ab uxore veniam poſcente agnitus, necnon ſororum aliorumq; multorum palinodiam canentium teſtimoniis comprobatus verus maritus, ſuæ uxori ſuæq; domui redditur; alteri autem ſuæ impoſturæ præmium, domicilium in patibulo datur. Hîc mihi hujus generis exemplis finem imponere volenti in mentem venit alia præ cæteris omnibus mirabilis Joannis octavi Pontificis impoſtura: qui non tantùm Pſeudopapa, verum etiam Ἰωάννης fuit, id eſt ſub muliere virum mentitus eſt: donec vir illa (non ille) ſuo ſe tanquam ſorex indicio prodidit, & media in via repentè enixa, fœminini non maſculini generis ſe geſſiſſe papatum fateri coacta eſt. At ne in poſterum alius quam maſculinus gereretur, ſolerti patrum petaſatorum cura proviſum eſt, qui neminem ad eum admittendum cenſuerunt niſi vir magnis teſtibus comprobatus eſſet. Quam tamen conſuetudinem alii potiori ſua ætate ceſſiſſe, docet Paſquillus: qui ubi illam & illius cauſam verſibus octo deſcripſit, ita ſuum epigramma claudit,

Cur igitur noſtro mos hic jam tempore ceſſat?
Antè probet quòd ſe quilibet eſſe marem.

Cæterùm hujus facti longiore alioqui narratione digni refricandam duntaxat memoriam (quòd ejus fama pervagata ſit) exiſtimavi. Eſt tamen hæc eo diverſa à præcedentibus impoſtura, quòd non alienum, ſed alterius ſexus nomen mentita fuerit. At ſimilis ſuperioribus virorum impoſturis muliebris fallaciæ exemplum Valerius (ſi parva magnis licet adjungere) nobis in quadam quæ ſe pro Rubria bonis nihil ad ſe pertinentibus inſerebat, proponit.

Sed ad reges orationem referens, iterum dico, multa ad noſtrorum regum mores & inſtituta non debere exigi, eorum quæ ab illis dicta factàve commemorantur. alioqui enim cui perſuadebit Herodotus Xerxis ſatellites legatos Lacedæmoniorum in caput protruſiſſe, ut ad procumbendum pedibus Xerxis eumque adorandum adigerent? Sed & alia circa eos qui ultro citroque mittebantur legatos obſervari poſſint quæ non ſatis cum nunc recepta conſuetudine conveniunt. Illud certè omnibus ſeculis commune fuiſſe videtur, ut legati ſæpe ſub legationis ſpecie ſpeculatorum exploratorumq; officio fungerentur. Nam ut in Thalia audimus Æthiopum regem legatos Cambyſis ſic alloquentem, Neque Perſarum rex vos ad me cum donis ideo miſit quòd me ſibi hoſpitii neceſſitudine jungi, magni æſtimet, neque vos vera loquimini. venitis enim exploratores meæ ditionis futuri. Ut (inquam) hunc regem his legatos verbis compellantem audivimus, (erat autem is non hæreditario jure regnum adeptus, ſed ex Æthiopum inſtituto, quòd cæteris civibus corporis proceritate & robore præſtaret, rex creatus) ſic apud Saluſtium in bello Jugurthino legimus, Ibi cum Boccho Numida quidam nomine Aſpar multùm & familiariter agebat, præmiſſus ab Jugurtha: qui poſtquam Syllam accitum audierat, orator & ſubdolè ſpeculatum Bocchi conſilia ierat. Hactenus Saluſtius. Noſtri quoq; ſeculi principes non ignorare hunc legatorum uſum, quis ignorat? Verum enimvero ille Saluſtii locus Libyam mihi in memoriam revocans, unà etiam quandam Libyæ regum conſuetudinem ex Herodoti Melpomene in memoriam revocavit, quam præ quavis alia exemplo carere, & tamen fabuloſam nequaquam eſſe credo. Siquidem eorum Libyum regi qui Adyrmachidæ vocantur, ſolenne fuiſſe ſcribit ut adductis in conſpectum virginibus quarum propinquæ nuptiæ eſſent, ei quæ præ cæteris placuiſſet, virginitatem raperet. Sed quum & alia multa idem hiſtoricus regum facta commemoret, in quibus vel libido, vel ebrietas, vel crudelitas, vel fatuitas fide major appareat, ex collatione cum aliorum regum factis qui longe pòſt tempore extiterunt fidem priſcis illis viſum eſt conciliare. Primùm igitur illum devirginatorem regem, vel Rhampſinitum filiam ſuam proſtituentem, cum Hieronymo Syracuſarum rege comparemus. Hunc quandam ex iis qui lupanari præerant, Pitho dictam, uxorem duxiſſe, & reginam conſtituiſſe, memoriæ proditum eſt. Quid Ptolemæus? Thaidem nobile illud ſcortum matrimonio ſibi junxit, & ex ea filios duos Leontiſcum & Lagum, filiam unam Irenen ſuſcepit. Darius autem is quem Alexander imperio ſpoliavit, in eo ipſo bello in quo de fortunis omnibus adverſus illum dimicabat, trecentis quinquaginta pallacis ſtipatus erat. Sardanapalum, Ninum, alioſq; hujuſmodi, necnon eorum æmulum Heliogabalum (quòd monſtra juſtius quàm homines appellari poſſint) omitto: & à Venere ad Bacchum, id eſt ab illius ſatellitibus ad hujus ſatellites venio. Narrat Herodotus ebrietatem Cleomenis eò inſaniæ illum perduxiſſe, ut arrepto gladio ſibi tibias primùm, mox femora & coxas, tandem ventrem conſcinderet. Cur (obſecro) id narranti

Herodoto

APOLOG. PRO HEROD.

Herodoto minus fidei adhibebitur quàm iis, qui ab Alexandro magno Clitum intimum ejus amicum inter pocula interfectum commemorant, & hanc cædem sensibus ejus mero victis imputant? Hunc (si illis credimus) ut ebrietas ad cædem illius stimulaverat, ita & ipse ebrietatis pœnas, quum ex ea morbum contraxisset, morte tandem luit. Huic semper ad edormiscendam crapulam non breviori quàm duorum dierum totidemque noctium spatio fuisse opus aiunt. Quid hujus pater Philippus? Quid rex Antiochus, & qui eum sequuti sunt ejusdem nominis reges? Quid posterior Dionysius Siciliæ tyrannus, qui per totos nonaginta dies ebrius interdum erat? Quid prioris Dionysii filius Hipparinus? nónne sua illum crapula ingulasse fertur? Hactenus & de ebrietate. Nunc de crudelitate, quæ ebrietatis plerunque solet esse comes. Exempla crudelitatis apud Herodotum horrenda legi fateor, & quidem horrendum præ cæteris Astyagis facinus Atreum æmulantis, existimari scio: sed Neronem unum non ea solùm quæ ab Herodoto scribuntur, sed omnia omnium mortalium crudelia facinora crudelitate sua partim superasse, partim credibilia reddidisse dico. De qua tamen (quòd & satis pervulgata & omnibus exosa sit) dicere supersedeo. Hanc autem missam faciens, ut de regum multorum fatuitate dicam, ordo postulat. Ad quam generatim probandam licet veteris illius proverbii authoritate niti possim, *Aut regem aut fatuum nasci oportet*, à suis tamen singulos factis, tanquam locupletissimis & certissimis testibus, convinci malo. Sed hîc mihi hærenti, & unde incipiam cogitanti, illud Nasonis subit,

Ut stat, & incertus qua sit sibi nescit eundum,
Quum videt ex omni parte viator iter.

Verè enim mihi ipsa exemplorum copia nocet. Sed commodùm illius regis facta in mentem veniunt, qui suo ipsius cognomine veteri illi proverbio astipulatus est. Qui enim ab adulatoribus Antiochus Epiphanes, is ab ingenuè verum profitentib. Epimanes dictus est. Is subinde regali veste depositâ, vilem togam induebat, eaque indutus ad forum sese conferebat, in quo obvium quemque prehensabat, ut Ædilis aut Tribunus plebis crearetur: & quem magistratum adeptus erat, eo tanquam plebeius fungebatur. Idem subinde à suis se subducens, aurifabrorum aut aliorum artificum officinas adibat, ut cum illis confabularetur: aut certè qui primus è plebe atque adeo è fæce plebis ei occurreret, illum congeronem habebat. Obviis & nunquam antea sibi visis munera sæpenumero dabat. Interdum per compita nummos projiciens, *Cui dat fortuna, capiat*, inquiebat: moxque se inde proripiebat. Interdum & sertis caput redimitus per urbem incedebat, lapides occultè circumferens, quibus aulicos qui ipsum sequebantur, petebat. Idem balneis publicis & ad quas plebs confluebat, utebatur ubi quum aliquando plebeius aliquis ei pretiosis unguentis se perfricanti dixisset, *Beati estis vos reges quibus harum rerum usûs suppetit, ex quibus tam bene oletis: At ego istis* (respondit) *ad satietatem usque & ultra etiam, explebo.* Cujus promissi memor postridie ad locum in quo is lavabat, accedit, & magnum vas unguento pretiosissimo, stacte appellato, plenum in ejus caput effundit. Quum autem multi è plebecula (qui non procul & ipsi lavabant) accurrentes, in unguento illi in terram effuso se volutarent, moxque in loco illo, quia lubricus redditus erat, multi labentes risum spectantibus moverent, tandem & rex ipse ex illis suo lapsu risum excitantibus unus esse voluit. Idem rex fontem quendam apud Antiochiam (Midæ factum imitatus) vino perfudit. Alia egregia ejusdem regis ejusdemque generis facta ex historiis promenda lectori relinquo. Cæterum hic quidem rex in unam, alii potius in alteram stultitiæ peccarunt partem. quanto enim hic infra regiam dignitatem se demittebat, tanto alii multi supra illam se extollebant, & aliquam de seipsis divinitatis opinionem concipiebant. Qua de re extant aurei Rhiani versus: qui postquam ostendit quam misera egenis conditio sua videatur, contrà de divitibus & qui in magno imperio constituti sunt, ita canit,

Ὅς δὲ κεν δύσχθησι, θεὸς δ' ἔτι ὄλβον ὀπάζῃ
Καὶ πλυνοιγενίλῳ, ὅτινι θέτην ἕνεκα γαῖαν.
Ποσσὶν ὑπερβέβεν, θνητοὶ δέ οἱ εἰσὶ τοκῆες·
Ἀλλ' ὑψοπλήτῃ κὴ ἁμαρτωλῆσι νόοιο
Ἶσα Διὶ βρομέει· κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει,
Καίπερ ἐὼν ὀλίγος. μνᾶται δ' ὕπτιχων Ἀθήνην,
Ἥ τιν' ἀτρεμπτὸν τεκμαίρεται ἔλυμπόν δε,
Ὅσκε μετ' ἀθανάτοισιν ἀείθμιος εἰλαπινάζῃ.

Hîc autem quorsum Poeta, non contentus dixisse, reges ita fastu turgere ut obliti videantur se terram pedibus calcare, & mortalibus ortos parentibus esse, addat inter alia, eos Minervæ nuptias ambire, quum à non paucis doctissimis viris quæsitum sciam, à nemine autem repertum audierim, si explicavero (quum præsertim explicationem proposito nostro congruentem habeat)

beat) maximam me à multis iniurum gratiam ſpero. Poetam igitur non hyperbole poetica hîc uti voluiſſe, nec Minervam pro quavis alia dea nominaſſe, ſed ad hiſtoriam reſpexiſſe dico à Theopompo ſic relatam. Cotys qui luxum cæterorum Thraciæ regum ſupergreſſus eſt nuptiale epulum aliquando apparavit, tanquam Minervam in uxorem ducturus eſſet: adornatéque thalamo, quum ebrius ipſius adventum aliquandiu expectaſſet, tandem furore percitus, unum ex ſatellitibus, num dea in thalamum veniſſet, viſere juſſit. Quem reverſum, & neminem in thalamo eſſe reſpondentem, ſagitta transfixit: móxque ſecundum à ſe miſſum, ob idem reſponſum itidem interfecit. Tandem miſſus tertius, re animadverſa, illum à dea jampridem in thalamo expectari retulit. Hactenus quæ ad germanam (ut ego quidem judico) verborum Rhiani expoſitionem faciunt. Qualis verò hic bellus Minervæ procus erga uxorem ſuam fuit? Ex zelotypia in tantam iram repentè adverſus illam exarſit, ut propriis manib. eam, à vulva orſus, diſſecuerit. Sed de Coty ſati. Quid Alexander? nónne Ammonis ſive Jovis filius haberi gaudebat? nónne modò Mercurii ritu talaria petaſúmque & caduceum, modò Herculis more leoninam pellem clavámque geſtabat? Commodus autem nónne cum Herculis inſignibus nomen etiam ejus ſibi vendicabat: Unde hæc? roget aliquis. Nimirùm ex prava præbendi adulatoribus aures conſuetudine. Quid enim aliud ſunt adulatorum voces apud principes, (quibus ingenita jam cum opibus eſt ſuperbia) quàm additum incendio oleum? Quum igitur illa de Alexandro & Commodo legimus quæ modò commemorata ſunt, quum eundem Alexandrum ſtatuæ dei alicujus cultum & ornatum ſibi abhibitum admiſiſſe, quum alterum quem debellaret orbem quæſiviſſe audimus, unà cum hac adeo ſtulta eorum arrogantia ſimul & aſſentatorum diram blandiloquentiam, à qua illa profecta ſit, audire nobis videamur. Et tamen principibus multis amici, nullis adulatores defuerunt. Habuit & Philippus hujus pater ſuum Cliſophum, Antigonus cui cognomen fuit Epitropo, ſuam Apollophanem, Ptolemæus tertius ſuum Callicratem, Ptolemæus ſeptimus ſuum Hieracem, Philopater ſuum Philinem. Attalus ſuum Simachum ſive Theodorium, Mithridates ſuum Soſipatrum, Scuthes Thracum rex Heraclidem Maronitem, cujus à Xenophonte etiam fit mentio: habuerunt ambo Dionyſii Syracuſarum Tyranni Satyrum, Chiriſophum, Democlem: habuit earundem Syracuſarum tyrannus Hieronymus Thraſonem & Oſin. Nec verò his aſſentatorib. illos contentos fuiſſe, ſed horum duntaxat & aliorum quorundam nomina, quæ cæteris antecelluerint, literis mandata eſſe credibile eſt. Ego certè ne ipſum quidem Alexandrum Hegeſia, Agnone, Demetrio, Medio Bagoa, Gergithio, Dioxippo, Anaxandro, aliíſque quorum per hiſtorias ſparſa extant nomina, contentum fuiſſe exiſtimo. Quid quèd ipſos quoque philoſophos aſſentationis artifices eſſe non puduit? Anaxandrum enim (quem hîc poſtremum nominavi, & cujus verba putidæ adulationis plena paulo pòſt referam) philoſophum fuiſſe conſtat. Sed & eum quem Attalo aſſentari ſolitum dixi, Simachum ſive Theodorium, ejus etiam præceptorem fuiſſe legimus: qui librum περὶ τῆς Ἀττάλου παιδείας ſcribere (Xenophontis Κύρου παιδείαν, ut opinor, æmulatus) & hoc ſuæ adulationis monimentum poſteritati commendare non erubuit. Quinetiam hujuſmodi homines à nonnullis principibus tanquam proverbiale nomen traxiſſe, & ab Alexandro ἀλεξανδροκόλακας, à Dionyſio διονυσοκόλακας appellatos fuiſſe accepimus. Sunt porro aſſentatorum duo genera: unum eſt eorum qui aperto (ut ita dicam) marte; alterum, eorum qui ex inſidiis adulantur. Hos illis ut periculoſiores, ita formidabiliores eſſe debere nemo ignorat: & tanto quidem quanto ſaxa ſub aquis latentia ſcopulis conſpicuis ſunt formidabiliora. Rurſum verò inter eos qui aperto marte graſſantur, periculoſiores ſunt ii qui ad id quod præſtant infame obſequium, verbo non tantum ad demerendam principum gratiam, ſed ad inflandos etiam eorum animos accommodata addunt. Utriuſque generis exempla proferam, ſed minus periculoſis priorem locum dabo. Chiriſophus Dionyſii prioris adulator, ridentem illum cum quibuſdam familiaribus cernens, ridere & ipſe cœpit. Interrogante Dionyſio quæ illi cauſa riſus eſſet, quum ea quæ dicerentur non audiret, Fidem, inquit, vobis adhibeo, quicquid illud ſit quod dixeritis eſſe riſu dignum. Ejus autem filius Dionyſius eos circa ſe habuit qui διονυσοκόλακες appellati fuerunt, qui ſpuente Dionyſio faciem ſuam ſæpenumero conſpuendam præbebant, atque adeo ſputum ejus, interdum etiam (honor ſit auribus) quod evomuerat, lambentes, melle dulcius eſſe aiebant. Iidem, quum Dionyſius ex ebrietate cæcus aut certe cæco proximus evaſiſſet, patinas & calices inter cœnandum dejiciebant, tanquam & ipſi ita cæcutirent ut nequaquam illa vaſa, ac ne ipſos quidem cibos cernerent: expectabántque dum Dionyſius prehenſam eorum manum patinæ admoveret. Quod officium Hiero quoque quibuſdam ſuis adulatoribus idem oculorum vitium ſimulantib. præſtitiſſe ſcribitur. Iidem illi Dionyſii aſſentatores, ut ſibi in illa ſua ſimulatione conſtarent, inter eundem alter in alterum ſæpe impingebant, adeo ut eos ipſe Dionyſius manu perinde ac cæcos deduceret. Cum hoc autem eorum facto optimè quadrat quod Cliſophus Philippi aſſentator facere ſolitus narratur. Quum enim exculptus Philippo fuiſſet oculus, eum comitabatur eundem & ipſe oculum faſciis involutum habens. Rurſus quum ex vulnere debilitatum crus Philippo eſſet, una cum Philippo claudicans incedebat. Sed hic tamen, ſicut & illi διονυσοκόλακες, ſuam artem ſine ullo ſuo damno exercebat: at Mithridates (en quò progrediatur aſſentationis furor) aſſentatores nactus

ctus eſt qui graves ſibimetipſis aſſentationis ſuæ pœnas dabant. Quum enim ille rei medicæ ſtudioſus eſſet, ut oſtenderent quantam de illius peritia opinionem concepiſſent, ſecandos illi urendoſque (quum alioqui nihil opus hoc remedio haberent) ſe præbebant. Ad alterum illud adulatorum genus, quod periculoſius eſſe dixi, venio. Niceſias Alexandri aſſentator, quum eum ex epoto pharmaco torſionibus vexari cerneret, O rex, inquit, quid faciendum nobis eſt, quum vos dii talia patiamini. Dioxippus autem Athenienſis pancratiaſtes, fluente è vulnere quod Alexander acceperat, ſanguine, Homericum illum verſum protuliſſe fertur,

Ἰχὼρ οἷός περ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Quid nebulo ille philoſophus, (cujus & antea meminimus) eandem & ipſe artem factitans? Quum aliquando Alexandro itineris comes eſſet, orto tam vehementi tonitru ut omnes trepidarent, At tu fortaſſe (inquit) Alexander fili Jovis, hujus tonitrus es author. Ejuſdem farinæ eſt illud Democlis factum, qui poſterioris Dionyſii aſſentator erat. Is quum moris in Sicilia eſſet ſingulos domi Nymphis ſacrificare, & circum earum ſimulachra tripudiare, Democles relictis Nymphis, ad Dionyſium, circa eum tripudiaturus accelſit: negans oportere ad inanima numina ſtudium convertere. Quis verò non multo etiam magis Athenienſium plane ſimilem adulationem miretur? Traditur enim illos Demetrium cognomento Poliorceten, quum Athenas veniſſent, cum aliis divinis honoribus proſequutos eſſe, tum canticis eum & domi & in publico celebraſſe, quib. inter cætera ſolum illum verum eſſe deum dicebant. Cæteri dii (inquiebant) aut procul à nobis adſunt, aut dormiunt, aut auribus carent, aut preces noſtras negligunt: fortaſſe etiam ne omnino quidem ulli ſunt: at te præſentem cernimus, non ligneum, non lapideum, ſed verum. Qui verò ſunt hi quos in tam horrendam adulationem prolapſos audimus? illi ipſi (illorum certè poſteri) qui Evagoram, quòd regem Perſarum adoraſſet, morte mulctarunt. Eri quàm propenſa ſint ad aſſentationem hominum ingenia. An verò minus propenſos eſſe putamus ad eam recipiendam principum animos? Quis eorum tam bene ſe modulo ſuo metiri novit, ut ei aſſiduæ illæ & quidem immodicæ laudationes recordationem menſuræ ſuæ non extorqueant? Si princeps aliquis vel minimam rei militaris ſcientiam habet, Themiſtoclem, Epaminondam, Scipiadas ambos ſuperat: ſiqua corporis firmitate præditus eſt, ſtatim audit Hercules: ſi non omnino indiſertus eſt, alter Demoſthenes vel Cicero alter appellatur: ſi vel unum verſiculum ſcribere novit, Homerus aut Virgilius eſt. Attalum quidem certè eodem & præceptore & aſſentatore uſum eſſe, hiſtoriæ perhibent, Simacho ſive Theodorio, cujus & antea facta fuit à nobis mentio: idem verò aliis multis principib. & olim contigiſſe & hodie contingere veriſimile eſt. Quamobrem verè à Carneade dictum eſt, divitum & regum filios ſolam equitandi artem rectè diſcere: quòd & in ludo literario præceptor, laudando, & qui colluctatur, ſponte ſuccumbendo, illis aduletur: at equus quum nec ſciat nec curet privatúſne an magiſtratus, dives an pauper ſit is quem vehit, cervicem cuilibet equitandi imperito frangit. Nec verò hac tantùm in parte exitiales ſunt ſuis dominis adulatores quòd illis falſam de ſeipſis perſuaſionem induant: verumetiam quod calumniis apud illos gravent quoſcunque ſuarum partium eſſe non vident, id eſt quoſcunq; liberè & ingenuè loqui, & (ut habet vetus proverbium) τὸ σκάφῳ σκάφῳ appellare, quos denique ea quæ veros amicos decet, & loqui & facere animadvertunt. Unde enim (obſecro) Alexandrum ad Calliſthenis, Parmenonis, Philotæ cædem, niſi ab illo ſuo adulatorum agmine impulſum fuiſſe arbitramur? Sed ut tandem aliquando ad priſcos illos Herodoti reges revertamur, quorum miram & propè incredibilem amentiam commemorat, quin illi quoque ſuos adulatores habuerint, minimè cuiquam dubium eſſe debet. Verum cæteris omiſſis, de eo qui principem inter eos arrogantiæ pariter & dementiæ tenere locum videtur, dicam. Qui Helleſpontum compedibus vincit, qui Helleſponto minatur & contumeliam dicit, qui denique Helleſpontum flagellat, nónne Mardonio adulatori perniciosiſſimo potius quàm Artabano amico fideliſſimo auſcultat, ſicut & Dionyſius, Philippus, Ptolemæus, ſuis ſinguli adulatoribus, quàm Dioni, Samio, Cleomeni, amicis & probatæ fidei viris, auſcultare maluerunt? Jam verò & illis multo etiam antiquiorib. regibus (qui quicquid delirant, plectuntur Achivi) ſunt qui ſuos apud Homerum adulatores aſſignent. Ut autem reges aliosq; principes aſſentatorib. comitatos, ita & reginas quaſdam aſſentatricibus comitatas fuiſſe, memoriæ traditum eſt: inter quas eæ quæ κλιμακίδες appellatæ ſunt, claruerunt: id nomen ab obſequio quod reginis præſtabant, adeptæ. harum enim dorſa ſcalarum vicem illis currum conſcendere volentibus præbebant. Quæ quum ita ſint (ut hunc tandem de regum fatuitate locum claudam) ſicut credibilem nobis cæterorum regum ſtultitiam reddit corrupta illorum ab aſſentatorib. natura, itidem Herodoto priſcorum quorundam regum amentiam deſcribent credamus, ſi quidem aſſentatores his itidem fuiſſe credimus. Simul verò & principum hujus tempeſtatis conditionem conſideremus, qui quum à majoribus ſuis potentia circa res multas ſuperentur, ſola multitudine adulatorum illis potentiores manent, ſi modò qui ſuorum dominorum domos, urbes, populos, regna, ut peſſundederunt olim, ita & hodie peſſundant, principum potentiam augere putandi ſunt. Cujus mali exempla ab hoc noſtro ſeculo petita odioſa eſſent, & ſatis multa ve-

teres hiſtoriæ ſuppeditant. nam ſi principum mores ab adulatoribus corrumpuntur, quæ illam morum corruptelam ſequuntur clades, non dubium eſt quin adulationi acceptæ ferri debeant. Adde quòd adulatorum eſt immminentia ſuis dominis pericula diſſimulare, ſecuros illos eſſe jubere, ad quidvis ſibi de ſua potentia pollicendum incitare. Quod qui faciunt, nónne illos in pericula trudunt: nónne hoſtium telis inermes exponunt? nónne in illorum denique manus eos tradunt? Et hoc quidem modo exitii cauſa principibus jure dicantur eſſe adulatores, ſed non propinqua. At propinquam etiam exitii cauſam ſuis dominis eos ſæpenumero fuiſſe teſtantur cum alii multi, tum is Philippus quem Romani imperio everterunt; ejus enim jam antea regnum ab aſſentatore Proclide Tarentino labefactatum fuiſſe Polybius author eſt. Craſſi autem adulator Andromachus Parthis operam ſuam ad illum fortunis pariter & vita ſpoliandum locavit. Porrò ut adulatores ſuperiorum ſeculorum ab adulatoribus noſtræ ætatis, numero, ſic etiam peritia tanquam diſcipulos à magiſtris ſuperari ſciendum eſt; quò diligentius ab illorum inſidiis cavere ſibi principes debent: ſed ipſi viderint. Ad me quidem quod attinet, ſi quid vota hîc valere poſſent, ut Theſſali olim urbem quæ Adulatio vocabatur, funditus everterunt, ita præ quibuſvis aliis maleficis radicitus extirpatos adulatores aulicos optarim.

Nunc & luxus priſcorum regum ab Herodoto & aliis deſcripti collationem cum poſterorum quorundam partim regum partim aliorum luxu, aggredior. Inter cætera igitur quæ de luxu regum Perſarum monumentis literarum tradita ſunt, vix credibile nonnulli putarunt quod Herodotus narrat, quocunque illi irent (nam quod de Cyro dixit, de ejus ſucceſſorib. etiam intelligi voluit) Choaſpis fluvii aquam circumvehi ſolitam fuiſſe, & nullam illos aliam potare conſueviſſe. Ego verò quenquam qui hoc mirabile, nedum incredibile, judicet, eſſe demiror. Utrum enim, quæſo, majori admiratione dignum, aquæ plauſtris regem Perſarum comitatum ditionem ſuam peragrare, an Cardinalem è media Gallia Romam uſque aliquot lagenarum millibus comitatum pervenire? Quod tamen ego tacuiſſem, niſi earum fama jam percrebuiſſet, atque adeo earum ignominia in Gallos omnes (quippe quos inde *botiglioni* Itali vocant, quaſi lagenarios, Græcè λαγυνίωνας dicas) redundare cœpiſſet. Et illis quidem qui curioſas illas potus aquæ certæ delicias objicient, hæc pauca reſpondiſſe, fuerit, meo quidem judicio ſatis. Illis autem qui cætera objiciunt, multa habeo quæ reſpondeam. Ad luxum quidem certè quod attinet qui circa ciborum apparatum verſatur, nec plura nec luculentiora ex ullo quàm è noſtro ſeculo poſſe promi exempla exiſtimo, quo jam pervulgatum circa ferinam carnem eſſe cœpit, (de Gallia loquor) ut avulſi ex utero vivarum matrum fœtus menſis apponantur. Quem tamen luxum menſa Galli cujuſdam primarii in regis aula viri, vilem jam reddiderat: & verba propediem expaimendis aliis ejus circa cibos & ciborum apparatum deliciis defutura erant, ſi ei Galliæ noſtræ Mars illi parcere, & coquorum celebrium vota (quibus inſigne ſui deſiderium reliquit) exaudire voluiſſet. Verùm ut ad magnates uſque non veniamus, virum quendam fide digniſſimum de quadam Avenionenſi muliere (quæ aulæ pontificiæ ibi tum ſedem Apoſtolicam habentis Lais fuerat) audivi narrantem, eam turdis & perdicibus aliisque avibus veſci ſolitam, quæ fœniculi, anethi, coriannive aut ſimilium ſemine ſaccharo condito paſtæ eſſent. Sed illud audivi; at lactucas aqua ſaccharata, quam vocant, à matronæ cujuſdam ancillis (& quidem illius, ut aiebant, juſſu) irrigari vidi. Quæ quum ita ſint, quid aliunde quam è noſtro ſeculo, hujuſmodi deliciarum arceſſere exempla neceſſe eſt: At verò alterius luxus multa genera luxui noſtræ ætatis (de quo & antea dictum eſt) poſſe accedere fateor. Alterum luxum voco qui non circa cibos ſed circa reliqua verſatur. De hoc igitur quæcunque ab Herodoto memorantur, à Siciliæ tyrannis ſuperata eſſe dico. Quib. quum primum in hac re locum tribuo, ipſum etiam Herodotum ſequor, qui de Polycrate loquens, ita ſcriptum reliquit, Nullus enim regum Græciæ, exceptis Syracuſanis, dignus eſt qui cum Polycrate, quod ad magnificentiam attinet, comparetur. Nec tamen ſolos Syracuſarum reges ſive tyrannos, ſed & Alexandrum aliosque illa prætergreſſos eſſe dico. Argumento autem vel una Alciſthenis Sybaritæ veſtis eſſe poteſt, quæ centum viginti talentis vendita fuiſſe fertur. Quòd ſi ad vitem & platanum auream vel platanos aureas veniendum eſt, earum cum aulæ Alexandri ſplendore & magnificentia comparationem ex Phylarcho audiamus. Aureæ platani, inquit, & aurea vitis, ſub qua ſedentes ſæpe Perſarum reges jura ſuis populis dabant, quotidianum regiæ Alexandri ſumptum æquare non videntur: quanvis alioqui vitem illam commendarent etiam uvæ quæ ſmaragdos & Indicos carbunculos aliasque pretioſiſſimas gemmas racemos imitantes haberent. His autem deſcriptionem opulentiæ & magnificentiæ illius adjungit: quæ ſi vera eſt, verè etiam platanos aureas Perſicorum regum vitemque auream cedere illi dixit. Porro ut comparationem hanc perſequentes, ab ipſis dominis ad eorum famulos aut ſervos veniamus, (nam quicunque ſub ditione regum Perſarum erant, ſervi ejus vocabantur) narrat Cteſias quendam Annarum qui ſatrapa Babyloniæ à rege conſtitutus fuerat, centum quinquaginta pſallentes & canentes mulieres circa menſam ſuam habere ſolitum. Audiamus viciſſim quæ de quibuſdam Alexandri ſive ſodalibus ſive aſſentatorib. tradita ſunt. Phylarchus & Agatharchites memoriæ prodiderunt, eorum alium clavos aureos crepidis ſuppactos geſtaſſe, alium, quoties de publicis negotiis cum aliquo tractaret, ſuper pavimento purpura ſtrato deambulare ſolitum fuiſſe: alios aulæis per quinque ſtadia locum in

quo

quo venarentur, cingere consueviſſe: alios pulverem ad palæſtræ uſum ſibi à jumentis multis, quocunque irent, portandum curaviſſe. His ego comparationib. (quamvis alioqui in exemplorum luxus commemoratione luxuriare oratio mea poſſit, præſertim ſi ad Romanos uſque progredi voluerit) utpote mea ſententia aptiſſimis contentus eſſe ſtatui. At noſtri ſeculi principum luxus illo quidem artificioſior & (ut ita loquar) ingenioſior meritò dici poſſit: at opulentia tantum illi cedit quanto minores ſunt horum quàm illorum principum opes.

Ut autem ad varios variarum gentium mores atque ritus ab Herodoto deſcriptos aliquando tandem revertamur, quis non in Græcis multos in eo quod de Ægyptiorum ſcribendi more à dextra in ſiniſtram tendendo, commemorat, ſuſpectum mendacii habuiſſe credat? At nos quibus familiares ſunt Hebraicæ literæ, tantum abeſt ut hoc admiratione dignum cenſeamus, ut potius quenquam hoc mirari miremur. Multo certè minus fidem (& meritò quidem) apud lectores impetraſſet Herodotus ſi aliquos inter Ægyptios reperiri ſcripſiſſet qui ſiniſtra in ſcribendo, non dextra uterentur: quum tamen mihi duos qui id facerent, videre contigerit, Flandrum unum, Sabaudum alterum. Quid ſi verò eſſe tradidiſſet qui oculis caſu aliquo orbati, nihilo tamen minus ſcriberent? rem aliis quidem fortaſſe incredibilem, at mihi certè credibilem narraret. Quare? quòd ſcribere abſque oculorum uſu (id eſt vel in tenebris, vel oculis aliò converſis) neceſſitas rerum omnium magiſtra me docuerit. Atque hæc de iſto miraculorum genere hactenus; ad alia veniamus. Quidni viros Ægyptios lanificium exercuiſſe credemus, quum apud Seguſianos nobis vicinos ulitatum viris multis nendi morem cernamus? At quàm ineptum eſt viro, quàm ridiculum, colum geſtare, & muliebri more fila deducere? Ineptum eſt (fateor) & ter quatérque ridiculum: ſed quid agas? an quia ridiculum, ideo verum non erit? Ridiculum eſt nobis ejuſdem Herodoti illud, Ægyptios viros (honor ſit aurib.) ſubſidentes meiere. At Turcis ridiculum id nequaquam fuerit quibus hanc meiendi rationem tanquam honeſtam in uſu eſſe, noſtram contrà velut turpiſſimam averſari aiunt. Ac certè (ſi in re hujuſmodi philoſophari nefas non eſt) non de nihilo eſt quod Heſiodus, ne ſtantes meieremus vetuit, quum μηδ' ὀρθὸς ὀμιχεῖν dixit. Sed eſto (excipiet aliquis) veracem in hoc fuiſſe Herodotum: quid quòd addit, mulieres contrà ſtantes meiere: De hoc certè (ut ingenuè fatear) aliud quod reſpondeam non habeo quàm hoc: quemadmodum ſi quod de viris Ægyptiis tradit, Turcæ nobis exemplo ſuo non confirmarent, incredibile videretur, quum tamen verum eſſet: ita, quod de mulieribus addit etiamſi nullo exemplo (quod quidem ad aures noſtras pervenerit) comprobetur, verum nihilominus eſſe poſſe. Hunc autem locum, Sophoclis poetæ & Nymphodori hiſtorici authoritate claudendum cenſeo, qui eandem quam Herodotus morum Ægyptiacorum ab aliis diſcrepantiam teſtantur. Antequam tamen à ridiculis diſcedamus, addam & quod de uxorib. Libyum Adyrmachidarum narrat in Melpomene, eas videlicet pediculos ſuos (honor nunc quoque ſit auribus) non antè abjicere quàm eos viciſſim momorderint. (eſt enim ἀντιδάκνειν viciſſim mordere, non præmordere, ut interpres verterat) Hoc quoque iis annumerari debere quæ non ridicula ſint ſolùm, ſed & fœditatem ſpurcitiemque incredibilem habeant, confiteor: ſed cur aliis hiſtoricis quoſdam φθειροφαγεῖν nobis commemorantibus fidem adhibebimus, Herodoto narranti has mulieres φθειροδακνεῖν, (quod multo minus eſt) fidem derogabimus? Imò ne φθειροφάγους quidem fuiſſe ullos credo, reſpondebit fortaſſe aliquis. Cur obſecro, minus credibile eſt τὸ φθειροφαγεῖν quàm τὸ ἀνθρωποφαγεῖν? licet hoc magis crudele, illud magis fœdum ſit? Anthropophagiæ autem exemplum, ut feritatis extra omnem controverſiam poſitæ, profero: quum ejus hac etiam tempeſtati multi oculatos ſe teſtes eſſe jactent, Quam feritatem nequis in barbaris hominibus miretur (ſimul autem & alia multa crudeliter ab iiſdem perpetrata, quæ ab Herodoto deſcribuntur) aut ne fide majorem judicet, audiat non barbarum, ſed Græcum hominem; non literarum rudem, ſed philoſophum, & quidem inter philoſophos celeberrimum, verba hæc vel ipſis Cyclopibus & Læſtrigonibus anthropophagiæ authoribus indigna proferentem: ἢ ἂν τῶν μελῶν ἀποκοπῇ τι μέρος πρὸς τὴν τροφὴν χρήσιμον, μήτε καταρύτειν αὐτὸ μήτε ἄλλως ῥίπτειν, ἀναλίσκειν ἢ αὐτὸ, ὅπως τῶν ἡμετέρων ἕτερον μέρος γένηται. Hæc Chryſippum in libro de juſtitia, ſcripta reliquiſſe, de mortuis hominibus loquentem, teſtatur Sextus philoſophus, ſicut & iſta in libro De officio, διὸ ἢ χρησίμων μὴ ὄντων τῶν κρεῶν, τροφὴ χρήσονται αὐτοῖς, καθάπαρ ἢ τῶν ἰδίων μερῶν, οἷον ποδὸς ἀποκοπέντος ἐπέβαλε χρῆσθαι, αὐτῷ ἢ τοῖς ἀγχιπλησίοις. In quorum autem cadavere ita nos officio fungi jubet? Parentum, I nunc, & ab Herodoto vel aliis hiſtoricis deſcriptam ἀνθρωποφαγίαν aut ἀνθρωποθυσίαν fabuloſam eſſe clama.

Verùm ut ad illam morum Ægyptiacorum à Græcanicis diſcrepantiam redeam, ad inveniendа miræ & propè incredibilis morum diſſimilitudinis exempla, ab hoc noſtro ſeculo non diſcedamus. Quid ſimile Germanorum Flandrorumque mores cum Gallorum aut Italorum moribus habent, ſive victus rationem, ſive cultum corporis, ſive ſtudia & animorum inclinationes ſpectes? Si Gallus aut Italus ad menſam ducatur ea lege ut per ſex ſeptémve horas illi accumbat, in carcerem trudi, non ad menſam duci ſibi videbitur: ſi verò accumbenti tale œnopho-

rum

rum quale illis ebibendum proponatur, ad ſupplicium malle ſe rapi clamabit. nam ut horum utrique, vino ſe ingurgitare, acerbiſſima mors eſt, ita illis (de vulgo loquor) ſuaviſſima vita cenſetur: adeo ut non immeritò quis eos progeniem illius eſſe ſuſpicetur qui apud comicum Alexin, dicebat, O me beatum, ἐχ ὅτι ἐν τοῖς γάμοισιν ἄνδρες δύωχήσομαι, Ἀλλ' ὅτι ἁρπασήσομαι, ἂν θεὸς θέλῃ. Ad veſtitum autem quod attinet, ſive huic ſive illi caligas Lantsknechthicas indueris, non homini caligas, ſed hominem caligis alligaveris, & ex quantumvis agili immobilem illa panni ſaburra reddideris. Eiſdem verò Gallo dico & Italo (ac iis quidem potiſſimùm qui in aliquo ſunt dignitatis gradu locati) nihilo magis ut in patria ſua cum viridi pallio quam ut nudi in publicum prodeant perſuaſeris. non enim ſatis ſanæ mentis haberentur. At Germanis nulla hujuſmodi de eo quem ita vident amictum, oboritur ſuſpicio. Sic & verſicolorem veſtem, aut certè verſicoloribus fimbriis prætextam geſtare fœminis permittunt: nos nequaquam. Permittunt iiſdem (ac præſertim virginib.) paſſo & per collo ſparſo capillo incedere: apud nos autem virgo propter hunc habitum mænedib. annumeraretur. Et hæc quidem pauca ſunt hujus diſſimilitudinis exempla è multis quæ hanc collationem perſequi volentib. ſuppetent. Viciſſim verò aliquod exemplum rituum in quib. nos ab Italis diſcrepamus, proferre libet. Uxores noſtræ ad illud exemplar inſtitutæ ſunt,

Illa regat cunctos, illi ſint omnia curæ,
Et nihil in tota me juvet eſſe domo:

at illorum uxoribus dicas hos verſus ita inverſos eſſe,

Illa regat nullos, ſint nulla negotia curæ,
Illamque in tota nil juvet eſſe domo.

Illi uxoribus ſuis fucare faciem permittunt, (quum tamen hoc facinus in earum ſenectutem redundaturum ſciant) nos ſuſpectas fucatæ faciei, ſuſpectas adulterii eadem opera haberemus. (aulas principum excipio, quæ miſcellaneos mores rituſque uſurpant.) Ut verò à perſonatis mulierib. abhorremus, ita nec grallatrices amamus: ſed eaſdem & in lecto & in menſa (i. utrobique vel proceras vel parvas) habere volumus. Inaures priſco more geſtare multi eorum ſuis uxorib. permittunt: nos id in uxorib. noſtris meretricium judicaremus. Nos obvias Gallas, ſive matronas ſive virgines quæ nobis familiares ſunt, ſalutamus: ſi patricæ ſint, etiam oſculamur: Italas vix quiſquam voce, nedum oſculo ſalutare auſit. Offenduntur Itali oſculationibus hujuſmodi quas uxorib. noſtris concedimus; offendimur viciſſim papillarum nudationibus, quas ſuis illi (ac præſertim Veneti) permittunt. Cur enim quas pudicas eſſe volunt, cultu ſuſpitionem impudicitiæ præbere volunt? Niſi fortè obviis quibuſque nudare papillas, retecta veſte & hac ratione (ut eſt in proverbio) δείκνυειν κυσὶν ὀστέα, pudicitiæ per occultam quandam antiperiſtaſin argumentum eſſe exiſtimant. Ad me certè quod attinet, conjectura nulla poſſum aſſequi quodnam eorum à quibus hoc inſtitutum profectum eſt, conſilium fuerit: ſicut nec quod fuerit apud eoſdem Venetos illius qui ut velare faciem commune meretricibus cum ingenuis virginibus eſſet, ſtatuit. Et quoniam à meretricibus ad lupanaria facilis tranſitus eſt, de his quoque aliquid dicendum eſt. Nónne quæ ſit inter ipſas etiam Chriſtianas nationes de his controverſia videmus? nónne de his varias in utranque partem (excluſo interim, proh pudor, Dei mandato) diſputationes quotidie audimus? dum hi juvenum corruptelam eſſe objiciunt, illi matronarum pudicitiæ præſidium eſſe reſpondent? At vulgus Italorum magis miretur urbem quæ receptaculis hujuſmodi quàm quæ templis careat, & ſibi ἀβίωτον illic eſſe potius quàm hic fateri non dubitet. Sed quid de illo Patre ſacro dicemus, quem adeo gravem authorem προνοσοκειομάχοι ſequuntur? Ego certè quod de illo aliàs (& quidem in media urbe Roma) dixi nunc quoque liberè dico, pudendum quidem ejus factum mihi in eo videri quòd lupæ matris Romuli ſtudioſius reverentiusque quàm Petri Apoſtoli memoriam colat: quippe qui vivis luparum imaginibus Romam circumvallarit, at Petrum Apoſtolum cum unica (quæ quidem in pretio ſit) Imagine, in angulum urbis detruſerit: alioqui certè prudentis medici officio functum mihi videri, quòd, ut illi, ubi ægrotis hujus vel illius cibi uſu interdixerunt, aliquem alium quo veſcantur, illis proponunt: ita ipſe quibus licitum eſſe matrimonium noluit, licitam ſaltem eſſe ſcortationem voluerit. Sed quod ſibi χειρὸν ἑρμεῖν cum lupabus illis eſſe inſtituit, huic verò ejus inſtituto qua ratione patrocinari quis poſſit, non video; nam ſi verè dixit ille.

Turpe tori reditu cenſus augere paternos,

quanto turpius tam profani reditus partem in ſacraria inferri, & illo Petrum Apoſtolum ditari? Verùm quum de his latius philoſophari, nec loci hujus nec temporis ſit, hunc ſermonem ſimulque eam quæ in illum deduxit diſputationem finiendam cenſeo: ſi tamen prius hanc eſſe hujus ſummam monuero, ut ex ea quam noſtris oculis credere cogimur in vicinis etiam regionibus morum diſcrepantia (cujus ſpecimen tantùm pauculis illis exemplis dare libuit) multa quantumvis ab iis quæ aut viderimus aut audierimus abhorrentia, à fide tamen abhorrere non

non putemus. Sed quid de vicinis populis loquor? non à nobiſmetipſis, id eſt à majoribus noſtris, longè moribus diſſentire dico. Quis enim vel Gallus, vel Italus, vel Hiſpanus, vel Germanus majores ſuos valde diverſo victu cultúque corporis uſos fuiſſe, & diverſa etiam ſtudia habuiſſe neſcit? ut diverſos ritus ceremoniásque, leges, inſtituta, jura omittam. Nam (ut de nobis loquar) quum formoſas noſtrorum Galliæ regum noſtrarúmque reginarum imagines aſpicimus, nónne quid illis in mentem venerit ut eo veſtitu uterentur, mirari ſolemus? Quòd ſi privatorum etiam hominum qui coævi illis fuerunt, imagines haberemus, non tantum admiraremur fortaſſe, ſed etiam veſtitum illum cum hodierno conferentes, obſtupeſceremus. Ad victum veniamus. Quàm multos cibos in deliciis olim fuiſſe putamus, qui nobis viles ſint: quàm multos contrà palato majorum diſplicuiſſe, qui noſtro gratiſſimi ſint? Dignum ſcilicet hodie regia menſa fuerit ferculum anſer: at Cyrus regis Artaxerxis frater χλῶας ἡμιφώτους amicis è menſa ſua mittebat, ut participes eſſent voluptatis quam ex eorum eſu ceperat. Quidni etiam credibile ſit diverſum à noſtris, ſaporem majoremque teneritatem illas habuiſſe, ut gallinas Indicas duabus his aliiſque rebus differre à noſtris videmus? Quinetiam anſerinum jecur in deliciis olim fuiſſe, & has delicias hodiéque Judæos qui Venetiis agunt, magnò Chriſtianis vendere novimus, quæ tamen vix alibi uſquam celebrantur. Sed & quum Martialem primam gloriam inter aves turdis dantem audimus, nonne aut diverſos à noſtris turdos aut plane diverſum à noſtro palatum habuiſſe, aut perdicem nunquam guſtaſſe putandus eſt? Quid quòd Itali ab iis, qui regis Galliæ apud Senatum Venetum legati erant, lepuſculos leporibus, perdicia perdicibus anteferre didicerunt? Sed ne latum æquor de diſſenſione in ciborum delectu, malus etiam de ea quæ eſt in ciborum apparatu, ingrediar, curſum hîc ſiſtens, hoc tantùm addo, homines moribus non ſolùm à majorib. ſuis, non ſolùm à finitimis populis, non ſolùm à civibus, à vicinis, à domeſticis denique ſuis, ſed ipſos à ſeipſis ſæpiſſimè diſſentire. Quàm enim exiguus eſt eorum numerus qui iidem eadempeſſunt horam durare probantes? Quæ ſi nobiſcum reputabimus, minus quæ de diverſis moribus apud Herodotum aliósque Hiſtoricos leguntur, & mirabimur, & ſuſpecta mendacii habebimus.

Ad ritus cermoniásque cum aliarum gentium tum Ægyptiorum venio. In his quoque multa ridicula, multa non ſtultitiæ ſolùm, ſed & furoris plena narrari non nego: ſed eo nomine mendacii ſuſpecta eſſe debere pernego, Mirum fortaſſe tibi & fictum etiam videtur quod de Ægyptiis ab Herodoto narratur, illos ſolenni quodam ritu ſeipſos verberare: at ego nec mirum nec fictum puto, quippe qui & Venetiis & Romæ ſolennes hujuſmodi verberationes viderim. Sed quod potiſſimum hominum genus apud Ægyptios hunc ritum coleret, neſcio. Quos Romæ & Venetiis ſeipſos verberantes videbam, eos, ex multis qui norant, verberones eſſe audiebam. Verùm quid ex Italia exemplum mutuamur quod noſtra ſuppeditare Provincia poteſt? Commodùm tamen facta Romæ mentio in memoriam mihi Mariæ Lauretanæ templum ipſi vicinum revocavit, ubi eorum ſpectator fui quæ multa tum ab Herodoto, tum ab aliis de variarum gentium ſuperſtitione relata, non credibilia ſolùm reddere, ſed & excuſare poſſunt. Verùm ea referre horret animus: ac nec eos quidem ipſos Athenienſes quorum ſuperſtitioſis ritibus tantopere commotus fuit Paulus Apoſtolus, ea ſine horrore ſpectaturos fuiſſe exiſtimo. Receptam & alibi ſuperſtitionum farraginem omitto.

Hunc igitur ſermonem miſſum facientes, potius ut antea priſcum Bacchum & priſcam Venerem cum noſtro Baccho & noſtra Venere contulimus, Martem itidem hunc cum illo conferamus. Equidem noſtrum illi aut furore aut crudelitate aut perfidia cedere, an meritò dici antea potuerit. neſcio: ne certè unquam poſthac dici poſſit, civilia Galliæ noſtræ bella (utinam vul nunc benè ſedata) prohibuiſſe ſcio. Quis adeo eſt ferus ut ſiccis oculis illud quorundam barbarorum facinus legat, qui pueros elementa prima diſcentes, media in ſchola trucidarunt? Priſcum eſt facinus illud: quod ſicui incredibile antea viſum eſt, ſimilis crudelitatis exemplo tempora noſtra credibile reddent, (ſi tamen ſimilis, quæ illam multis partibus ſuperat, dicenda eſt.) Ecquis enim adeo humanitatem omnem exuerit ut id factum quod primum incendiis illorum civilium bellorum ſuſcitabulum fuit, ſine ſuſpiriis ac gemitibus audiat? Viri, fœminæ, pueri, juvenes, ſenes, dum ab ore ſacri hyprophetæ pendent, non à Turcarum aliorúmve barbarorum caterva, ſed eorum qui & ipſi Chriſto nomen dederant, multis vulneribus inermes ab armatis repentè conſodiuntur. Verùm ut à peculiari crudelitate ad communem tranſeam, in utris, quæſo, veteribúſne an noſtri ſeculi bellis, Vulcanus Matri frequentius conſociatus fuit? Puerile bellum hodie exiſtimatur τὸ δενδροκοπεῖν, éſtque in uſu potius τὸ πυρπολεῖν: incendiis paſſim res geritur Quid quòd unuſquiſque jam miles, ex quo globi ignivomi reperti ſunt, ferro pariter & igni armatus eſt? Quid quòd non multis abhinc menſibus, ad augendam ignis illius crudelitatem (quaſi non ſatis ignis in igne eſſet) artes novæ excogitatæ ferunt? Quòd ſi & noſtras expugnationes urbium ſpectemus, frigebit illa deſcriptio Homerica Αἴνδρας μὲ κλείνσι, &c.

Jam verò quædam etiam legi apud Herodotum aliosque Hiſtoricos dico, quæ quamvis à fide abhorreant, non ſolùm exemplis ſimilium factorum quæ alii referunt, veriſimilia redduntur, ſed & eorum authoritate qui noſtro ſeculo eadem apud alios viderunt, confirmantur. Ex quorum numero eſt quod de Threſſis quibuſdam mulieribus tradit, eas excedentibus è vita maritis

comi-

comites ſe certatim offerre. Hoc enim veriſimile quidem reddi aio ea hiſtoria quam Jul. Cæſar & Nicolaus Damaſcenus de quibuſdam Aquitaniæ regibus referunt, ſexcentos cum illis verſari viros, qui ut cum viventib. vivunt, & quidem regii dominatus regiæque opulentiæ participes, ita etiam libenter cum morientibus moriuntur: ſed (quod majus eſt) idem illud factum mulieribus Indicis non veteres tantùm ſcriptores, ſed & oculati teſtes hodie adſcribunt.

Quinetiam ex iis narrationibus, quæ ut à veritate abhorrere videntur, ita etiam à fide abhorrent, fuerint nonnullæ fortaſſe quos poſteri eorum de quibus ſcriptæ ſunt, eorúmve annales, aliqua ex parte teſtimonio ſuo comprobare hodiéque poſſint. In quam opinionem me adduxit oſtenſus mihi à quodam amico locus ex Sigiſmundi commentariis rerum Moſcoviticarum petitus, in quo hiſtoria Herodoti de Scythis ſervis, qui dominis abſentibus in uxorum illorum poſſeſſionem involarant, tandemque quum juſto prœlio repelli à dominis non potuiſſent, flagellis repulſi fuerunt, annalibus poſterorum teſtata exſtat: detortis duntaxat (ut fit) nonnullis facti circumſtantiis.

Ad *Cteſiæ* autem Indica quod attinet, miranda illic naturæ opera deſcribi fateor: ſed ut de ave Indica pſittaco illi ſimulque oculis noſtris credere cogimur, (alioqui vix crediturі) ita & de aliis multo majori admiratione dignis credere fortaſſe debemus, etiamſi non viderimus. Certè ut Horatio de exuenda prorſus admiratione non aſſentior, ita viciſſim admirationem tantam ut ex ea incredulі reddamur, non probo, ſæpeque illa Juvenalis mecum reputo: *Quis tumidum guttur miratur in Alpibus?* &c. Denique iis quæ vel de natura rerum vel de factis humanis memoriæ prodita ſunt, fidem temerè derogemus, Dei potentiam omnia miracula vincere, ſeculum noſtrum ſuperiora omnia miraculis ſuperare dico.

INDEX

Chronologia Herodoti.

Initium Hiſtoriæ *HERODOTI.*

AB hoc anno Mundi 3246. *deinceps continua ſeries annorum* 240. *in* HERODOTO *extat, à* GYGE *Lydorum Rege, uſq; ad Cræſum ipſius abnepotem à Cyro Perſarum Rege captum, & deinceps uſq; ad Xerxis & Perſarum ex Græcia fugam, quæ in annum mundi* 3486. *incidit.*

Eſt autem Cræſus à Cyro captus anno mundi 3416. *anno nono ante Cyri Monarchiam.*

A Cræſo capto, uſque ad initium GYGIS, *& interfectum Candaulem, poſtremum ex Heraclidis Lydorum Regem, numerat Herodotus annos* 170. *In vulgaribus verò Chronologiis tantùm* 150. *ponuntur.*

Cœpit igitur regnare GYGES, *anno Mundi* 3246. *qui eſt primus annus Manaſſis Regis Juda: cum ante* 34. *annos urbs Roma primum condita eſſet.*

Ab eo tempore, continua Annorum Series in Herodoto, uſque ad 10. *annum Xerxis, extat. Quam ſequenti Tabella, ſeu Chronologia ſpectandam proponemus.*

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	REGES JUDA.	LYDIÆ.	MEDIÆ.
	Ezechias.		
		Candaules *postremus ex Heraclidis Rex Lydorum, quo interfecto, Sacelles ipsius* Gyges *regnavit annis* 38. *Herodot. lib.* 1. *pag.* 2, 3.	
3246	Manasses *Rex Judæ annis* 55. 4. *Re.* 21. 2 *Par.* 33.		
3256		*Cepit Colophonem: & Smyrnam ac Miletum oppugnavit, pag.* 3.	Deioces *vir sapiens, & justus, Medorum rex annis* 53. *Herodot. lib.* 1. *pag.* 21.
3277			*Condidit* Egbathana. *pag.* 22.
3284		Ardys, *secundus Rex Lydorum, annis* 49. *Herodotus lib.* 1. *pag.* 3. *Cepit Prienem.*	*Hic existimatur esse Arphaxad, cujus dux fuit* Holophernes *à Juditha interfectus.*
3293			
3301	Amon *Rex Juda* 2. *annis*, 4. *Reg.* 21.	*Ardys tempore* Cimmeria *à Scythis pulsi, Asiam pervagati sunt, & Sardes ceperunt. pa.* 3.	
3303	Josias, 31. *annis*, 4. *Reg.* 22. *Paral.* 34. 35.		Phraortes *annis* 22. *Herodot. lib.* 1. *pag.* 22.
3316	Jeremias *Prophetæ concionari incipit. Jerem.* 1.	Nabuchodonosor *primus Babylone regnat* 35 *annis. Incipit cum Josia.*	
3331			Cyaxares *Medorũ Rex, annis* 40.
3333	Joachaz *tribus mẽsibus.*		
3334	Joachim *rex Juda*, 11. *annis.* 4. *Reg.* 23, 24. 2 *Paral.* 36.	Sadyattes 3. *Rex Lydorum*, 12 *annis, pag.* 3.	*Totam Asiam, usq; ad Halym fl. Medis subjecit. Cepit Niniven, ut à Propheta Nahum erat prædictum.*
3336	Daniel *cum sociis in Babylonem abductus est. Dan.* 1.		
3338	Jeremias *prædicit captivitatem* 70. *annorum, cap.* 25. *Et dictat volumen comminationum cap.* 36. 45.	Nabuchodonosor *Magnus Chaldæorum Rex annis* 43. *Jerem.* 25.	

CHRONOLOGIA HERODOTI.

ÆGYPTI.	GRÆCIÆ.	ROMÆ.
Ægypti *descriptionem accuratam, & longam Regum Ægyptiacorum seriem, quæ tamen temporum distinctione caret, Herodotus Libro secundo complexus est.*		*Urbs Roma à Romulo condita annis 34. ante Candaulem Lydorum Regem à* Gyge *interfectum.*
Sethon *Sacerdos, & Rex Ægypti, sub quo Sennacherib rex Assyriorum obsidens Peluſium divinitus in fugam vertitur. existimo autem Herodotum voluisse liberationem Jerosolymæ, & Ezechiæ obsessi à Sennacherib indicare. Sed vera historiæ non integrè ipsi nota fuit.*	Archilochus *Parius Poëta Iambicus, vixit tempore Romuli, (Cicero Tuſtul. 1.) & Gygis Lydorum regis. Herodot. lib. 1. pa. 3. Hunc ob mordacitatem Lacedæmonii ex urbe ejecerunt.*	2. Numa Pompilius *regnare incipit anno 4. Gygis, qui est Mundi* 3250.
Duodecim duces Ægypti *post Sethonem, Herodot. lib. 2. pag. 75.*		
Pſammetichus *unus ex* 12. *Ducibus, ſolus regnat annis* 54. *Herodot. lib. 2. pag.* 77, 78. 45, 46. 50, 51.	Battus *filius Polymneſti, & Phronimes ex Insula Thera Colonium duxit in Lybiam, & urbem* Cyrenen *condidit, juxta fontem Apolinis, Herodot. lib. 4. pag.* 141, 142. *circa annum Mundi* 3300.	3. Tullus Hoſtilius *annis* 32.
Ab hoc certa ſeries annorum & rerum in Ægypto geſtarum, apud Herodotum extat.		
Necho *Rex Ægypti, annis* 17. *Herodot. lib. 2. pagina* 78.	Cypſelus *Corinthi Tyrannus, pater Periandri, Herod. lib. 5. pa.* 167.	
Interfecit Joſiam Regem Juda in Mageddo. 2. Paralip. 35. 4. Reg. 23.	Phalaris *Agrigenti Tyrannus.*	4. Ancus Martius, 24. *annis.*
Duxit foſſam ex Nilo in ſinum Arabicum. pagina 78. 122.	Zaleucus *Locrenſium legiſlator. tametſi hunc ad Pythagoræ tempora aliqui referunt.*	
Juſſit circumnavigari Africam, ut Terræ ambitum, & magnitudinem exploraret. Herod. lib. 4. pa. 122.	Alcman *Lydus Poëta Lyricus.*	

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	REGES JUDA.	LYDIÆ.	MEDIÆ.
3345	Jechonias *Rex* 3. *menſibus, ſuaſu Jeremiæ, dedidit ſe Babyloniis, anno* 8. *Nabug.* 4. *Reg.* 24. *Hic unà abductus eſt* Mardocheus. *Eſth.* 1. Sedechias *ultimus rex Judæ, annis* 11. 4. *Reg.* 25. *Paral.* 36.	Alyattes 4. *Lydorum Rex, annis* 57. *Herod. pag.* 5. *Ejecit Cimmerios ex Aſia.*	Scythæ *viginti octo annos imperium Aſiæ tenuerunt. Herod. pa.* 25. 115.
3350	Ezechiel *Propheta in Babylone concionari incipit.* Jeroſolyma *everſa à Nabuchodonoſor* 4. *Reg.* 24. 25. 2. *Paralip.* 36.	*Cepit Smyrnam.* *Obſedit Miletum, cujus Princeps erat* Thraſybulus, *qui Periandro conſilium dat de Spicis extantibus decutiendis, Herodot. lib.* 5. *pag.* 168. *lib.* 1. *pag.* 4.	
3356	*Initium* captivitatis Babylonicæ, *quæ duravit annos* 70. *Jer.* 25. 29. *Dan.* 9.	*Geſſit bellum cum Cyaxare Medorum Rege. Herod. pag.* 15.	*Scythæ Mediam incolentes transfugiunt ad Alyattem Lydum. Inde ortum bellum ſexennale. Poſt quod Alyattes filiam ſuam Aryenen, filio Cyaxaris Aſtiagi elocat. Herod. pag.* 15. 22.
3371			Aſtyages *Medorum rex, annis* 35. *Herodot. pag.* 28. *Hic fuit ſororius Cræſi Regis Lydorum (pag.* 15.*) & avus Cyri maternus. Herod. lib.* 1. *pag.* 23.
3382	Jechonias *liberatur ex carcere, anno* 37. *tranſmigrationis.* 4. *Regum* 25.	*Fuit amicus Periandri Tyranni Corinthiorum, Herodot. lib.* 3. *pag.* 93.	
3390			*Jubet exponi* Cyrum *infantem, pag.* 23, 24.

CHRONOLOGIA HERODOTI.

ÆGYPTI.	GRÆCIÆ.	ROMÆ.
Psammys *sex annis in Æthiopia bellum gessit, pagina* 74.	Arion *Methymneus Musicus Delphino ex Italia Corinthum vehitur. Herodot. lib.* 1. *pag.* 5.	5.
	Stesichorus *Siculus, Poëta Lyricus.*	*L. Tarquinius Priscus* 38, *annis.*
	Lacedæmonii à Tegeatis victi & capti sunt. Herod. pag. 13.	
Apries *superbus,* 35. *annis. Hujus mentionem facit Jeremias cap.* 44.		
	SEPTEM SAPIENTES.	
	Thales *Milesius prædixit Eclipsin Solis sub Cyaxare. pag.* 15.35.	
	Bias *Prieneus, pagina* 5.35.	
	Pittacus *Mityleneus. pag.* 5. Cleobulus *Lyndius.* Chilon *Lacedæmonius, pag.* 11.	6.
Apries *cum initio opibus, & potentia floruisset, tandem victus est à Græcis ad Cyrenen lib.* 4. *pa.* 142. *lib.* 2. *pag.* 79. *Ideò Lybies ab eo defecerunt, eumq; strangulârunt.*	Periander *Corinthi, & Corcyræ dominus. pag.* 4.93.94.167.168.	*Servius Tullius Cicero gentilis, annis* 44.
	Solon *Athenienſium Legislator, cujus peregrinationum in Ægyptum, Cyprum, Asiam ad Crœsum, mentio fit, pag.* 82. 172. 6.7.18.	
Amasis *Ægypti Rex annis* 44. *attigit initia regni Cambysis.*	*Epimenides Cretensis.*	
	Eodem tempore Anacharsis *Scytha, doctrina*	

Crœsus

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	LYDIÆ.	MEDIÆ.	ÆGYPTII.	GRÆCIÆ.
				causa in Græcia peregrinatur Herodot. libro 4. pagi. 128. 123.
3403	Crœsus *Lydorum Rex annis* 14.	Harpago *proponit proprium ipsius filium comedendum. pag.* 26.	Amasis.	
3406	*Ephesum, & vicinas urbes Ionicas suo regno adjecit, Herod. pag.* 5.	Astyages *Medorum rex, cui soror Crœsi Aryenis nupta fuit. (pag.* 15.*) capitur à Cyro Rege Persarum. (pag.* 28.*) Hinc sumitur initium* 29. *annorum* Cyri *regis Persarum, quorum Sacrificia, & mores describuntur, pagina* 29. *Herodoti.*	*Hujus Amasis tempore Ægyptus florentissima fuit.*	
	Colloquium Solonis, & Crœsi *de vita beata. Herod. lib.* 1. *pagina* 6, 7, 18. Adrastus *filius Gordii nepos Midæ Regis Phrygum, pollutus cæde fraterna, expiatur à Crœso. p.* 7, 8.			*Pisistratus filius Hippocratis Nisæam arcem capit, & astu Tyrannidē Athenis occupat. Unde ejectus ab Alcmæonidis, Eretriæ in Eubœa.* 21. *annos exulat, Herod. lib.* 1. *p.* 11, 12.
	Crœsus, *victo Astyage sororio, explorat veritatem oraculorum. Herodotus pag.* 9.	PERSARUM.	Amasis.	
	Delphis accipit oraculum, Κροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.	Cyrus *Mazaren Medum,* & Harpagum *mittit, ut Ioniam, Cariam, & Lyciam occuparent p.* 33, 34.	*Fuit confœderatus Crœsi, pag.* 16. *Herod.*	
3416	*Deinde moto adversus Cyrum bello vincitur in Cappadocia (pa.* 16.*) & statim postea Sardibus obsessus à Cyro capitur, Ivus & est subitò, qui modò Crœsus erat, pag.* 17, 18. *Herodoti.*	Phocenses *obsessi ab Harpago cum conjugibus, & liberis navigant in Corsicam. Inde Rhegium, & Veliam, pag.* 34. *Ab his Phocensib. Massyliam postea conditam esse, Thucydides scribit, libro* 1. *pagina* 4.	*Amicus* Polycratis *Samiorum Tyranni felicissimi, lib.* 3. *pag.* 91, 92. Amasis.	Sappho Lesbia, *pag.* 78. 300. *Lacedæmonii cum* 300 *Argivis de Thyria pugnant. pa.* 17. Alcæus *Poëta Mitylenæus, pa.* 168. Arganthonius *Gadium, & Beticæ Rex, annis* 80. *Phocensium amicus, pag.* 34.

Judæi

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	JUD.	PERSARUM.	ÆGYPTI.	GRÆCIÆ.	ROMÆ.
		Teij, *relicta patria, urbem Abdera in Thracia condiderunt, pa.* 35.	*Duxit uxorem Laodicen filiam Batti Regis Cyrenarum. Herodotus pag.* 82. 142.		
		Xanthii *in Lycia obsessi, suas conjuges, & liberos in arce inclusos ipsi comburunt. pagina* 36.		Pythagoras *Samius. Phocylides Milesius.*	
1424		*CYRUS* Babylonem *cepit (pagina* 37. 40.*) & totius orbis terrarum Monarchiam occupavit.*			
3425	Judæi *redeunt ex Babylone, Duce Zorobabel.*	Cyrus *anno primo monarchiæ, qui fuit regni* 21. *publico Edicto concedit Judæis potestatem instaurandi Templum, & Politiam.* 2. *Paral.* 36. *Esd.* 1.		Theognis *Megarensis Siculus.* Anaximander *Milesius.* Zeno *Eleates Dialecticus.*	Servius *Tullius.*
		Bellum contra Massagetas: *cujus anno* 7. *Cyrus à Tomyri Regina captus, & interfectus est. Herodot. lib.* 1: *pagina* 42. 44.		Parmenides *physica carmine scripsit.*	
3434	*Cambyses prohibet instaurationem Politiæ, & Templi,* 1. *Esd.* 4.	Cambyses *II. Monarcha Persarum septem annis. pag.* 97.	Amasis, *anno primo regni Cambyses moritur, li.* 3. *p.*84.	Epicharmus *Siculus.*	7. *L. Tarquinius Superbus* 25. *annis.*
		Ægyptum regno Persico adjecit. lib. 3. *pa.* 83,84,85.		Symonides *Poeta, qui* 89. *annos vixit.*	
		Sisamni *Præsidi, quem pecunia corruptum, injuste judicassa resciverat,* pellem detrahi jussit, *eamq; in tribunal expandi. Herod. lib.*5. *pag.* 154.	*Huic successit filius* Psammenitus, *qui à Cambyse victus, & tandem interfectus est. lib.* 3. *pag.* 85, 86.	Anacreon *Poëta Polycrati familiaris. pag.* 107.	
		*Suscipit infelicem Expeditionem in Æthiopiam. lib.*3. *pag.* 87, 88.		Polycrates *Sami Tyrannus ab Oroete Sardium præfecto, strangulatur. pag.* 107,108.	
		Reversus Apim interfecit, & fratrem Smerdim; duxit sororem conjugem, eamq; deflentem fratris necem, postea interfecit, &c. pag. 89, 90.			
		*Tandem mota seditione à Magis in Persiam properans, seipsum vulneravit. Ex quo vulnere, cum antea fratris necem miserabiliter deploraset mortuus est. pag.*96,97.			
3442	*Aggæus & Zacharias.*	Darius *rex Persarum à septem Principibus eligitur, libro* 3. *pag.* 100, 101. *Regnavit annos* 36. *lib.*7. *pa.*199.			
		Distribuit regnum in 20. *Provincias. pa.* 102, 103.			

FAMI-

CHRONOLOGIA HERODOTI.

FAMILIA ACHÆMENIDARUM.

Achæmenes
Cambyſes
Cyrus
Teiſpes
Ariaramnes
Arſamenes, *cujus mentio fit libro* 1. *pagina* 43, 44.
Hyſtaſpes.

Gobryas *pater Darij. Mardonij, pag.* 180. 199, 200.
—*ſoror* DARIUS *rex.*
Atarnes, *pa.* 237.
Artaphernes, *pa.* 154.
Artabanus. *p.* 130. & 201.
Artaphernes p. 193. 211, 212.

Mardonius *Dux adverſus Græcos, lib.* 6. *p.* 180. *deponitur* 189. *Inflammat Xerxẽ, ut inſtauret bellum. p.* 199. 220.
—*Artozoſtre.*
Artobazanes primogenitus, cedit fratri de regno, pa. 199.
Xerxes.
Achæmenes Ægypto præfectus, p. 200. 214. 239.
Maſiſtes p. 213. 285. 286.

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	PERSARUM.	GRÆCIÆ.
3147		*Plateenſes à Thebanis deficientes adjunxerunt ſe Athenienſibus, Thucyd. lib. 3. pag. 77.* Piſiſtrati *filius* Hipparchus, *ab Ariſtogitone, & Armodio cujus pudicitiæ inſidiatus fuerat, necatus eſt. Herod. lib. 5. pag. 159. Thucyd. lib. 6. p. 159. anno quarto ante ejectum Hippiam.* Dorieus *frater Cleomenis Coloniam ducit in Siciliam, ſed ab Egeſtanis interfectus eſt, lib. 5. pag. 157.* Democedes *Medicus Dario familiaris, ducit filiam Milonis athletæ, lib. 3. pag. 108, 109, 110, 111.* Syloſon *frater Polycratis, in Samum reducitur, pagina 111, 112.* Sibaris *deleta à Crotoniatis p. 157.* Cleomenes *Sex Spartanus Piſiſtrati Filios Athenis ejicere conatur, libro 5. pag. 161.*
3450	*Darius* Babylonem, *induſtria & fide* Zopyri *recipit. lib. 3. pag. 113, 114.*	
3452	Bellum *adverſus* Scythas *à Dario infœliciter ſuſcipitur, lib. 4. p. 115. uſq; ad 136. cui expeditioni etiam Miltiades Athenienſis interfuit. pag. 138. 180.*	Hippias *frater Hipparchi propter Tyrannidem Athenis pellitur (anno 20.) ante prælium Marathonium) cũ Piſiſtratidæ 36. annos Athenis regnaſſent. Seceſſerunt autem unà in Sigæum, pag. 161.* Aryandes *Ægypti Præfectus in Lybiam copias mittit, à quibus urbs Barce capta eſt, & direpta. pag. 144. 149.* Conſules *Romæ Regibus ejectis Remp. regunt.*
3456	Perinthus, *Thracia, Pæonia Perſis ſubjiciuntur à Megabazo Darii capitaneo, lib. 5. pa. 159.*	*Poſtea* Cliſthenes *Alcmeonides, Periclis avus maternus, cum Iſagora de principatu Athenarum contendit: & Decem Tribus inſtituit, pag. 161, 162.* Cleomenes *rurſus in Atticam exercitum ducit, ut Cliſthenem pelleret, ſed orta diſſentione cum collega Demarato, re infecta decedit.*
	Darius *mittit legatos ad Amyntam Regem Macedoniæ, qui cum immodeſtiùs attrectaſſent ſinus mulierũ in Gynecæo, interfecti ſunt, lib. 5. pa. 152, 153.* Byzantium, Chalcedon, *Lemnus à* Perſis *capiuntur.*	*Deinde cum Lacedæmoniis, Bœotiis, & Ægynetis bellum gerunt Athenienſes, pag. 165, 166.* Lacedæmonii *revocant Hippiam, & ſuadent ſociis, ut eum reſtituant, pagin. 166. Sed repugnante Soſicle Corinthio, nihil actum fuit.* *Hippias itaq; ad Artaphernen Sardium præfectum fugit. Is Athenienſibus mandat, ut Hippiam recipiant. Quod cum recuſarent Athenienſes, poſtea ſe Ariſtagoræ Mileſio contra* Perſas *conjunxerunt, pagina 169.*

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	PERSARUM.	GRÆCIÆ.
3458	*Expeditio in Naxum fruſtra ſuſcipitur ab Ariſtagora Mileſio & Artapherne Sardium præfecto, pa.* 154, 155.	Miltiades *Lemnum Athenienſibus ſubjicit, pag.* 197, 198.
	Ariſtagoras Mileſius, *impulſus ab Hiſtiæo deſicit à Perſis, & Ionas, & Athenienſes, & Eretrienſes in ſocietatem belli attrahit, quod ſex annos duravit.*	Hecatæus *hiſtoriæ ſcriptor Ariſtagoræ familiaris, p.* 156. 173. 197.
	Sardes *incenſæ ab Ariſtagora, & Athenienſibus, conflagrarunt, pag.* 169.	Athenienſes *Ariſtagoræ* 20. *naves auxilio mittunt,* αὗται δὲ αἱ νέες ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησι τε καὶ βαρβάροισι. *pag.* 169.
	Poſtea Ionibus ad Epheſum cæſis, Athenienſes eos deſerunt.	Samii *hoc tempore Coloniã in Meſſenem Siciliæ urbem ducunt.*
	Tandem Perſæ Ionas, Cares, & Cyprios vicerunt: & Ariſtagoras fugiens in Thraciam, interfectus eſt, lib. 5. *pag.* 173.	
3464	*Sed* Hiſtiæus *bellum inſtaurat, cujus hic exitus fuit, ut Mileto capta, & direpta, Hiſtiæus cruci affigeretur, libro* 6. *pag.* 176, 178.	Miltiades *Cherſoneſi Thraciæ* Præfectus, *cum* Perſæ, *capta Mileto, Thraciam invaderent, Athenas fugit. pa.* 179. *ubi paulò poſt Perſas ad Marathonem profligavit, pa.* 193.
3465	*Circa hæc tempora* Mardonius *gener Darii exercitum in Græciam ducit, & Thaſum Inſulam, & Macedoniam occupat. Sed cum ad Athon montem Naufragium feciſſet, & ipſe à Brygis Thracibus vulneratus eſſet, inglorius in Aſiam rediit, pag.* 180, 181.	Thaſii *à Dario jubentur muros demoliri. pag.* 181.
3467	Darius *legatos in Græciam mittit, petentes ſibi terram & aquam dedi. pa.* 181.	Æginetæ *cum Dario terram, & aquam de diſſent, à Cleomine Lacedæmoniorum rege bello petuntur. pag.* 181, 185.
3471	Datis Artaphernes, & Hippias *Piſiſtrati filius, à Dario ad delendam Eretriam, & Athenas mittuntur, pag.* 190, 191.	Demaretus *Rex Spartanus à Cleomene æmulo pulſus, tranſfugit ad Darium regem Perſarum.*
3472	*Sed cum in campum Marathonium Athenis vicinum Perſæ deſcendiſſent, conſilio Miltiadis ab Athenienſibus profligati ſunt, anno quinto ante mortem Darii.*	
	Hoc prælium anno 20. *poſt ejectum ex Athenis Hippiam, & Piſiſtratidas, factum eſſe ſcribit Thucydides p.* 160. *& decem annis ante prælium navale ad Salaminem, Plato lib.* 3. *de legibus pag.* 537.	Empedocles *Agrigentinus Philoſophus.*
3477	Darius *anno quinto poſt prælium ad Marathonem mortuus eſt, lib.* 7. *pag.* 199.	Anaxagoras *Clazomenius præceptor Periclis, Socratis, Thucydidis.*

Xerxes

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	PERSARUM.	GRÆCIÆ.
3478	Xerxes *Dario succedit. lib. 7. pag. 199.*	
	2. *Xerxes* Ægypto, *quæ ante triennium defecerat, vi recuperatæ præficit Achæmenem fratrem, qui post annos 20. ab Inaro rege Libyæ, & Athenienſibus interfectus eſt, lib. 7. p. 200. & lib. 3. pag. 85. Herod.*	
	3. *Sapientiſſima Deliberatio in ſenatu Regni Perſarum habita, de bello Græcis inferendo, quam deſcribit Herodot. lib. 7. pag. 200, 201, 202, 203, 204.*	*Ariſtides ab ingratis civibus in exilium ejectus.*
	Decreto bello integrum quadriennium in apparatu belli, & perfodiendo monte Atho, conſumit. pag. 204.	
	6. *Xerxes cum exercitu pedeſtri ex Cappadocia movens, ad* Pythium Phrygiæ *Regem opulentiſſimum divertit, & per Coloſſas itinere facto, venit Sardes, ubi per hyemem commoratur, pa. 205, 207.*	
3483		Græci *audita fama imminentis belli, omnes privatas ſimultates oblivione delent, & συγχωρήσει facto, mittunt Legatos, petentes auxilium à Gelone Syracuſarum Rege, à Cretenſibus, & Corcyræis. pag. 223.*
	Interea mittit legatos in Græciam, petentes terram & aquam, pag. 206. & 220.	
	Et Helleſpontum pontibus jungi, & flagris cædi, & mari compedes injici jubet, pag. 206.	
3484	7. *Xerxes primo vere ex Sardibus movet, pag. 207. & Abydi totum exercitum, navalem & terreſtrem, ex ſublimi conſpiciens lachrymat, quod poſt centum annos nemo ex toto illo numero ſuperſtes futurus eſſet. p. 208.*	*Themiſtocles interpretatur oraculum de muris ligneis. pagin. 222, 223.*
	Poſtea *Helleſpontum tranſit (pag. 210.) & in Doriſco Thraciæ littore,*	*Decreverunt aditum ad Thermopylas cuſtodiendum, & claſſem ad Artemiſium mittendam eſſe (pagin. 229, 230.) ubi reſciſcunt claſſem Xerxis ad Magneſiam naufragio disjectam eſſe pag. 232.*
3484	*ad oſtium Hebri, univerſum exercitum numerat, uſq; ad pag. 217. Fuerunt autem eo tempore in exercitu Xerxis Homines 3317920.*	
	Tranſiens autem per Thraciam, Macedoniam, Theſſaliam (pagina 217, 219, 233.) tandem ad Thermopylas, *trecentos Lacedæmonios unà cum rege* Leonide *trucidat. pag. 236, 237. Tempore Solſtitii æſtivi, quo Olympias 75. menſe Maio, aut Junio celebrabatur. pagina 234, 244.*	Gelon *Syracuſanorum Rex, frater* Hieronis *(ad quem multæ Pindari Odæ extant.) Amilcarem Carthaginenſem ducem ad Himeram cum 30000. trucidat eadem die, qua ad Thermopylas (ut Diodorus Siculus lib. 11. teſtatur) vel qua ad Salaminem dimicatam eſt, ut Herod. pag. 227, 228. ſcribit.*
	Inde progreſſi Perſæ per Phocaicam à Templo Delphico fulminibus depelluntur, lib. 8. pag. 245, 246.	

Xerxes

CHRONOLOGIA HERODOTI.

Anno Mundi	XERXIS PERSARUM REG.	GRÆCIÆ.
1484	*Xerxes urbem Athenas vacuam capit, & arcem incendit tertio menſe, poſtquam ab Helleſponto diſceſſerat, pag.* 247.	*Græci ad Artemiſium Claſſem Perſicam vincunt, lib.* 8. *pag.* 242. *Poſtea decernunt ſe ad Salaminem velle claſſis Perſicæ impetum ſuſtinere, pag.* 249.
	Eadem æſtate circa autumnum claſſis Xerxis *ad* Salaminem *profligatur, pag.* 253, 255.	
	Xerxes fugiens die 45.. *Helleſpontum trajicit (pagina* 257, 259.*) relicto in Græcia Mardonio, qui imminente hyeme, cum* 300000. *Perſarum in Theſſalia hybernat, pag.* 259, 261.	*Olynthus ab Artabazo Perſa expugnatur: Sed à Potidæa obſidione æſtu maris depellitur. pag.* 261.
	Claſſis Perſica fugiens, ad Cumas Æoliæ, hybernavit, pag. 261.	
3485 *Ante Chriſtū* 477	8. *Mardonius Alexandrum Macedoniæ regem Legatum ad Athenienſes de pace mittit, quam illi ſimpliciter recuſant, pag.* 263, 264.	*Græci primo vere Claſſem ad Æginam colligunt, & ducibus Leotychide Rege Spartano, & Xantippo patre Periclis Athenienſe (Nam Themiſtocles, propterea quòd à Lacedæmoniis dona accepiſſe ferebatur, ducatu privatus eſt, ut Diodorus Siculus lib.* 11. *recitat) ad Delum navigant, pag.* 261, 262.
	Mardonius Thebas cum exercitu venit: Inde miſit ad Athenienſes Legatum Murichidem. Cum autem Lycidas quidam de ejus poſtulatis ad populum ferendum eſſe ſuaderet, lapidibus obrutus eſt. lib. 9. *pag.* 265. *Herod.*	*Inde à Samiis vocati in majorem Aſiam navigant, pag.* 282.
	Mardonius urbem Athenarum incendit, & ſolo æquat. pag. 267.	Pauſanias *dux Spartani exercitus ad* Platæas *cum Athenienſibus proficiſcitur. pag.* 266, 267, 268. *Et Mardonio interfecto (p.* 277. *Perſas ex tota Græcia profligavit.*
	Poſtea confligens cum Lacedæmoniis, & Athenienſibus ad Platæas *interficitur. pag.* 277, 268. *Menſis Auguſti die* 3.	*Poſt prælium abſtinet à captiva Coa, & non ſævit in cadavera Perſarum, edens hanc honeſtiſſimam vocem:* ἀποχρᾷ μοὶ Σπαρτιήτῃσι ἀρεσκόμενον, ὅσια μὲ ποιέειν, ὅσια δ' ἂν λέγειν. *p.* 280.
3485	8. *Eadem die ad* Mycalen *minoris Aſiæ promontorium, Græci terra & mari exercitum Perſicum vicerunt (pag.* 284, 285.*) cum quidem fama victoriæ ad Platæas eadem die ex Græcia in Aſiam tranſvolaſſet. p.* 284. *Xerxes interea Sardibus amori, & nuptiis operam dat, & fratris Maſiſtæ uxorem de adulterio ſolicitat, unde triſtis tragœdia & calamitas totius familiæ extitit, pag.* 286.	*Ionia tota à Perſis deficit, pag.* 285.
	Allato autem nuncio de Perſis ad Mycalen victis in Perſiam fugit.	*Athenienſes Xantippo duce in Helleſpontum navigant, & expugnata Seſto, Artayctem ſacrilegum ſuſpendunt, pag.* 288. *& ultima Herodoti & Thucydidis, lib.* 1. *pag.* 20.

FINIS CHRONOLOGIÆ.

INDEX
DICTIONUM IONICARUM,
QUÆ IN
HERODOTO
NOTATU SUNT DIGNÆ:

Opera *Nathani Nicols*, jam denuò collectæ, & in ordinem Alphabeticum digestæ.

Ἀβυλίη, *inopia consilii.* pag.480.l.32. 486.l.35.

Ἀγαγεῖν, *perducere.* 641.l.17.

ἀγαθοεργίη, *beneficentia.* p.224.l.2.

ἀγαθοεργῶν, *benemeritorum.* 27,15.

ἀγαυρόταλα, *magnificentissimum.* 405,23.

ἀγλαρήιον, *equorum per stationes cursitatio,* 494,35.

ἀγγελίη, *nuntium.* peculiariter sumitur pro præcipua potestate renuntiandi Oraculi quod quis audivit. 20,48.

ἀγγελιηφόρος, *internuncius.* 52,6.208,2.

ἀγγήιον, *vas.* 225.31,32.

ἀγκλατίειν, *aliquem tanquam piaculo contaminatum expellere.* 314,30.

ἀγινέειν, *ducere, adducere.* 165,6.199,19.

ἄγρη, *venatio, præda.* 30.11,21.

ἀγρυπνίη, *vigilia.* 212,40.

ἀγχοτάτω, *proximé.* 155, *ult.* 367,34.

ἀγωγεύς, *deductor.* 158,10.

ἀγωνίδαται, *certamina decertata sunt.* 522,42.

ἀγωνίη, idem quod com. ἀγών, *certamen.* 122,5.

ἀδείη, *metûs vacuitas.* 503,16.529,41.

ἀδελφεοκτόνος, *fratricida.* 188,15.

ἀδελφεός, *frater.* 185,52.186,33.

ἄδρηξ, *non fugitivus.* 269,37.

ἀδυναμίη, *impotentia.* 500,13.

ἀδυνασίη, *imbecillitas.* 194,26.441,26.

ἀεθλέειν, *certare.* 26, 39.

ἀεθλεύειν, *certare.* 296,46.

ἀειπίη, *indignitas, contumelia.* 30,15. 49,43.

ἀείρειν, & ἀείρεσθαι, *tollere, suscipere.* 480,16. 493,9. 434,50.

ἀελπτέοντες, *desperantes.* 439,28.

ἀερδέντες, *portu solventes.* 69,9.70,29.

ἀθυμίη, *animi dejectio.* 15, 42.

αἰ, *utinam.* 10,48.

αἰγέη, *caprina pellis.* 285.l.9.marg.l.12.

αἴρεε, *capiebat.* 67,38.

αἰτίη, *causa, culpa.* 494,45.315,26.

ἀκρηλοποσίη, *meri potatio.* 361,21.

ἀκρηλοπότης, *meri potator.* 361,9.

Ἀλαίη Ἀθηναίη, *Alea Minerva.* 26,37.

ἀλέξασθαι, *repellere.* 452,30.

ἀλεωρὴ, *remedium.* 514,48.

ἀληθέως, *verè.* 5,44.

ἀλίη, *congregatio.* 54,16.

ἀλληλοφαγίη, *mutua depastio qua alii alios edunt.* 171,37.

ἄλλοσε, *alius.* 303,21.

ἀλογίη, *contemptus.* 144,6.272,32.

ἄμαχος, *inexpugnabilis.* 35,15.

ἀμβολάδην, *cum exæstuatione.* 282,50.

ἀμβώσας, *vociferatus.* 4,31.

ἀμηχανίη, *inopia, impossibilitas.* 500,11.

ἀμιξίη χρημάτων, *rerum status in quo nullum est cum aliis commercium.* 142,5.

ἀμπαύομαι, *quiesco.* 75.26,37.

ἀμπαυσήιος, *ad quiescendum factus.* 75,25.

ἀμμωθῆσι, *opem ferent.* 514,47.

ἀμφιβασίη, *disceptatio.* 230,2.

ἀμφιβολίη, *ambiguitas.* 315,38.

ἀμφισβησίη, *altercatio.* 489,6.

ἀναγκαίη, *necessitas.* 5.42,44.414,9.

ἀναδέκεσθαι, *recipere.* 321,31.

ἀναδέξαι, *ostendisse.* 373,51.

ἀναδέξας, *ostensus.* 375,2.

ἀνακέαται, *dedicati sunt.* 6,32.

ἀναμεμίχθαι, *permixti sunt.* 62.20,24.

ἀναμπώς, *amictus.* 408,15.

ἀναμυήσεσθαι, *recensere.* 72,29.

ἀνάπλεως, *plenus.* 234,35.

ἀνάπλοος, *navigatio.* 93,15.

ἀναπλώειν, *portu ſolvere.* 485, 22.
ἀναῤῥαιρηκὼς, *qui aliquid abſportavit.* 209,34.
ἀναρχέη, *magiſtratûs defectus.* 521,19.
ἀνδραγαθίη, *ſtrenuitas, virtus.* 245,11.
ἀνδρεωθέωσι, *in virilem ætatem adoleſcerent.* 431,49.
ἀνδρέων, *virorum.* 446,30.
ἀνδρηίη, *virilitas.* 414,8. 433,45.
ἀνέβωσεν, *vociferatus eſt.* 5,16.
ἀνεσέωσι, *reſurrexerunt.* 186,38.
ἀνθρωπήϊος, *humanus.* 3,29.
ἀνιεῶται, *devitant.* 462,11.
ἄνυσος, *expers morbi.* 13,44.
ἀνταείρειν & ἀνταείρεως, *adverſus aliquem aliquid tollere.* 218,44.
ἀνὶ ἀπλέης πολέμυ, *bellum ſuſcipere.* 426,29.
ἀντικάτεσθαι, *è regione alicujus ſedere,* 528, 23.529,2.
ἀντιλογίη, *diſceptatio in jure.* 345,21.
ἀντίον, *coram.* 525,14.
ἀντιπρήσσειν, *adverſari.* 40,5.
ἀνωμαλίη, *intempeſtivitas.* 500,39.
ἀνῶσαι, *referre.* 66,6.
ἀξίη, *dignitas.* 44,4.
ἀοιδὴ, *cantus.* 119,14.
ἀπαγινέειν, *afferre.* 199.13,14,bis.200,27.
ἀπαιρεῖσι, *ſpoliari, privari.* 29,3.
ἀπαμμὸς *dependens.* 135,20.
ἀπαραιρέομαι, *privor, ſpolior.* 436,20.
ἀπαρτιλογίη, *ſumma integra.* 396,19.
ἀπάσας, *qui nexuit.* 256,14.
ἀπεδέξατο, *demonſtravit.* 7,19.
ἄπεδον, *campus.* 244,1.
ἀπεξηραμμὸς, *exſiccatus.* 418,4.
ἄπες, *demitte.* 303,10.
ἀπέσασαν, *defecerunt.* 504,51.
ἀπήγημα, *narratio.* 91,25.
ἀπήγησις, *narratio.* 312,20.
ἀπίσων, *emiſſurus.* 519,27.
ἀπίεναι, *dimittere.* 479,20.
ἀπίκαται, *venerunt.* 453,15.
ἀπικνεῖσι, *pervenire.* 53,46.
ἀπίστανται, *deficiunt.* 130,31.
ἀπιστίη, *incredulitas.* 80,47.
ἀποδέκεσθαι, *recipere.* 235,29.
ἀποδέξαι, *demonſtrare, edere.* 58,23.
ἀπόδεξις, *demonſtratio.* 86,51.
ἄποδος, *diſceſſus.* 295,45.
ἀποδρηῦαι, *aufugere.* 238,36.
ἀπόδρησις, *fuga.* 269,16.
ἀποθανέεαι, *morieris.* 277,44.
ἀποθωύμως, *curſu abiturus.* 480,16.
ἀποκατάαται, *reſident.* 245,18.
ἀποκεκλέαται, *intercluſi fuerunt.* 532,44.
ἀποκλήϊω, *excludo.* 15,41.
ἀπολαμφθέντας, *intercepti.* 467,26.
ἀπολεόμως, *periturus.* 456,10.
ἀπόπλος, *navigantis diſceſſus.* 488,26.
ἄπορα. pl. *difficultas.* 479.23.
ἀπορίη, *dubitatio, inopia conſilii.* 33,1.
ἀποσεβόμως, *religiosè ſervans.* 289,15.
ἀποτάμνειν, *abſcindere.* 104,51. 105,21.
ἀπὸ τέυ, *à quo.* 4,7.
ἀποφλαυρίσειε, *pro nihilo duxiſſet.* 36,42.
ἀποχρεώμως, *contentus.* 15,32.
ἀφαιρημένος, *exemptus.* 76,32.
ἀρξάμενος, *qui cœpit.* 72,41.
ἀρδόμως, *irrigatus.* 80,22.
ἀρήϊος, *bellicus.* 526,25.
ἀρίστηιον, *præmium fortitudinis,* 503.37,42.
ἀρκέοντως, *ſufficienter.* 560,39.
ἁρματηλατέειν, *currum agere.* 292,15.
ἀρρύσονται, *haurient.* 373,29.
ἀρρωδέων, *formidans.* 65,34.
ἀρχαιρεσίη, *magiſtratus, magiſtratuum electio.* 352,48.
ἄσσα, *quæcunque.* 83,7.
Ἀσσησίη Ἀθηναίη, *Minerva ſic dicta.* 8.8.
ἀσφαλείη, *ſalvus conductus.* 163,45.
ἀσφαλέως, *tutò, firmiter.* 155,39.
ἀτελείη, *immunitas.* 189,19.
ἄτερος, *alter.* 228,44.
ἀτρεκέως, *verè.* 66,33.67,8.
ἀτρεκίη, *veritas.* 273,19.
αὐτέων, *ipſorum.* 4,42.
αὖτις, *rurſus.* 20,44.
αὐτοχειρίη, *propriâ manu.* 192,27.
ἀφειδέως, *non parcè.* 86,42,45.
ἀχρήϊος, *inutilis.* 195,44.
ἀψευδέως, *non falsò.* 535,23.

B.

Βαθύλω, *profundam.* 31,24.
βαλανάγρη, *clavis.* 222,34.
βαλλίσπετο, *jaciebat.* 541,1.
βαρέαν, *gravem.* 373,37.
βασιλῆα, *regem.* 6,40.
βασιληίοισι, *palatiis.* 11,35.
βασιλήϊλω, *regnum.* 5,33.
βασιλήϊος, *regius.* 6,41.
βεβωμένος, *celebris.* 177,41.
βορῆς, *eſcæ.* 51,31.
βυλομένυς, *volentes.* 121,1.
βραχέη, *brevis.* 306,7.
βῶν, *bovem.* 355,49.
βῶσαι, *vocare.* 62,33.

Index Dictionum Ionicarum, &c.

Γ.

Γενεηλογέοντες, *genus recenſentes.* 122,13.
γέρεα, *munus.* 416,24.
γοργύρη, *foſſa ſubterranea.* 219,2.
γυναικήϊον, *gynæceum.* 296,6.
γυναικήϊος, *muliebris.* 260,36,39.
γῶν, *ſaltem, igitur.* 12,18.416,41.

Δ.

Δαέω, *diſco.* 154,45.
δεκόμενος, *accipiens.* 177,38.
δένδρεον, *arbor.* 232,19.
δέξαι, *oſtendere.* 214,42.
διαλελαμμένος, *diviſus.* 207,19.
διαπρήσσεσθαι, *peragere.* 529,14.
διηκονέω, *miniſtro.* 274,3.
διήκονος, *miniſter.* 347,3.
διπλήσιος, *duplus.* 245,50.
δορπίη, *cœna.* 109,3.
δουλίη, *ſervitus.* 338,36.
δρηπέτης, *fugitivus.* 338,3.
δυνέαται, *poſſunt.* 144,45.
δυσμορφίη, *deformitas.* 353,38.

E.

Ἐάνδανε, *placebat.* 519,48.
ἔασιν, *ſunt.* 26,39.
ἐβεβούλευτο, *voluiſſent.* 2,51.
ἐβέλοντο, *volebant.* 68,38.
ἐβώθησαν, *celebrati fuerunt.* 377,*ult.*
ἐγκαίοντες, *incendentes.* 570,22.
ἐδεδέατο, *ligati fuerunt.* 26,35.
ἔδεε, *oportebat.* 354,38.
ἕδρη, *Seſſio.* 7,34.
ἐδυνάατο, *poterant.* 260,24.
ἔεν, *erat.* 444,*ult.*
εἱλίαται, *involuti erant.* 412,20.
εἰμέν, *ſumus.* 42,34.
ἑκατέατο, *ſedebant.* 486,25.
ἐκδιδρήσκει, *profugit.* 545,25.
ἐκείνεων, *earum.* 259,43.
ἐκενόσμεατο, *ordinem inſtituerat.* 44,2.
ἐκτέαται, *poſſident.* 232,53.
ἐλευθερίη, *libertas.* 425.19.
ἐλελαμένος, *ductus.* 516,10.
ἐμεῦ, *mei.* 435,40.
ἐμεωϋτῦ, *mei ipſius.* 15,1.
ἐμηχανέατο, *moliebantur.* 311,22.
ἐμπορίη, *mercatura.* 216,45.
ἐμφανέως, *manifeſtè.* 50,34.
ἐναπεδείκνυατο, *oſtentabantur.* 535,25.
ἐνδέκομαι, *admitto.* 206,40.
ἐνεσεῶτος, gen. abſ. *inſtituto.* 52,29.
ἐνθεῦτεν, *hinc.* 45,9,22.488,26.
ἐξαπίνης, *ſubitò.* 30,36.
ἑξαπλήσιος, *ſexies major.* 251,19.
ἐξαιρέεται, *exemptum eſt.* 437,27.
ἐξεπίσεαι, *ſcis.* 425,19.
ἐὸν, *exiſtens.* 3,46.
ἐόντων, *exiſtentium.* 9,16.
ἐοῦσα, *exiſtens.* 3.16,49.
ἐπαείδει, *accinit.* 57,10,
ἐπανιστάατο, *inſurrexerunt.* 250,38,
ἐπανιστέαται, *inſurgebant.* 185,*ult.*
ἐπαοιδὴ, *incantationem.* 57,11.
ἐπέδρη, *obſidio.* 311,48.
ἐπεῖναι, *permittere.* 38,31.
ἐπειρώατο, *periculum faciebant.* 28,7.
ἐπειρώτων, *interrogabant.* 547,25.
ἐπεκέατο, *irruebant.* 520,44.
ἐπεξῆς, *deinceps.* 484,15.
ἐπέπυσι, *ſubſequentibus.* 384,45.
ἐπεσεῶτα, *præfectum.* 419,40.
ἐπῆκαν, *immiſerunt.* 311,25.
ἐπιθυμίη, *cupiditas.* 13.39,41.
ἐπικυρίη, *auxilium.* 366,49.369,38.
ἐπιμελίη, *diligentia.* 559.*ult.*
ἐπιμπλέετο, *implebatur.* 204,47.
ἐπιμιξίη, *commercium.* 27,24.
ἐπισιτιδίμνοι, *frumentum collecturi.* 532,44.
ἐπισάμμον, *quod ſummum eſt.* 225,33.
ἐπίστεαται, *ſciant.* 203,32.
ἐπίτιον, *familia.* 314,31.315,8.
ἐπιστρατίη, *militaris expeditio.* 514,4.
ἐπιχέειν, *Sententiam noſtram cohibere.* 13,48.
ἐπιτάμνειν, *inſcindere.* 31,1.
ἐπόδια, *Viaticum.* 289,29.
ἐπορᾶν, *inſpicere.* 47,35.
ἐπωνυμίη, *cognomen.* 443,42.72,20.
ἐργαλήια, *inſtrumenta.* 213,27.
ἐργασίη, *opificium.* 559,28.
ἐργασμαι, *feci.* 531.5.
ἐρηρεισμένος, *fultus.* 273,28.
ἔρσην, *mas.* 80, 14.
ἔσαν, *erant.* 12,23.
ἐσκευάδατο, *parati ſunt.* 407,12.
ἔσσονες, *inferiores.* 319,18.
ἐσταλάδατο, *armati erant.* 412,18.
ἑταῖρος, *ſocius.* 326,13.
ἑταιρηίη, *ſodalitium.* 314,18.
εὐαπήγητον, *facile narratu.* 407,19.
εὐνομίη, *recta legum conſtitutio.* 137,17.
εὐπαθείῃσι, *voluptatibus.* 79,47.
εὐπέλεια, *facilitas.* 295,48.
εὐπρηξίη, *ſecundus rerum ſucceſſus.* 479,43.
εὐρέα, *lata.* 74,16.

εὐτυχέως, *proſperè.* 177,43.
εὐφρανέεαι, *delectaberis.* 228,21.
ἔωθε, *conſueviſſet.* 122,7.
ἐὼν, *exiſtens.* 7,19.
ἔων, *ſinebant.* 456,24.
ἑωϋτῦ, *ſui ipſius.* 4,17.

Z.

ΖΕιρὴ, *ſagum.* 408,13.
ζόη, *vita.* 13,10.
ζορκάδες, *capreæ.* 285. *ult.*

H.

Ἡγεμονίη, *imperium.* 436.20,34.
ἠδυνάατο, *poterant.* 259,18.
ἠέρα, *aëra.* 234,35.
ἦκυ, *certe.* 27,29.
ἡμέας, *nos.* 11,43.
ἠπιστέατο, *ſciebant* 111,8.
ἡσυχίη, *quies.* 437,3.

Θ.

ΘΗδύμφοι, *aſpicientes.* 430,38.
θεήσασθε, *aſpicere.* 4,33.
θεραπηίη, *ſervitium.* 83,25.
θεοφανίησι, *feſto deorum apparitionis.* 19,8.
θερείη, *æſtas.* 78,51.
θήλεα, *fœmina.* 205,21.
θηλυδρίης, *effœminatus* 433. *ult.*
θῶυμα, *miraculum.* 9,13.

I.

Ἴδμεν, *ſcimus.* 418,32.
ἱδρυθλῶαι, *fundatum eſſe.* 107,27.
ἱερείη, *Sacerdos fœmina.* 314,46.
ἰθέα, *recta.* 96,41.
ἰκνεομένῳ, *procedente.* 362,15.
ἱρὰ, *ſacra.* 527,27.
ἱρήϊον, *hoſtia.* 57,6.
ἰσηγορίη, *Juris æquabilitas.* 316,52.
ἰσίη, *domus.* 303,29.

K.

ΚΑταγιεῖν, *conſecrare.* 36,17.
κατειρεθέϊσα, *everſa.* 17,*ult.*
κατακεχύαται. *ſparſæ ſunt.* 117,45.
καταλαμπτέον, *comprehendendus.* 211,47.
κατάπερ, *quemadmodum.* 91,24.
καταπτόμενον, *leviter attingens, citans.* 483,33.
κατίαται, *ſedent.* 83,28.
κατειλίχατο, *involuta erant.* 409,41.
κατιλεῖν, *evertiſſe.* 3,3.
κατεστεῶτες, *conſtituti.* 474,39.
κατιςεάφατο, *ſubacti fuerunt.* 59,48.
κατηγέετο, *ducebat.* 538,10.
κατήκοντες, *pertingentes.* 279,49.
κατίζειν, *ſedere.* 42,22.
κατικέτευε, *ſupplicabat.* 355,51.
κατιππάσατο, *perequitaret.* 517,42.
κατίσταται, *conſtituitur.* 436,37.
κατίσατο, *conſternabantur.* 467,49.
κάτοδος, *reditus.* 310,39.
κατυπέρτεροι, *ſuperiores.* 28,8.
κατώρα, *videbat.* 535,45.
κέεται, *jacet.* 251,19.
κεῖνον, *illum.* 87,33.
κεῖθεν, *illinc.* 53,4.
κεραμήϊος, *figlinus.* 571,7.
κέρεα, *cornua.* 234,14.
κεχυμένος, *effuſus.* 8,43.
κεχωρίδαται, *ſeparati ſunt.* 59,37.
κῆ, *quò.* 14,11.
κηρυκηίη, *munus præconis.* 424,36.
κιθὼν, *tunica.* 4,34.
κιρνάειν, *miſcere.* 245,13.
κναφήϊον, *officina fullonica.* 229,53. 230,8.
κοίη; (adverbialiter ſumitur) *quare?* 12,21.
κοῖος, *qualis.* 15.44,45.16,17.bis.
κομιδύμεθα, *proficiſcemur.* 482,17.
κοτὲ, *ſemel.* 30,12.
κότερα; *utrum?* 37,39.
κρέσσων, *melior.* 441,26.
κυματίης, *fluctibus agitatus.* 129,31.
κυρβασίη, *galeæ genus.* 407,29.
κυρίη ἡμέρη, *dies ſtatutus.* 18,53.

Λ.

ΛΑγὸς, *lepus.* 266,49.50,52.
λαμπαδηφορίη, *lampadum geſtatio.* 494,33.
λαμπροφωνίη, *vocalitas.* 353,9.
λάμψονται, *accipient.* 176,30.
λειποταξίη, *militiæ deſertio.* 298,25.
λεὼς, *populus* 8,*ult.*
ληίη, *præda.* 244,32.
λιταρεύειν, *aſſiduitas.* 539,14.
Λοξίης, *Apollo.* 39,11.
λοφιῆσι, *jubis.* 408,41.
λυχνοκαΐη, *Accenſio lucernarum* (Feſtum ſic dictum.) 113,28.

Μαλα-

Index Dictionum Ionicarum, &c.

M.

Μαλακίη, *infirmitas, adversa valetudo.* 572,45.
μαντήϊον, *vaticinium.* 18,6.
μαχόμενοι, *pugnantes.* 416,36.
μέγαθος, *magnitudo.* 19,38.
μέζων, *major.* 10,32,33.
μεμετιμένος, *dimissus.* 330,34.
μέμνεο, *memor sis.* 329,39.
μεσαμβείη, *meridies.* 3,34.
μεταμελίη, *pœnitentia.* 565,48.
μεταῦτις, *postea.* 24,26.
μετήϊσαν, *persecuti sunt.* 443,42.
μετίει, *remittit.* 353,3.
μηχανέομαι, *molior.* 466,6.
μηχανοιατο, *molirentur.* 348,38.
μοίρη, *fatum.* 218,11.
μοναρχίη, *monarchia.* 21,2.

N.

Ναυηγίη, *naufragium.* 447,34.
ναυπηγίη, *navium compactio.* 10, 89. 11,7.
ναυτιλίῃσι, *navigationibus.* 1,15.
νέα, *navem.* 2,9.
νέατοι, *extremi.* 427,30.
νεκυομαντήϊον, *mortuorum Oraculum.* 324, 49.
νηός, *navis.* 3, 15.
νυκτομαχίη, *prælium nocturnum.* 30,32.

Ξ.

Ξενίη, *hospitalitas.* 11,8.
ξεινοδοκέονθ', *excipientis in hospitium.* 376.25.
ξυρεῶνται, *raduntur.* 103,29.

O.

Ὁδοιπορίῃσι, *itineribus.* 502,23.
οἱ, *illi, ipsi.* 2,1.
οἰκίη, *familia.* 46,10.
οἰκιήδεμνος, *sibi vendicans.* 271,41.
οἰκημένων, *habitantium.* 11,3.
οἰκτότερα, *miserabiliora.* 401,29.
ὅκως, *ut.* 4,30.
ὁμαιχμίη, *societas belli.* 430,12.
ὁμιλίη, *colloquium.* 75,42.
ὁμολογίη, *pactum* 23,44.
ὁμοχροίη, *coloris similitudo.* 31,2.
ὀπώπεε, *vidit.* 27,39.
ὁρέων, *videns.* 27,26.
ὁρμέατο, *cum impetu ruebant.* 474,24.
ὁρμεώμενοι, *cum impetu venientes.* 7,27.
ὁρτὴ, *dies festus.* 12,23.
ὁρῴατο, *videant.* 571,19.
ὁσίη, *sanctitas.* 108,2.
ὅτεῳ, *cujus.* 51,42.
ὅτιῳ, *quonam.* 41,31.
οὐδαμᾷ, *nullo modo.* 3,30.
οὐδέκοτε, *nunquam.* 500,12.
ὁδὸς, *via.* 92,43.
οὔκω, *nondum.* 13,28.
οὐκῶν, *haud igitur.* 5,43.
οὔκως, *nullo modo.* 14,13.
ὀνομανέω, *nominabo.* 240,15.
ὀρίζων, *finibus circumscribens.* 96,17.
